TRIVMPHI IESV CHRISTI DEI AC SALVATORIS NOSTRI,

SIVE

DISCVRSVS PRÆDICABILES IN EIVS SOLEMNITATIBVS AC FESTIS.

Auctore Adm. R.P. F. IOANNE DE MATA Generali Prædicatore Ordinis S. Dominici & filio Conuentus S. Andreæ de Medina.

INTERPRETE EX HISPANICO

Admodum Venerabili P. F. ONESIMO DE KIEN, *Iprensi, Ordinis FF. Minorum Capucinorum, Concionatore Provinciæ Flandro-Belgicæ.*



LVBLINI

Proſtant in officinâ GEORGII FÖRSTERI Bibliopolæ Regij. 1652.

PERILLUSTRI
ET REVERENDISSIMO DOMINO
D. JUSTO
SLOWIKOWSKI
J. U. ET SS. THEOLOGIÆ
DOCTORI,
CANONICO ET ARCHIPRESBYTERO
INFULATO CRACOVIENSI,
ARCHIDIACONO ZAVICHOSTENSI.
S. R. M. SECRETARIO,
DOMINO AC
PATRONO OBSERVANDISSIMO.

NON peccavi Perillustris ac Adm. Rde. Dne. si alterum hoc Rdi. P. F. Joannis de Mata Prædicatoris eximij opus sub felicibus Tui nominis auspiciis, ut publici juris fieret, ex officina mea emisi. Candor enim tuus incredibilis, & illa propensio singularis, quâ me palæstra literaria de-

ſudantem à puero complecti dignatus es, non aliud à me gratitudinis vectigal poſtulabant Tibi; niſi ut omnibus ſæculis per literas victurum, & nunquam intermoriturum meæ in Te obſervantiæ extaret Mnemoſynon. Quid enim heröicas Tuas Virtutes commemorem? quibus Cracovienſem Diœceſim, imo verius Poloniam totam implevisti, ut & olim Regum Curia, & nunc Eccleſia Dei magnis, per Te incrementis aucta, reſplendeſcat. Taceo illam virtutem tuam, quam virtutum omnium compendiariam Epitomen Peripatetici omnes, & in repub. ſua Divinus Plato Hermapolæon ut fulcrum civitatis apellavit: huic Tu ut melius deſeruires, fatali quodam præſagio, eandem nominetenus induiſti ut Juſtus nuncuperis; quo autem effectu Tibi reſpondeat iſthæc Diva, novit benè Polonia, deprædicat Cracovia. Ideo Te porrò Illuſtrisſimus & Reverendisſimus Epiſcopus Cracovienſis Cauſarum Curiæ ſuæ Auditorem habet exactisſimum, qui Te, ut olim Deus Patriarchas juſtos, quærebat & nominabat ſibi, ſic Te ex millibus Unum invenit ille, Virum ſecundum cor ſuum. Zelum porrò Tuum in cultu divino promovendo vigilantem quis pro dignitate laudarit? Magnum eſt funeſtis hiſce reipublicæ noſtræ temporibus, novis ac novis ſemper ſupplicationibus Deum exorare! Tu ad avertendam Divini Numinis vindictam Illuſtrisſimo Epiſcopo

prope

prope oculos, Tu manus affuisti. Admirandum, in hac secessione rebellium, tumultuantes compessere desertores, dum Illustrissimus Præsul ad impediendam hostis ferociam militem armare, incendium in scintilla opprimere, & rebellaturis terrorem incutere satagit, Tu horum tantorum pro salute publica laborum comes indiuiduus ac testis non otiosus adhærebas. Exoptandum unanimi voto, omnes omnium Ordinum Ciues, ad fortiter pro Aris & Focis, decertandum incitare. Tu Afflictis solatium, Miseris opem, Cunctis spem & auxilium fidele præstitisti; ut felix omnino Cracouia sit, quam Te in partem solicitudinis, & curarum Ill^mi. & R^mi. Episcopi, quasi Herculem nouum, emerito Atlanti habeat, quorum studijs & industria, jam melior tandem Cracouiæ salus incipiat apparere. Quare immortalitatē quandam, mihi nunc consecutus esse videris Perillustris & Adm. R^de. D^ne. qui, vt navis olim Scipionibus, sic Tu Ill^me. Gembiciorum Prosapiæ dilectus in sacello honoris ipsorum amplissime radiabis. Perennet igitur hæc ad D.O.M. Gloriā, perennet ad boni publici solatiū, & ad incrementum literarum perennet hæc Tua Virtus & institutio. Sanctus Sanctorum & re-

 staurator

ſtaurator, humani generis Chriſtus, cuius liber hic anniuerſarijs ſolennitatibus Vitam adumbrat diu Te ſoſpitem diu incolumem, Regno, reipublicæ, & Eccleſiæ Dei faveat quam diutiſſimè. Vt & Regno clauis, & Viris Principibus chariſſimus, in vita, quam nunc à literis nanciſceris, ſerò tandem ingrediaris immortalitatis Æternitatem. Ita Voveo & opto. Dantiſci 28. *Octob.* 1651.

Perilluſtris & Adm. Rdæ.

Dominationis Tuæ

deditiſſimus

GEORGIVS FÖRSTERVS
S.R.M. Bibliopola.

FACVLTAS ADM. R. P. GENERALIS.

Nos Fr. Fortunatus à Cadoro Ordinis Minorum S^ti. Francisci Capucinorum Generalis Minister (licet immeritus.)

CVm opus titulum Hispanice habens *Los Triumphos de Christo* ex Hispanico idiomate in Latinum factum opera & studio V. A. P. Onesimi ab Ipra Concionatoris Capucini à duobus præfati Ordinis Nostri iuxta commissionem nostram lectum & approbatum fuerit, vt typis mandari valeat, seruatis aliis seruandis, tenore præsentium concedimus atque indulgemus: in quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas officii nostri sigillo muniri mandauimus. Datum Bononiæ 15. Martii 1651.

Locus † sigilli

Fr. FORTVNATVS *Minister Generalis.*

CENSVRA.

DIscursus prædicabiles seu Triumphos Christi Adm. Rdi. Patris Ioannis de Mata Concionatoris famosissimi Ordinis PP. Prædicatorum ex Hispano idiomate in latinum translatos studio & labore Adm. venerabilis Patris Onesimi Iprensis Capucini Concionatoris, ex impositione Adm. Rdi. Patris Generalis & commissione Adm. Rdi. Patris Caroli Bruxellensis Definitoris Generalis totius Ordinis & Ministri Prouincialis huius nostræ Prouinciæ Flandro-Belgicæ summo studio & diligentia perlustraui, & inueni sanæ fidei & probis moribus conformes & ex Hispano fideliter ad sensum translatos; ideoque luce publica dignos censeo, non dubitans eos verbi Dei præconibus vtiles & gratos futuros ad honorem Dei, Animarum salutem, & Religionis splendorem. Datum Mechliniæ 27. Iunii 1651.

FR. LIVINVS ALDENARDENSIS GVARDIANVS *Capucinorum Ipris & Lector Sacræ Theol.*

CENSVRA.

EX ordinatione Adm. R. P. nostri Generalis & commissione Adm. R. P. Caroli Bruxell. Definitoris Generalis, nec non Prouincialis Prouinciæ nostrę Flandro-Belgicæ, attente perlegi hos *discursus prædicabiles seu Triumphos Christi Admod. R. Fratris Joannis de Mata* Concionatoris famosissimi Ord. FF. Prædicatorum: ex Hispanico idiomate in latinum translatos opera & labore Adm. Vener. P. *Onesimi Iprensis*, Ordinis nostri Theologi ac Concionatoris; in quibus nihil reperi honestis moribus, aut Catholicæ fidei contrarium, omniaque probe cùm Hispanico idiomate conuenire. Quapropter sperans vberes fructus inde nasciturosad honorem Dei & animarum salutem; vt prælo mandentur, dignissimos iudicaui. Datum Ipris 22. Aprilis Anno *1651*.

Fr. MAXIMVS SOTTEGEMIENSIS *Cap. Theologus, Concionator & Guard.*

APPROBATIO.

T*Riumphus Christi, & Paradisus Virginalis Adm. R. P. F. Ioannis de Mata, Prædicatoris Generalis Ordinis S. Dominici*, idiomate Hispanico ab ipso conscripti, & in Latinum translati à *R. A. P. F. Onesimo de Kien ab Jpra Capucino*, nihil continent Orthodoxæ fidei aut bonis moribus contrarium, sed multam eruditionem, & conceptus præclaros, verbi Dei præconibus, ad animarum instructionem deseruituros. Quare publica eos luce dignos censui 17. Augusti 1651.

GVILIELMVS BOLOGNINO S. THEOL. L. *Can. & Lib. Censor Antvu.*

BENEVOLO
AC CANDIDO LECTORI.

EN alterum tibi, Lector beneuole, produco in lucem Hiſpanum, Illuſtriſſimi Ordinis Prædicatorum S. Dominici, Prædicatorem Generalem R. P. F. Ioannem de Mata à me Latinitate donatum. Plures quidem edidit Tomos, ſed non adeò magnos, ſingulari pietate, doctrinâ, & conceptibus fecundos: placuit tamen binos tantùm ſeligere transferendos: *Triumphos Chriſti & Paradiſum virginalem:* vt Mariam Chriſto coniungerem, & à Maria Chriſtum non ſepararem.

Poſteriorem ſecutus ſum editionem, in quâ ſingulis concionibus alius ſuperadditur nouus Diſcurſus, quem etiam hoc verbo *Additus* in margine annotaui. Stylus eloquentiſſimus eſt, metaphoris & Allegoriis abundat, SS. Patrum vbique ſententiis exornatus: ſed ex Correctorum incuria, & ſenſibus hinc inde imperfectis valde operoſus. Quocirca lector beneuole, ignoſce, ſi non vbique ita tibi clarus appareat: conatus ſum tamen, quantum Hiſpanici idiomatis peritia tulit, & diligentia potuit, additis quoque aliorum peritiorum interpretationibus, ſenſum ſenſui reddere. Si fortè alius tibi meliùs arrideat, cenſuram non auerſor.

Laborem igitur ſtudiumque noſtrum, Beneuole Lector, qualecumque illud aliorum calculo cenſeatur, grata mente ſuſcipe, & ſi quid in eo quod offendat, offenderis, charitas tua Chriſtiana multitudinem operiat erratorum; inducias mihi anni vnius concede, & propria mea tibi ſubrogabo, illiſque ad ſalutem tuam, aliorumque ſpirituale commodum diu vtere. Vale, Ipris 28. Auguſti 1651.

FR. ONESIMVS DE KIEN,
ab Ipra, Capucinus indignus.

SYNOPSES CONCIONVM EARVMQVE DISCVRSVVM QVÆ IN HOC FESTORVM CHRISTI OPERE CONTINENTVR.

CONCIO I.

De Natiuitate Domini Nostri IESV CHRISTI.

Verbum caro factum est. Ioan.1.p.1.

Discursus I. *vsque dum Deus homo fieret, nec eius amor, nec amoris eminentia se totaliter manifestabat: nec enim verus amator amato satisfacit, nisi seipsum tradat. In pignus seruiuit futuræ Incarnationis, quod Deus hominem ex terrestri rudique luto ad imaginem suam creauerit & similitudinem.* p. 2.

Discursus II. *Deus humanus & Incarnatus hominem sibi deuinxit & attraxit: Prælati namq; benignitas eum attrahit, quem seueritas abigit. Et iusti omnes ac Prophetæ ante eius aduentum adeo feruenter illum ideo desiderarunt: quia illum in spiritu contemplabantur benignum, humilem, nostraque carne vestitum.* p.9

Discursus III. *Coniungit D. Ioannes Verbo sublimi ac diuino, humilem humanamque carnem:* Verbum caro: *cum enim in hoc mysterio se amatorem ostenderit adeo sincerum, de abiectionibus gloriatur dilecti, nēpe hominis.* p.17

Discursus IV. *In quo congratulamur Virgini Mariæ nunc Deiparæ; in qua stupendo prorsus miraculo & nunquam nec vmbratice quidem præuiso conueniunt Maternitas & Virginitas: nam sicut hodie se cernit matrem & plusquam matrem: ita quoque se Virginem lætatur & plusquam Virginem.* pag. 24.

CON-

CONCIO II.

De Circumcisione Domini Nostri IESV CHRISTI.

Postquam consummati sunt dies octo. Luc. 2. p. 30.

DIscursus I. *Recepit in se Christus quod molestum est in lege scripta: vt nobis in eius compensatione reddat quod suaue est in lege gratiæ; pro Circumcisione Baptismū: pro sanguine fundit nobis aquam: pluresq; illi circumcidi infantes in lege veteri, eos omnes vt Martyres efficiens: vt se ad mortem pro omnibus subeundam obliget.* p. 31.

Discursus II. *Christus honorem suum nostræ copulauit vtilitati: quocirca sanguinem effundenti nomen Iesu imponitur; hoc est Salvatoris: certo quodam modo suā extendens auctoritatem, ex eo quod pro homine patiatur.* pag. 38.

Discursus III. *Celebrātur diuini nominis Iesu præconia & dignitates, quas in se complectitur: quo Deus operibus perfectionem tribuit & vtilitates infinitas ex eo homini prouenientes.* pag. 42.

Discursus IV. *Inuectiua contra iuratores, abusum iuramenti execrans: in cuius culpæ supplicium Deus volare dicitur, qui ad aliarum castigationem tardus est & longanimis.* pagina. 49.

CONCIO III.

De Adoratione Regum & Epiphania Domini Nostri IESV CHRISTI.

Ecce Magi ab Oriente venerunt, &c. Matt. 2. p. 56.

DIscursus I. *Abiecta nostra in Christi natiuitate tantam assecuta sunt dignitatem vt eam omnes eius humilia obliuioni tradātur, & ita extollantur vt omissis tam cito cunis infantia & præsepi Saluatoris, Christum nobis hodie*

describat Ecclesia, vt supremũ gloriæ Regem, quem terræ Principes eius causa prono pectore adorant. pag. 57.

Discursus II. *Horum regum aduentu confunditur populi Hebraici ingratitudo, qui diuinus muneribus adeo devinctus, pedes tamen non habuit, quibus eum quæreret: sæpe namq; illi sunt ingratiores, qui Deũ clarius agnoscunt.* pag. 63.

Discursus III. *Reiectio & ruina veteris Synagogæ, vocatio est nouæ Ecclesiæ. hoc Deus in more habet, non permittere casum vnius nisi alterum in locum eius substituat.* p. 69.

Discursus IV. *Stella lucem suã Hierosolymis retrahit, vbi præsidebant legis Magistri vt Ecclesiæ Doctores consulantur & per ipsos omnes doctrinæ cum Concilijs Sanctisq; doctoribus conformentur.* pag. 74.

Discursus V. *Visâ stellâ Reges itineri se accingũt quia vocationibus & inspirationibus diuinis (sunt enim stellæ & lux) obtemperandum est, statim illas opere exequendo.* pag. 79.

Discursus VI. *Sapientes & Reges vocantur dum Deo munera offerunt: tunc etenim opulenti Reges sunt & sapientes, quando facultates suas diuino consecrãt cultui & in paupertatis humanæ obsequiũ.* p. 85.

Discursus VII. *Significationes mysticæ ac morales proponuntur quas in auro, thure, & myrrha Reges Principi gloriæ dedicarunt.* p. 90.

CONCIO IV.

De triduana Saluatoris absentia, & eius in templo inventione.

Remansit puer Iesus in Hierusalem. Luc. 2. p. 96.

DIscursus I. *In hoc vita familiaris ac continuæ cũ Deo non habetur conuersatio: nũquam patitur perpetuo se videri, quinimo nonnumquam ab animabus perfectis faciem suam abscondit.* p. 97.

Discursus II. *Absens seu perditum*

tum

tum bonum & tale cognitum grauiorem prouocat in illo requirendo sollicitudinem: vnde quandoq; Deus absentiam interponit, vt quæsitus & inventus magis meritoria dulciorq; fiat animæ eius præsentia. p. 103.

Discursus 3. *Sicut ad Dei præsentiam omnia conueniunt felicia; ita eo absente omnia conuolant sinistra: & iustus ille debitusq; tantum est dolor quem prouocat iactura spiritualium.* p. 109.

Discursus 4. *Ad maiorem Patris sui gloriam se filius ex oculis suæ Matris absentat: quo nos docet amori paterno, Dei amorem præferendum. Doctrina hæc eos tangit, qui mundo & parentibus valedixerunt: sunt enim illi qui grauius turbant eos & remorantur.* p. 116.

CONCIO V.

De Baptismo Christi.

Vidit Ioannes Iesum venientem ad se &c. Ioan. I. p. 121.

DIscursus I. *Sacramento, omnium ianuæ & nostræ salutis principio se Christus in Baptismo suo offert tanta demissus humilitate & similitudine peccatoris, quanta in vita sua se monstrauerat: desiderans vt nos sibi deuinciret, patentius se Deum ostendere in ignominijs hominis gratiâ toleratis.* p. 122.

Discursus 2. *Ad infimum omnium elementum sub aquis descendit Christus, cum enim sub illis peccatum teneret hominem, ascendens de Iordane secum illũ eduxit. Proponitur peccati grauitas, quod tam facile committitur.* p. 109.

Discursus 3. *Humili illa actione Redemptor noster, ipsa tamen sanctitas & innocentia, tollit etiam à perfectioribus omnẽ præsumptionem & iactantiæ rationem.* p. 134.

Discursus 4. *Quemadmodum Spiritus S. Virginea SS. Mariæ viscera fecundauit ad conceptionem Verbi; ita fecundas reddit aquas animabus regenerandis*

nerandis instrumentum : ex quibus filiæ Dei renascuntur. Agitur de virtute & diuinis effectibus S. Sacramenti Baptismi. p. 141.

Discursus 5. *Officium seu titulus Baptistæ tantopere D. Ioannem extollit: vt eum reliquis Sanctis reddat sublimiorem : vnde discursus huic eius dedicatur prærogatiuæ, licet in ipsius Dei solemnitate.* p. 147.

CONCIO VI.

De gloriosa Christi Transfiguratione.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem. Matt. 17. p. 153.

Discursus I. *Aperit hodie Saluator noster & absconditam reuelat gloriam : quo ex eius conspectu pelliciat hominem lucri cupidum, quem præmium monet, animat, & alit* p. 154.

Discursus 2. *Quod Euangelista vtatur hoc verbo Assumpsit, quod violentiam indicat, ratio est : quia mortales ita firmiter terræ sunt affixi, vt monstrante Deo illis gloriam suam, dicantur ab eo assumpti nec enim sponte sua irent, sed violente quasi rapiuntur,* 161.

Discursus 3. *Conspectum gloriæ præcedit ascensus montis ardui: omnis quippe felicitas obtentu facilis tantam ingerit suspicionem: vt etiam in Angelis, licet spiritus sint, quærere debeamus quãdo vel quomodo aliquid passi sint, quo beatitudine, qua gaudent, potirentur.* p. 169.

Discursus 4. *Christus Moysem assumit sibi socium mitem legis suæ promulgatorem, & Eliam eiusdem zelatorẽ: quia tanquam vniuersalis Prælatus docet illos quicumque futuri sunt, vt sibi comites & laterales adsciscant suauitatem & severitatem, misericordiam & iustitiam,* p. 173.

Discursus 5. *Christum in gloriæ suæ manifestatione comitantur Elias & Ioannes virgines: Moyses & Petrus vxorati: nullus etenim status regni cælestis impedit assecutionem : si modo quisque status sui satis-*

faciat obligationibus. p. 178.

Discursus 6. *Ex eo quod Christus dum orat, transfiguratur, nobis indicatur orationis cum Deo effectus: vera vtique mutatio vultuum certo quodam modo, etiam in ipso Deo, quia transfigurationes quæ non apparent in vultu, vel conuersiones sine mutatione suspecta sunt.* p. 185.

Discursus 7. *Conspexit D. Petrus vel vnicum gloriæ radiũ: & vsquemodo nunquã dixit:* Bonum est nos hic esse: *tantum etenim hæc vera bona, terræ falsa adimplent: tantumq́ue est deliciarum cælestium pondus vt creatum opprimeret intellectum, si Deus illum supra se non attoleret, vt illis frueretur.* p. 192.

CONCIO VII.

De triumphali Christi Domini nostri Resurrectione.

Surrexit Dominus vere. Luc. 24. p. 198.

Discursus 1. *Hæc redemptoris nostri maxima est victoria, in qua morte sua mortem superat & de sepulchro resurgit gloriosus: nam si fari liceat, triumphum & dignitatem ostendit eminentiorem mortuus quam viuus.* p. 199

Discursus 2. *Quam parum fidere possimus humanæ perseuerantiæ in virtutum exercitijs: quandoquidem etiam Christi discipuli in eius amore deferveant, & in fide Resurrectionis eius arguantur infideles vt nec integro perseuerent die.* p. 206.

Discursus 3. *Multum se illi Christus reputat deuinctum, qui passioni suæ compatitur, eiusque gerit memoriam: ille ipse tristes ea consideratione profusas abstergit lachrymas: & lachrymabantur duo illi Discipuli: quocirca se sociũ illis exhibet.* p. 212.

Discursus 4. *Deus eodem pede, quo anima progreditur: pro vt illum deuincit vel nõ festinat vel pedem ab illa refert & abscedit. Quia vero hi Discipuli peregrini incedebant à fide & eius memoria, quam habere tenebantur, ipsis se*

 exhibet

exhibet peregrinum, p.218.

Discursus 5. *Redemptor noster cum intellexisset Discipulos suos de Passione sua collocutos, denuo percunctatur*: Quæ? *Quia ex amore erga hominem breves illi videbantur pœnæ adeo diuturnæ, quibus homo ita deuinciretur, vt iam nulla faceret peccata.* p. 223.

CONCIO VIII.

De admirabili Ascensione Domini nostri Iesu Christi.

Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. Marc. 16. p.229.

Discursus I. *Tanta Christus ascendit Maiestate tantumq́ mors sua eum extulit, vt ad triumphalem eius ingressum non aperiantur, sed tollantur cælestes portæ: etenim illum non capiunt qui certo quodam modo de terra maior, reuertitur (sit venia verbo) quàm de cælo descenderat.*

Discursus 2. *Distulit Christus discessum suum in cælum quadraginta diebus: quia liret in illo nequaquam, in nobis tamen ascensus immediate post resurrectionem, & absque vlla temporis mora, solet communiter minus esse securus.* p. 236.

Discursus 3. *Quadraginta horas quibus Saluator noster iacuit sepultus, quemque luxerunt Apostoli, compensat quadraginta dierum visitatione: vt enim Deus in rigoribus ac seueritatibus contractus est, ita in deliciis & misericordiis est effusus.* p.241.

Discursus 4. *Vt erant Apostoli tenaciter nimis affixi cōuersationi ac communicationi Magistri sui Christi, eiusque sanctissimæ humanitati, vt ad diuinitatis amorem adspirarent, illam in cælum defert, eis affirmans non superuenturum Spiritum S. donec illis ipse se subtraxisset.* p.246.

Discursus 5. *Explicatur gloriosus Christi triumphus in*

nube

nube, quæ vapores attollit de terra, quia cum Saluatore nostro nos homines & ascendimus & triumphamus. pag. 252.

CONCIO IX.

De Festo Pentecostes de aduentu Spiritus Sancti.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ioan. 3. p. 257.

Discursus I. *Amor Patris, nempe Spiritus Sanctus dedit nobis vnigenitum filium suũ: filius autem morte sua nobis meruit eundem amorem: quocirca ex maxima dilectione mortis Christi, secutus est aduentus doni huius diuini. p.* 358

Discursus 2. *Euidentissimum hoc fuit Christi diuinitatis argumentum quod sedens à dextris Patris sui Spiritum S. miserit: qui namque tantum homo est ad dignitatem promotus altiorem, omnium obliuiscitur.* p. 262.

Discursus 3. *Quo usque Deus non dederat amorem personalem, nempe Spiritum S. censebat omnem se homini non ostendisse affectum suum hodie taliter hoc implet: vt Deus nec plura habeat quæ largiatur: nec homo quæ recipiat.* 270.

Discursus 4. *In aëre & igne Spiritus S. suos demonstrat effectus, significans quod veniat peccata remissurus, hominemque in se transformaturus, si ex nostra parte nullũ obstet impedimentum. Describitur mysterium probaturque ad gloriam sacratissimæ sponsæ Spiritus S. nempe Mariæ, quod certo quodam modo hic illi deberetur, & hic descensus eius omnesq; in animas illi debeant adscribi. pag.*

CONCIO X.

De festo SS. Trinitatis.

Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij & Spiritus Sancti. Matth. vltimo. p.287.

Discursus 1. *In sublimissimo & maxime abscondito nostræ fidei mysterio, fundamento ac basi eiusdem, Deo non placet intellectus altitudo: grata est autem illi humilis submissio, & bene affecta voluntas, quia quo quis sanctior, eo Deum cognoscit distinctius.* p.288.

Discursus 2. *In hoc mysterio cui vsque ad aduentum suũ Deus tot tenebrarum ac figurarum vela oppandit, præclaras instituit nuptias inter rationem naturalem & fidem infusam: & si illa comprehendat esse Deum, eumque vnum: hæc nobis illum reuelat Trinum in Personis.* p. 294.

Discursus 3. *In aquis Baptismi, qui purificant animas, reuelat Christus mysterium nostræ fidei fundamentum, quam virtutes corroborant & peccata enervant; unde nonnulli propter peccata sua illam amittunt.* p.304

Discursus 4. *Moriens ante Christus & postmodum resurgens, absolutam suam usq; nunc non ostendit potentiam, licet illam haberet, sed modo mittens Apostolos suos vt vniuersales mundi prædicatores, illam manifestat: quia docet quod ad debitam officij prædicatorum & Prælatorũ executionem, necesse sit mors antecurrat: & fructibus abundabit.* p.309.

CON.

CONCIO XI.

De Augustissimo ac Diuinissimo Altaris Sacramento.

Caro mea vere est cibus. Ioan. 6. p. 315.

DIscursus I. *A quo tempore Deus factus est homo quasi omnem deleuit Maiestatem & abscondit celsitudinem: ita vt SS. instituerit Sacramentum in quo omnes ostendat, se Regem omnium demonstrans eminentissimum.* p. 316.

Discursus 2. *In hoc diuino Sacramento in tantum extollitur humana natura: vt cum homo sit ipsum nihil Deo comparatus; hoc Deo vnitus, sibi possit absq; omni arrogantia praeclara adscribere.* p. 323.

Discursus 3. *Quasi gloriosus & medius beatus (si fari sic liceat) est qui digne communicat: etenim certo quodam modo de Deo possessionem accipit: hoc quippe Sacramentum proprietates gloriae complectitur.* pag. 330.

Discursus 4. *Adeo fortiter Deus in SS. Sacramento nostras deuincit voluntates: vt quamuis aliorum eius beneficiorum hominis obliuiscatur ingratitudo: tanti tamen beneficij donique magnitudo, eum reddit quasi impossibilem & vires tollit ad peccandum.* pag. 337.

Discursus 5. *Tutissimum ac certissimum Dei erga nos amoris pignus est SS. Sacramentum in pane vinoque institutum: in cuius vindemia seu messe omnia clauduntur Tribunalia: quia in mensa hac caelesti, omnis diuina pacatur indignatio.* p. 343.

Discursus 6. *Eucharistia fuit velut quidam amoris excessus, in quo (si fari sic liceat) Deus de seipso egreditur: vt autem illum homo digne recipiat: necesse est vt de seipso egrediatur, vultum moresque commutet, suos in diuinos transmutans & caelestes.* 350.

Discursus 7. *Quicumq; receperit corpus & sanguinem Dei, suum pro eo tenetur effundere:*

dere pignus illi imponitur moriendi & subeundi Martyrium: quod si defuerit executor, ipse sui sit executor, accedens vt mortuus: quandoquidem Sacramentum mundanorum omnium mortem exposcat. *p.* 356.

Discursus VIII. *Hostia adeo pura puritatem petit Angelicam in recipientibus eam: sed potissimum in Sacerdotibus immediatis Ministris: cum peccata carnis maxime huic Sacramento omnino spirituali repugnent.* *p.* 362.

Discursus IX. *In hoc S. Sacramento datur ipsa vita, quæ indigno vertitur in mortem, & hic in Deo reperit lucem & misericordiam, horrorem, vmbras & iustitiam.* *p.* 368.

Discursus X. & ultimus. *Ad honorem fit Sacratissimæ Virginis Mariæ, quæ magnam habet in hac solemnitate partem. Quandoquidem Dei filio carnem ministrauerit, quã in Eucharistia in Sacramentum vertit.* *p.* 374

CON-

CONCIO PRIMA DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Verbum caro factum est. Ioan. 1.

SALVTATIO.

Plin. l. 5. Natural. hist.

TEstatur Plinius de vehementissimo fluuio Nilo qui totam Ægypti Prouinciam irrigat, ex cuius inundatione, & alvei superegressione terræ illius vbertas fructuumque consistit grata fertilitas, quod in quibusdam & profundissimis foveis quibus fluuius in præceps actus, rapidissimo defluat impetu ad valles arvaque plana ac humilia. Tanta est fluxuum illius violentia, vt horrore circumvicinos percellens, habitatores eius sepulchra reddat domosque silentij, dum attentissimas eorum aures æterna obturat surditate. Si demus effectum hunc flumini, si sensum auditus aquę superent delicatæ: quid futurum in ortu maris, quo de Paterno pectore per æternam prosiliens generationem: *Exiuiá Patre*: atque ex maternis visceribus secundum temporalem: *Et veni in mundum:* hodie homo nascitur? quis ex nimio tremore non obsurdescat? Quomodo fieri potest vt in longum se humana protendant verba: cum diuinum se tantum contrahat & abbreuiet? Testem produco D. Maxi. ita loquentem: *Quis ergo fratres, cœlestis consilij profundum hoc valeat æstimare?*

I. Similitudo.

Ioan. 16.

D. Max. ho. 5. de Natiuit.

Profundum nominat hoc mysterium, abyssus est & pelagus, in quod non Angelicum, non humanum ingenium bolidē iniicere præsumit, illud perscrutauerim, qui illam subitò de manu sua dissoluat. Noctu primò pastoribus hæc læta nuntia deferunt Angeli: non solum quia Rex eorum in nocte nascitur sed quia tempus hoc silentio scimus dedicatum. Et certum habeo quod illos, quibus hoc annuntiatur mysterium, longioribus non detinebunt sermonibus: cum velut agrestes & rustici ingenio sint rudiores, parumque comprehen-

II. Applicatur.

dant: nec hoc miremur: quandoquidem & ipsi Seraphini, qui illo in gloria amplissime perfruuntur, & stupore attoniti sermonem in terra contrahunt dum ei comites assistunt. Nihilominus cum ex summa liberalitate & gratia Verbum caro fiat: *Et Verbum caro factum est*, ex rigore iustitiæ postulat, vt caro in gratissima conuertatur verba, quibus vtilitatum fructuumque hominis tota celebretur abundantia. Quod si metu nimio lingua torpesceret aures secuta surdas, illam sua potestate magnificus dissolueret pusio recenter natus intercedente matre pulcherrima, plena gloriâ, & gratiæ cælestis œconomâ: *Aue Maria.*

Ioan. 1.

Discursus I. *Vsque dum Deus homo fieret, nec eius amor, nec amoris enimentia se totaliter manifestabat: nec enim verus amator amato satisfacit, nisi seipsum tradat. In pignus futuræ seruiuit Incarnationis, quod Deus hominem ex terrestri vndique luto ad imaginem suam creauerit & similitudinem.*

CVm suprema Dei nostri maiestas, fide sic nos docente, humanis oculis esset inuisibilis, in solio gloriæ suæ residens, inuisibili suæ dignitati velum extendens, eius essent portæ adeo obseratæ, occulta & abscondita eius secreta vt seipso solus gauderet, & in æternitate sua contemplaretur: foris attamen per effectus in formatione creaturarum palam innotuit: Angelis esse dedit & hominibus: his humana caro, terrestre corpus ac vnde transitum ad eius visionem impediebat: illum patefaciens immortalibus illis substantijs vtpote puris spiritibus. *Deus corporeis oculis* (inquit disertissimus Petrus Chrysol.) *non videtur, diuinitas non capitur mente carnali: humana ratio rerum non capit conditorem.* Insignem plane ac diuinum fundans conceptum. Attendant, inquit, Deum ita secretum & absconditũ: deinde sacras euoluant historias antiquæ legis, & præteritorum temporum, & invenient, quod in similitudine humana, corpus sibi efformans ex aëre mortalibus se reuelare & apparere dignatus sit, vt eum illi saltem in repræsentatione conspicerent. Patriarchæ apparuit Abrahæ, modo membra præferens robustioris adolescentis: modo velut peregrinus lotionis pedum obsequium acceptans. *Lauentur pedes vestri*: nunc mens assidens ex oblatis sibi ab amico ferculis manducans, paneque vescens subcinericio & azymo quem Sara coniux pinserat: modo cum illo longos protrahit sermones, & tandem inde discedens transit in domum nepotis illius Lot.

D. Petr. Chrysol. Serm. 131.

III. Deus inuisibilis, tamen hominibus apparuit.

Genes. 18.

Cui rei Domine tot militant demonstrationes manifestandi te in aëre, cum temporis nondum aduenerit plenitudo, cuius meminit D. Paulus: *At vbi venit plenitudo temporis?* Quis fructus ex anticipatis ita visionibus? Multus quidem (respondet præfatus Doctor) per omnem modum: etenim paulatim satisfaciebat desiderio quo flagrabat se nostræ veniendi mortalitati, mortalibus ostendens, quod nequaquã ab incepto desisteret, donec realiter vereque mortalitatis nostræ saccum indueret, cum eius amor perfecte hominibus non innotesceret, quo tempore eum mortales non intuerentur. *Sic ad Abraham Deus venit in hominis forma; succedit hospitis in figura, & lassi viatoris in morem, accipit suis pedibus aquam, sedet invitatus ad mensam, vituli & panis appositione saturatur, & ita totus humano se credit & committit obsequio, vt ipso tactu, visu verum hominem videatur explere.* Verba vltima notemus. Ab æterno decreta erat filij Dei Incarnatio: sed coactam præuenit detentionem: qua factum est vt multis sæculis priusquã proprie appareret factus homo, mortalium oculi invisibilem conspexerint: *ipso visu*: & gloriosum tetigerint: *Tactu*: atque hoc modo ipse amorem suum nutriat: suauem illi fraudem imponens, qua donec hodie accedat & nascatur, sibi indicet esse satisfactum.

Gala.4.

IV. Ratio huius.

Subtiliter profecto docet hoc magnus ille Theologus D. Greg. Nissenus. Sponsum audit cœlestem hæc sponsæ suæ Ecclesiæ dicentem. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* Quod si inter duos illos titulos interpositum fuisset (Et) vnum ab altero distinguendo, facilis erat intellectus: attamen siquis mihi dixerit: Deus est puteus, fons: non capio: fons effuso & vehementi fluit gurgite: donec ex paruis riuulis ac lenioribus torrentibus in fluuium accrescat violẽtum ac impetuosum. Puteus aqua est loco vno detenta: quod si fluat, per secretas fit hoc venas, ac per inuisibiles aquaductus humanis oculis absconditos. Aquæ puteales certo loco stagnantes consistunt: fontis autem lenes sunt. Quomodo ergo: *Fons hortorum, puteus &c.* Notandum, inquit S. Doctor, etenim Deus est, de quo loquitur & quem in duplici illo statu considerat: diuina quippe bonitas ac natura dupliciter potest debetque considerari: vel secundum quod ab æterno fuit in se, vel secundum quod in tempore defluxit ad creaturas, atque ad vnam adeo nobilem, qualem hominem esse contemplamur. Prius aqua erat putei detenta; quamuis enim flueret, fiebat tamen hoc abscondite de Patre ad Filiũ per generationẽ æternã: & de Patre ac filio ad Spiritũ S. per diuinam processionem: foras prosilijt in

Cant.4.

V. Vnde fons dicitur & puteus.

rerum creatione: signa præbens desiderij mentisque suæ seipsum in operibus suis manifestandi. A seipso egressus est, Patriarchis amicis suis se reuelans, a seipso egressus est in Incarnatione, nostram induens carnem. Hodie aqua fit fontis, aperit & ostendit non apparens sed verum esse humanum: vt autem constet eundem illum esse qui prius & nunc: fons vocetur & puteus, nullo aduerbio interiecto.

VI. Olim puteus hodie fons.

Ipsum audiamus loquentem Gregorium: *Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quod quidem ipsum maxime prodigio simile est: nam cum omnes putei, coactam in vnum aliquem locum aquam contineant, sola hæc sponsa manantem aliò continet aquam, ita vt simul tam putei profunditatem, quam fluminis habeat mobilitatem.* Immobilis est vt puteus, mobilis fontis instar, diuinitas abscondita, vt puteus: humanitas manifesta velut fons: & vsque dum eam homines illi charissimi conspiciant, non sistit, non se continet. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* Grauissima profero & notanda verba D. Irenæi, quæ si clarius exponantur totum hoc declarant mysterium. *Ipse est qui dixit Moysi: videns vidi vexationem populi mei, qui est in Ægypto, & descendi vt eruam eos: ab initio assuetus verbum Dei ascendere & descendere propter salutem eorum qui male haberent.* Se descendisse dicit Deus. Hoc pro more habet hæc eius est inclinatio, hæc diuinitati suæ innata proprietas: descendet igitur toties, donec homo fiat: hic enim quiescet: quia nec dare potest quis amplius, nec homo vnionem cum Deo desiderare strictiorem.

D. Gregor. Nisse. ho. 9. in Cant.

D. Iren. l. 4. aduer. hæres. c. 26.

Exponamus hoc in illo sacrificio quod antequã Deus illud in lege scripta statuisset, Abel in lege naturæ Deo dedicauit. Multum interpretes laborarũt in modo quo S. pagina illud describit: *Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* Vt video præscriptus hic à S. textu modus non leuem inuoluit difficultatem: Etenim prius oblationem, oues, & pecora, respicere conueniebat. Abel offerens erat: respiciat igitur Deus primò ad id, quod magis est immediatum, & diuino cultui incendio consecratum, non autem ad Abel qui viuus a sacrificio recessit, dicaturque: *Respexit Dominus ad munera & ad Abel.* Noui dubio huic in sensu morali solere responderi: Deum parui facere dona, munera & oblationes, si cor illi prius non offeratur: & ita manifestat paraphrasis Chaldaica: *Suscepit Dominus cum beneplacito Abel & munus eius;* verumtamen intentioni meæ fauet Theodotion ita transferens: *Inflammauit Dominus ad Abel.* Grauiorem adducit difficultatem verbum illud: *Inflammauit ad Abel*

VII. Allegoria de sacrificio Abel.

Genes. 4.

Abel in ſacrificio: vtique: nam in ſignũ acceptationis, Deus de cœleſtibus ignem præcepit deſcendere conſumentem holocauſtum. Porro quas in Abel flammas intuemur? Caſus hic eſt: vt enim optabat Deus homo fieri, & ignis eſt, ipſum ſignificat in hoc elemento, dum illud prius ad hominem quam ad donum mittit: nã deſcendens illum ſibi vnire contendebat: hoc eſt quod ait S. Irenæus: *Aſſuetus Verbum Dei deſcendere.*

VII. [A]llegoria [in] ſacrificio [A]bel.

Grauiter expendit Patriarcha Venetus D. Laurent. Iuſtinian. de præſenti myſterio, & primo die Redemptoris in hoc mundo, illud Ioannis: *Surgit à cœna*: qui & vltimus illi fuit: in quo Euangeliſta deſcribit inuẽtiones quas amor eius inſtante iam mortis hora operatus eſt *Surgit à cœna, id eſt à ſinu Patris.* Comparat hanc à menſa ſurrectionem vt pro hominis ſalute moreretur, cum illa ſurrectione de ſinu Patris, vt homini viueret. Quando quis à menſa ſurgit opulenta & gratiſſima, fercula relinquit ſapidiſſima, & ſocietati valedicit chariſſimæ, dicimus: grauiora premunt illum negotia: quandoquidem tantæ voluptatis occaſio illum menſæ non affigat immobiliter: dum igitur Chriſtus de menſa aſſurgit gloriæ, de ſinu ſc. Patris: non eſt quod illum deſerat, ſed quo nobis amoris ſui manifeſtet impetum: & ſi fieri poſſet, etiam ibi, vbi centrum illius eſt, non quieſceret, quandoquidẽ vſque in hodiernum diem quietus non detineatur.

Ioan. 13.

D. Laurent. Iuſtin. de triumphali Chriſti agone.

[Ge]neſ. 4.

VIII. Surrexit Chriſtus à cœna, id eſt a ſinu Patris.

Elegantiſſime ſiſtit in eo D. Ambroſ. quod in menſe Decembri, in quo Chriſtus naſcitur, dies creſcere incipiant: at in Iunio, quo prodit in lucem Baptiſta Chriſti prænuntius, decreſcere: quid hoc myſterij? ſane non leue. Sed ex ore tanti Doctoris illud intelligamus. *Ipſa tempora famulantur partibus ſuis: cum detrimentum faciunt, ſeruus gignitur: cum autem Dominus naſcitur, conſequuntur augmentum.* Naſcitur Dominus, & immemor hyems horrida & contracta niuium ſuarum & pruinarũ, ſe dilatat, extendit & augetur. Oritur ſeruus, & Sol quaſi ab æſtu, quiſ[f]eruere incipit, ſe retrahens, abſconditur, tenebris noctique locum cedit ampliorem. *Ipſa tempora famulantur.* Vim rationis huius expendamus: Deus vt zeloſus, ne diceret aliquis, eſſe aliquem qui tanto amore homines proſequebatur, quanto diuina ſua Maieſtas, ſtatuit, vt cum naſcitur Ioannes Baptiſta mortalium maximus, dies ſe contrahant & decreſcant: & quia amor humanus terminos nouit augmenti, lucis ſuæ ſentiat detrimentum dies illa natalis licẽt Baptiſtæ, qui naſcitur ad mundi vtilitatem: porro quandoquidem diuinus amor numquam ſiſtat, nec ad præfixum

D. Ambr. *Serm.* 12.

IX. Nota circa diem natalis Chriſti & Baptiſtæ.

accedat terminū, etiam quando videtur gradum fixisse, factus iam homo, & impletis suis iā desideriis, dicatur alta voce tempus: quia voces non emittit pusio recens editus: quod crescat eius amor, quod se promoueat, & qui nō, licet requiescat in præsepio, requiescet: *Cum Dominus nascitur, consequuntur augmentum.*

Aristo.

X. Deus est locus hominis, mouetur tamen vt hominem quærat.

Axioma est philosophicum: quidquid mouetur, ad perfectionem sibi deficientem acquirendam mouetur: quæ nulla indigent perfectione, sunt immobilia. *Quæ optimo sunt modo, non indigent motu*: ait Philosophus. Si ignis latens absconditas flammas euibret, seu alas quibus conatur in altum ascendere: quod si lapis celeri descensu tendat ad centrum: hæc idcirco mouentur quia illis hic defuit finis in quo eorum tota consistit perfectio. Similiter certum est hunc ordinem inueniri inter locum, & locatum: locum esse permanentem semper & fixum: locatum autem mobile & mutabile Templum hoc locus est quietis: si quis è domo sua ad illud venire contendat, opus est vt se moueat & mutet. Hoc supposito, hominis locus Deus est: ecce qualiter Dauid eum describat: *Tu idem ipse es &c. filij seruorum tuorum habitabunt. Habitabunt ibi* legit D. Gregor. Tu Domine nequaqnam ijs compararis quæ mouentur, & hodie cum in vno esse consistant, cras in aliud mutantur: quinimo in te velut in loco proprio sibi serui tui morabuntur. Audire lubet D. Gregorium. *Locus hominis ipse conditor extitit, qui hominem, vt in semetipso consisteret, creauit.* Ordo igitur naturalis hic erat, vt homo se moueret quæreretque Deum, Deus autem quietus consisteret. Attamen Deus ex amore modum hunc inuertit & immutabilis existens venit hominem quæsiturus. *Ipse fugitiui sui vestigia subsequens ad retinendum eum quem amiserat hominem, locus venit.* Et ita præfatus Doctor hæret in illo quod Deus deambulauerit in paradiso· *Deambulans ad auram post meridiem*, & ait: *Post peccatum hominis in paradiso: Deus nam non stat sed ambulat.* Peccauit homo, & sicut Deus est locus hominis, eumque homo non quærebat, mouet se Deus hominemque quærit, vt eum ad se conuertat: amore motus hæc statuta variauit. Huic suffragatur insigni sententia D. Fulgentius. *Homo Deum contemnens, a Deo discessit. Deus hominem diligens ad homines venit inaudito miraculo.*

Psal. 101.

D. Greg. *l. 8. Mor. c. 15.*

Genes. 3.

D. Fulgen. *de Natiuit. Serm.*

XI. Consideratio circa creationem hominis.

Secundam modo argumenti partem ordimur cum D. Ambr. qui iuste perpendit diuersum loquendi & operandi modum, quo Deus vsus est in creatione hominis, cæterarumque creaturarum. Cœlos illos ornauit terram hanc fundauit, illos planetis astrisque intertexens: hanc autem

autem herbis plantisq; excoluit, idque breuissimo verbo. *Breuis sermo sed vehemens & late patens, communem maximis & minimis naturam infudit: eodem modo producitur balæna quo rana, eiusdem vi operationis nascitur. Non laborat in maximis Deus, non fastidit in minimis.* Breue mandatum, sed potens adeo, ac magnificum, vt eodem in materia facili steterit illi creatio monstruosæ ac difformis balænæ in mari, quo in stagno pisciculi, & in lacuna ranæ, dũ illi non magis resistit magnum, quam paruum. Adest hominis creatio, & se totum illi manibus verbisque impendit: *faciamus hominem*; quæ Philo nominat auctoritate plena: *Verborum auctoritate Regem constituit omnium*: Indubie loquitur D. Ambros. talis in operando mutatio, præclarum includit mysterium, notatque documentum. Et hoc ideo, vt eum homo tanto feruentius amaret, quandoquidem amoris eius demonstrationes erga eum fuerant euidentiores. *Vt ex primæ suæ conditionis honore intelligeret quantum deberet suo conditori: dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor: vt tantò ardentius amaret conditorem, quantò mirabilius se ab eo conditum esse intelligeret.*

D. GREG. l 8. Mor. c.15.

D. AMB. l.5. Examer. c.22.

Genes.1.

Genes.2. Philo l. de mundi opific.

D. AMB. l. 6. Exame. & l. de digni. condit. hom. c.1.

XI. Considera- tio circa creationem hominis.

XII. Ratio cur Deus hominem de limo formauerit.

Porrò mysterium enodemus. Quod illum de luto formauerit ad imaginem suam, hoc ipso se oppignorauit ad illud quod gaudemus impletum: nam sicut lutum adhæret illi qui illud efformat, ita tempus futurum erat, in quo Deus ita se homini copularet, & homo Deo, vt licet natura distinguerentur, in vna tamen persona vnirentur. Attende, inquit Deus Hieremiæ, figulum illum, dum illum in domum figuli remittit secretum hoc auditurum. *Descende in domum figuli, & ibi audies verba mea*: nam manibus lutum apprehendens rotamque circumagitans vasa formauit pulcherrima: nec se poterat à luto quod manibus terebat expedire. Conceptus hic tribuitur Theodor: *Formauit igitur Deus suis manibus, quem sibi posteà vniret.* Cur Deus manibus vtitur? vt digitis suis operetur. Quare ex campo Damasceno lutum figurat? vt illi agglutinetur. Considerationem hanc extollit spiritus mellifluus D. Bernard. quo auditu nihil suauius. *Addidit honorare limum nostrum, & ei vim rationalem immisit. Voluit quoque infirmiora nostra abundantiori gloria sublimare & contraxit se maiestas, vt quod melius habebat, videlicet semetipsum, limo nostro coniungeret: & in persona vna sibi inuicem vnirentur Deus & limus, maiestas & infirmitas, tanta vilitas, & sublimitas tanta. Nihil enim Deo sublimius, nihil vilius limo, & tamen tanta dignatione Deus descendit in limum, tantaque dignitate limus ascendit ad Deum, vt quid-*

Hiere.18.

Theodor. q. 18. & 20. in Genes.

D. BERN. Serm. 3. de vigilia natiuit.

D. FVLGEN. de Natiuit. Serm.

quid-

quid in eo Deus fecit, limus fecisse credatur, & quidquid limus pertulit, Deus in illo pertulisse dicatur. Veteres honores terræ præstitos nouis Deus accumulauit, elemento inquam, quod creauerat humanis pedibus in subsellium, & diuinarum manuum theatrum, hominem ex ea effingens viuentem ac rationalẽ. Idque illi adeo placuit, vt gradum alium gigantis vlteriorem fixerit: dum hoc Pater ordinat vt Filius suus se homini seu terræ vniat: quia vero vnio fieri debebat in persona Filij, cui soli, ac proprie conuenit esse imaginem, idcirco dicit: *faciamus hominem ad imaginem, &c.*

XIII. Et ad imaginem suam.

Nec solum ad imaginem suam, velut ad causam exemplarem, sed etiam velut ad causam finalem, dicens: huic qui modò limus tantum est ampliorem destino auctoritatem, illum mei ipsius qui Deus sum efformans imaginem. Et quemadmodũ in diuinis personis soli Verbo competit esse imaginem, quasi dicat: quod ille qui imaginem Deo præferret, & cum Deus se hypostatice vniturus esset homini de terra, hæc quoque Deus fieret. Quod si quia imago est, illi iure conueniat vnio cum Verbo: idcirco quia hominem manibus suis effinxit, Deo necesse erat vt hic copularetur & agglutinaretur. Et quantum hoc? *Vt in persona vna sibi invicem vnirentur Deus & limus &c.* Estque vnio hæc adeo stricta, vt quidquid Deus fecit, iuxta fidei nostræ professionem, hoc homo ille fecerit: & quanta passus sit ille homo, Deus passus esse credatur.

Vt autem perfectius intelligamus, audeamus celebre illud Balaam oraculum: *Orietur stella ex Iacob & virga consurget de Israel, & percutiet duces Moab, & vastabit filios Seth.* Interpretatur hoc D. Hieron. de Christo. Stella & virga duas denotant naturas in Christo, diuinam & humanam. Secundum hanc virga est & frutex de terra germinans: secundum illam vero stella est in cœlo: binas indicant generationes, æternam ex Patre, & ex matre temporalem. Denique vna dicit quod orietur ex Iacob, altera ex Israel. Notum arbitror omnibus quod Patriarcha hic binominus fuerit: nomen vnum ab hominibus accepit, alterum imposuit illi Deus. Porro perpendamus quod dum illi duo tituli deferuntur, de cælo stella, de terra virga: titulus de cælo qualis obsecro ille est? Israel, virgę terrestri coniunctus: *Et virga consurget ex Israel.* De terra verò qualis ille? Iacob, cęlesti stellæ conueniens: *Orietur stella ex Iacob:* voces manusque transmutentur, & dicatur: *Orietur stella ex Israel, & virga consurget de Iacob.* An dubium aduertitis? Et quis responsum non aduertit? Docet nos Theologia cum Angelico suo Præceptore communicatio-

Num. 24.

XIV. Christus stella est & virga.

D. Tho 3. p. q. 35. a. 2.

Nota.

nicationem idiomatum & prædicatorum, vt aiunt Theologi, in Christo Deo & homine. Deo nomina tribuimus terrestria, homini vero in Deo attribata gloriç. De Deo dicimus nascitur, plorat, fatigatur: est stella ex Iacob. Et de homine pronuntiamus: est æternus, infinitus, omnipotens: virga ex Israel, atque ita ex D. Bernard. *Vt quidquid in eo Deus fecit, limus fecisse credatur: & quidquid limus pertulit &c.*

Sed multò præclarius latet hic mysterium. Stella fixa permanet, licet ad motum alterius moueatur: homo mouetur & ambulat; connectere igitur stellam, hoc est Deum immutabilem Iacob homini mutabili, quid aliud est, quam quod tangente Deo hominem, illi adhæreat mobilitas, & certo quodam modo egressus à seipso quo hominem quærat, quasi si hic illi deesset, tota sua gloria illi deficeret. D. Thomæ admiror ingenium: percunctatur enim: *Vtrum attribuenda sit Christo aliqua natiuitas temporalis.* Quomodo? *Nasci enim est velut quidam motus rei non existentis antequam nascatur, id agens beneficio natiuitatis.* Deus est æternus: quomodo nascitur? Stella est & virga. Quomodo videtur? Optime, respondet; dum enim Deus æternus ac fortis iungitur in tempore homini limitato & infirmo, in duabus illis naturis (vt iam vidimus) verificantur illæ duæ proprietates.

D. Tho 3. p. q. 35. a. 2.

Nota.

Discursus II. *Deus humanus & incarnatus hominem sibi deuinxit & attraxit: prælati namque benignitas eum attrahit, quem seueritas abigit. Et iusti omnes ac Prophetæ ante eius aduentum, adeo feruenter illum ideo desiderarunt: quia illum in spiritu contemplabantur benignũ, humilem, nostraque carne vestitum.*

Mansuetudo in Principibus, amica conuersatio, & clementia Prælatorum erga subditos, sedes eorum in ęternum confirmat, & nullo tempore mouenda figit imperia. Quam tenere à cunctis diligitur benignus? Quantum omnes abhorrent seuerum? discordes causat animos rigorosa seueritas. Arrogans animus animos generat refractarios: humilis autem animas ad se trahit captiuas vt clementiæ suæ spolia. Concinne notat D. Ambros. auctoritatem & opinionem quam hac via consecutus est Moyses de populo Israel: amator ingeniosus de ingrata illa plebecula: qui cum tantus esset, semper ab eius ore non nisi blanda profluebant verba, ac dulcissimæ rationes: erat regimen eius benignum, & dum Dei indignatio illorum minatur euersionem, constantissime se illi opponit intercessorem. Loquentem

I. Benignitas subditos deuincit.

 audio

D. AMBR. l. 2 Offic. c. 7.

audio D. Ambros. *Quam miti sermone post iniurias, appellabat populum, consolabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operibus, & cum Deo constanter loqueretur, homines tamen humili & grata appellatione affari solebat.* singulariter duobus inhæret, quibus Deus eum dignatus est, vt honorem eius apud populum fulciret. Primum: quod dum descenderet de monte Sinai, in cuius vertice se Deus illi familiarem adeo exhibuerat, necesse fuerit vt faciem suam velo contegeret, quo populo loqueretur: radios namque exilla splendentes humanus oculus non patiebatur. Secundum erat: ita vitam transegit: & in morte (si mors illa dicenda sit) qua diuino fotus amplexu spiritũ emisit) non permisit Deus, vt quis hominum nosset eius sepulchrum, legeretque hoc epitaphium: *hic iacet Moyses.* Domine, vt quid tanta familiaritas & verba dum viuit Moyses, tantum autem in morte silentium? Notate mysterium, inquit D. Ambros. Prælatus enim qui tanta clemens mansuetudine subditum sibi gubernat populum, tanto amore feruens dirigit oues suas, tanto illum honore dignum æstimare tenebantur, vt Deus veritas sit, ne Moysen tanquam Deum adorassent, cui tanta diuinæ naturæ contulerat insignia. Nequaquam hoc fiat vt animi illi deuincti aras erigant: quocirca ab oculis hominũ abscõdatur, nec eum mortuũ adorent, quem viuum tãta nouerant benignitate commendabilẽ. *Merito æstimatus est supra homines, vt & vultui eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent: quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.* Quod exemplo statim confirmat in Dauid, cui regni sceptrum & coronam tradidit, affabilis, mansueta, placida, humilis & æqualis cum omnibus conuersatio: hæc eum omnibus amabilem reddidit & honore digissimum. *Quid eius imitator Sanctus Dauid electus ex omnibus ad plebem regendam: quam mitis & blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facilis affatu: ita sibi, gratis officijs plebem obligauerat.*

II. Probatur in Moyse

III. Similiter in Dauide.

Nota.

Argumẽtum promouit D. Aug. cæremonias expendens difficiles & mysteriis plenas quibus Vates Elisæus vsus est, præuias resuscitationi filij defuncti hospitis suæ. Præmittit Giezi, baculũ suum illi tradit, præcipit, vt eum defuncto superimponat: tãgit illo cadauer, & quasi non tetigisset, non resurgit mortuus, donec ipse in propria venit persona, illique se admensus est: *Non surrexit puer.* Mors illum derisit, & pro tempore prædam dimittere recusauit. Quid hoc? Ad vnam illius vocem diuiduntur aquæ Iordanis, & vadum exsiccatur: & ad manda-

IV. Et allegorice in baculo Elisæi. 4. Reg. 4.

mandatum eius, signis adeo certis vt baculo exhibitum, non respondet puer, non reueretur? Pallio magistri sui Eliæ numquid aquarum diuisit torrentes? cum tunica sit opus alienum, illa tamen miraculum operatur, baculus autem ei proprius, non operator: nunquid? Si quis mihi dixerit pallium fuisse magis immediatum: respondeo, non minus esse baculum: si namque illo corpus contegat, hoc manibus tenens membra lassata sustinet. Vel non obediat elementum pallio, quod sibi baculus dedecori duceret, vel sicut operatur illud, operetur & hoc. Vt discrimen saluat D. August. inter vnum & alterum transit ad librum Exodi: vbi patet, quod Deus missurus contra Ægyptum Curiæ Prætorem; qui vi suppliciorum ac violenter, nihil iam agente clementia, populum suum de potestate eriperet Pharaonis: dum Moysi apparet, vt opus illud executioni mandaret, ab ea sciscitatur: *Quid habes in manu tua?* & respondet: virgam: optime hæc castigandæ Ægypto respondet. Ego te Deum eius & iudicem constituo. Pergis destructurus, non ædificaturus: quocirca instrumentum futurum prædicet effectum: quid plura? baculus rigoris est indicium. Si ergo Elisæus Prælatus Israel baculo conetur resuscitare mortuum, quid mirum si non sequatur effectus: cum mansuetudo

4. Reg. 2.

III. [S]imiliter in [D]auide.

Exod. 4.

V. Et baculo seu virga Moysi.

IV. [...] allego[...] in ba[...] Elisæi. [R]eg. 4.

in Principe subditis vitam administret: quam aufert seuera nimis indignatio. Vnico verbo significat hoc Ecclesiæ præclarissimum ingenium. *Baculus flagellare Ægyptum potuit, resuscitare non potuit.*

D. AVGVS. Serm. 206. de tempore.

Seipsum promouet D. August. commentator historiæ de muliere adultera; perpendit eam in medio productum ante Christũ, diuinam lucem, ipsam & Pharisæos eius accusatores in tenebris: auertit Christus ab ipsa & illis oculos suos, & defixit in terram: mansuete digito suo diuino incipit in puluere quosdam formare characteres ac litteras. Attollit D. August. visum aquilæ & cum Moyse montis ascendens cacumen, cernit eum legis mandata recipientem. Videamus, inquit, in qua materia scriptam accipiat legem? Nam forsitan in charta, pergameno, arborum corticibus, membranis plantarum, vel tabulis cereis? Nihil horum. In lapide: in lapide scribit Deus! certum igitur tibi habe, pauci sequentur illum, & pauciores adhuc diligent. Percipit populus terræ motum, aëris fragorem, fumi tenebras, scintillas igneosque radios, accurrit ad Moysem: *Non loquatur nobis Dominus:* apparatus enim seueritatis nos procul eliminat. *Loquere tu nobis:* per te loquamur: etenim homo es: hoc satis clare patuit: nam ad singulos passus in idololatriam

VI. Nec non in Christo scribente in terra.

Exo. 19.

 labeban-

labebantur, Deum abiurantes. Nunc ergo in monte oliuarum, qui est & misericordiarum, scribit in molli terra: non dubito quin velit vt eum omnes & cognoscant & sequantur. Præbete aurem D. Augustino. *Digito enim Dei lex scripta est, sed propter duros in lapide scripta est: nunc autem Dominus in terra scribebat, quia fructum requirebat.* Scribendo in puluere fructum exigebat: non capio: quid significat: *Fructum requirebat?* Casum explico: cum enim ex lege scripta in marmore fructum adeo exiguum collegisset Deus: mutat stylum, & in materia scribit molliori: tunc maiestate splendidus, throno sublimis imperiali: nunc autem humilis seque inclinans intentioni congruum assequetur effectum: benignitas enim in Prælato subditos in sui trahit sequelam: hoc est: *Quia fructum requirebat.*

D. AVGVST. *ex verbis Domini in Ioan, Ser.* 47

Fatigatus ab itinere Redemptor noster & orientales sudoris effundens gemmas ad marginem putei Samariæ requiescit: accedit mulier, cui vt se deuinciat dare illi gratiæ aquas, materiales ab illa postulat: *Mulier da mihi bibere.* Cui illa elato supercilio & dedignabunda respondet: *Quomodo tu Iudæus cum sis bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Samaritanis enim omnis cum Iudæis est interdicta communicatio. Animum collige ô mulier: quomodo hoc eũ nomine, *Tu*, compellas, tãtum Dominum parum reuerita, quem licet modo non cognoscas, exterior saltem habitus quem in eo cernis, persona, modestia, grauitas, ad digniorem de eo deberet te obligare conceptum. Sermonem extendunt, & respondet Christus: ô si scires eum qui tibi dicit: da mihi bibere, qualiter in recambium tibi tribueret æternæ vitæ aquam, non mortuam, qualis putei hæc est. His auditis ilico mulier stylum mutat & verba, aitque: *Domine da mihi hanc aquam:* hoc me beneficio, quod extollis, digneris obsecro. Adest accutissimus Caieta & tam festinam miratur mutationem: iam illam *Tu:* nunc autem Domine compellat. Quid noui conspexit, quo in incepta non perseueret phrasi & idiomate? Respondet. *Audita mansueta responsione Christi, incipit honorare Iesum: prius enim dixerat. Quomodo tu: nunc vero dicit: Domine* Considerans Christum ita benignum, tantaque vrbanitate respondentem, prudenter illum esse Dominum sibi persuasit, quem honorari decebat & coli: & quæ prius cum despectu se ab illo elongabat, nunc eius allecta mansuetudine appropinquat: *Audita mansueta* &c.

Ioan. 4.

VII. Et Samaritanam benignitate sua vincente.

CAIETAN.

Anima illa sancta quæ experientiâ hanc in cælesti suo sponso conditionem didicerat, ait: *Dilectus meus mihi & ego illi.* Vnde tibi

Cant. 2.

tibi frons gloriandi quod eius sis. An ignoras hac præsumptione Deum procul elongari? Pateat humilitas, & abiectionis tuæ se prodat cognitio: hæc enim eum tibi reddet proximiorē. Seipsam exponit dum addit: *Qui pascitur inter lilia*: floresque campi peram-bulat: quo viso audeo quæ dixi confirmare: semper enim lateri eius comes adhærebo indiuidua. D. Bern. explicat nobis hoc mysterium. Casus hic est inquit, cernens enim sponsa Deum inter flores, id est homines (herba quippe sunt & fœnū: *Omnis caro fœnū*) eumque non sublimem sed humilem considerans: non solio gloriæ suæ magnificum, sed in terræ nostræ regione, ex hoc antecedē-ti hanc collegit consequentiam: Deus affabilis & benignus in tantum vt inter homines dignetur ambulare. Quis igitur hac eius humilitate, & dignatione motus eum non amabit, non honorabit, non sequetur? Ego saltem me ei deuinctam, subditamque confiteor. Accedamus D. Bernard. *Qui pascitur inter lilia Aliquid prorsus ignobile & humile sonat pasci: nunc vero cum & pasci inter lilia perhibetur: deiectionis abiectio longius amouet, & propulsat temeritatis motum*. q.d. Non est arroganti adscribendum temeritati si quis dixerit: sequar sponsum meū: cum eius me trahāt grata clementia, eius abiectio mei causâ assumpta vires mihi animumque administrat: quis ergo non semper diliget, non continuò sequetur Deum benignum adeo & mansuetum?

VIII. Hoc modo sponsa à sponso trahitur.

Isaiæ 40.

D. Bern. Serm. 70. in Cant.

Idem argumentum protulit Rupertus: quando nostro conformiter verba hæc interpretatur *Oleū effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te*. Nomen tuum, noticia, fama, modus procedendi: nam hæc omnia *nomen* significat, in suauitate & mansuetudine qua se cunctis coniungit, oleum est effusum: qui autem illud non collegerit, illius culpa erit qui noluerit: & cum talem te animæ cognoscant (quas tenero plane affectu vocat *Adolescentulas*) explicatis sequentur te vexillis. *Consideratio tanti beneficij fiduciam dabit & credentium mentes excitabit ad vicissitudinem dilectionis*. Quem mihi dederis, inquit Ruper. Qui perpensa Dei maiestate illi appropinquare non timeat: Insuper D. Bern. inter alias rationes, quare Deus matri suæ tantam contulerit potestatem, eamque mediatricem inter Deum hominemque constituerit, hanc vnam affirmat, vt per eam negotia nostra ageremus, qui vno impetu ad diuinum Tribunal veremur accedere *forsitan in Christo maiestatem tenearis diuinam: quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus; Aduocatum habere vis: ad ipsum per Mariam recurre*.

Cant. 1.

IX. Cuius nomen oleo comparatur.

RVPERT. l. 1. in Cant.

D. BERN.

Vt huic occurreretur malo invisibilis factus est visibilis & abscon-

conditus se manifestat, occultus se effundit, vt tota plenus fiducia homo accedere non exhorrescat. Hinc lucem accipit factum Saluatoris nostri cum discipulis dum eis a mortuis rediuiuus apparet: dum enim propius vererentur accedere. fiduciam præstat dum ait: *Palpate & videte: quia ego ipse sum.* Notate causam: *quia ego ipse sum*: id est non tantum idem personaliter: nam hic coram illis adstabat, sed idem in affabilitate & clementia: quocirca si idem ipse sim, nec conditionem mutauerim conuersationis: propius accedite: *Quia ego ipse sum.* Dum Danieli præclariora reuelantur mysteria, ita seipsum timore perterritum describit. *Iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.* Corruit, tremit, palpitat, agonizat. Quid facto opus vt Propheta sibi compos reddatur? *Ecce manus tetigit me & erexit me super genua.* Manus de cælis extensa non nisi tetigit me, & ecce firmus assurgo. Quænam illa manus? In SS. litteris *manus* Dei filium designat hominē factum. *Emitte manū tuam de alto.* Quando igitur Deus timore percellit, quia se solum Deum ostendit; solatur & animat dum homo factus attenditur: atque ad manus huius contactum assurgit pusillanimis illum strennue securus. *Tetigit & erexit.* Conceptum confirmet D. Cyrill. *Neque respondit, donec tetigit ipsum similitudo manus hominis, & quando mutatus est in similitudinem filij hominis, ille qui apparuerat.*

Luc. 23.
X.
Vnde Christus semper idem est.
Dan. 10.
Psal. 143.
D. CYRILL.
Hierosoly. Catech. 12.

Præfatus Auctor confert duo loca S. Paginæ veteris & noui Testamenti, ex quibus hoc argumentum euidentius innotescet. Accedit Arca testamenti ad ripam notissimi fluminis Iordanis, eo tempore cursu suo vehementissimi: eo quod torrentibus suis aluei ripas superasset. Præcipit dux exercitus Iosue, vt omnes Iordanem ingrediantur: & quam primum pedes Sacerdotum Arcam in humeris deferentiū aquas tetigerant, à fluxu illæ se cohibent. conglomerantur & velut in altissimos extolluntur montes: quod Dauidi non iniustum movit admirationem: vnde exclamat. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum.* Quis ille motus retrorsum ô flumen sanctissimum? à cuius facie fugis? quid habes? verum tamen non obstupesco: vidisti quippe per vndas tuas tantas transire reliquias. Relinquamus Iordanem tremulum & inquietum, atque ad D. Matthæum sermonem conuertamus: Baptizatur Christus in eodem ipso flumine nec vllo tamen timore concutitur, non in vnum coalescit, non fugit retrorsum: quinimo vndas suas labiles conseruat, quatenus illis Baptista venerandum Christi caput abluat. Quid hoc

Iosue 3.
XI.
Iordanis ad Arcæ ingressum aquas contrahit: non autem ad Christi ingressum.
Nota.
Psal. 113.
Matth 3.

capiat ad huius Domini figuram tantum; tale prodigium? Ad vmbram eius retrorſum abis ô Iordanis, & in conſpectu veritatis, nihil horum? Quale hoc myſterium? Clarum (inquit D. Cyril.) vt ipſe fluuius: prius enim tetigit illum Deus nondum homo factus: vnde curſum ſuum cohibet, poſtmodum autem hominē iam factum cernens, & quidem adeo benignū, quid eſt cur aquas ſuas abigat retrorſum & fugiat? *Quoniam ante carnis aſſumptionem mare vidit illum & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Aſſumpſit corpus Dominus, vt mare videns ſuſtineret & Iordanis illum ſine timore ſuſciperet.* Quis hoc clarius dixerit? Nemo.

Hoc diſcrimen declarauit olim ſponſa, in eo quod ſibi acciderat. *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Fauores quibus dignatus eſt Synagogā, ſuumque populum, fuerunt ſacrificia, lex, cæremoniæ. qua de cauſa illum inſcribit Regem. Porro ſtatim in ſequenti cap. alios exprimens fauores multo digniores, & præclariora enarrans beneficia, ait: *Introduxit me in cellam vinariam.* Nullum illi titulum adſcribit, Regiſque nomen ſubticet. Attende tibi ô anima ſancta nec enim Deus ore proferēdus eſt breuiter adeo & conciſe. Perpende: quanto namque Regis illum titulo honoras, niſi quando regia te liberalitate præuenit? Accreſcunt in illo beneficia, numquid in te decreſcere debent debita verba gratitudinis? Hæc ſit ratio: priuſquam formam aſſumeret hominis, beneficia conferebat, ſed velut Rex grauem ſe oſtentans & ſeuerum: *Lex timoris*: verum factus homo, quando feruentiſſimi amoris ſui patefacit inſignia, nominando vinum, quod denotat carnis noſtræ aſſumptionē, tantum ſe demiſit, quo nos ſibi deuinciret: vt quamuis immenſa ſemper ſit eius Maieſtas, nec nomen tamen nec titulus vllus ſit pronunciandus qui dignitatem redoleat, ne nos cohibeat, tollatque fiduciam.

Non hoc prætereamus quod hac nocte Angelus Paſtores vocauerit: illi vero nullâ interpoſitâ morâ, celerrime & ſecuriſſime accurrunt Deum in præſepi conſpecturi: ſuadetque ratio vt illos alteri paſtori nempe Moyſi comparemus: qui velut animo feruens accurrit in rubo viſurus huius cognitionis vmbram, cui tamen propior inhibetur acceſſus *Ne appropies huc.* Nec mirum: olim enim Deus timore perterrebat: nunc autem amore blandiebatur: vnde hac ſimilitudine capiemus diſcrimē inter Moyſen & Paſtores ex temporis diuerſitate. In Eccleſiæ naſcentis exordio in tantum excanduit tyrannorū furor, & ſæua efferbuit contra Chriſtianos perſecutio: vt videntes illi leones, vrſos, tigrides ad con-

Hieroſoly. Catech. 12.

Ioſue 3.

XI. Iordanis ad arcæ ingreſſum aquas contrahit: non autem ad Chriſti ingreſſum. Nota.

Pſal. 113.

Cant. 1.

Cant. 2.

Matth 3.

Luc. 2.

XII. Paſtores libere accedunt: Moyſes tamen repellitur quæ ratio?

Exodi 3.

conspectum Martyrum expauescere, nec attingere illos audentes: quinimo mitiũ instar ouium ad eorum genua procumbere: diabolico vsi sunt stratagemate, quo Sanctos pellibus ouium induerunt, vt eos velut oues dentibus vnguibusque dilaniarent. Mysterium enodemus. Timebant homines Deum: hic autem carnẽ nostrã induit: vt si ab illo velut Deo fugiamus, & accedere vereamur: illum vt hominem amemus, propiusque accedamus.

Arcanum non leue notemus cum Ruperto, quod super Christum in Baptismate descenderit Spiritus S. in figura columbæ: *Corporali specie velut columba:* quam diuerso longe modo viderunt illum, inquit, Israelitæ. *Audiebant voces & lampades, montemque fumigantem. Quam dissimilis Spiritus S. hic atque illic. Hic species colũbæ: illic voces & lãpades siue maximus ignis, & mons fumigans, & sonitus buccinæ.* Hanc cape rationem: repræsentare contendebat Spiritus Sanctus, quod Christus summa facilitate ad se mortales attraheret: unde in figura hoc præmittit & alludit: in aue scilicet mansueta & candida columba.

Matth. 3.

RVPERT. *lib. 3. in Matth.*

XIII. Columba Christi signa mansuetudinẽ.

De celeberrimo duce Agesilao profanæ referunt Historiæ: cum solus die quodã filijs sibi charissimis colluderet, eorum iocos lususque imitatus: inexspectate quidam ingressi sunt cubiculum illi admodum familiares: veritus autem ne viliorem de illo ex hoc quod viderant formarent opinionem, & de Duce tantorum exercituum humile nimis proferrent iudicium hanc illis protulit sententiam: Charissimi hoc vnũ à vobis deprecor, ne cuiquam quod modo vidistis, euulgetis, donec natis vobis filijs experientia discatis quantum amor erga filios parentes demittat reddatque vt æquales: & qui filios genuerit, illi hoc dicite: noui etenim nullã me apud ipsum nominis mei iacturam incursurum.

XIV. Exemplo Agesicui amor Christi extollitur.

Quantã amoris diuini vis! Includitur virginis sinu & castissimis capitur visceribus, quem totum non capit cælum: æternus, puer nascitur: honor eius pati videtur detrimentũ & declinare: verumtamen hæc omnia ei famulantur; qui propter benignitatẽ quã in eo notamus: patris laudatur natura, & desiderium attrahendi sibi filios commendatur. Surgat nunc anima, tanto frigore tepiditatis constricta, quę hodie amore diuino incalescens non â seipsa egrediatur? Puer es sole formosior, infans vnius diei tenerrimus: *Paruulus natus est nobis*: inquit Isaias: cui D. Bern. pie obloquitur: *Paruulus si non tamen parum contulisti nobis*; cum diuitiæ quas adfers sint immensæ; paupertas tua ditissimus mihi est thesaurus; paleæ illæ calore suo tepiditatem meam accendunt;

Isai. 9.
D. BERN.

dunt; lachrymæ illæ maculas meorum eluunt crimimum. Accede ô homo fiducia tutus, accede securus: nec enim illi manus sunt quibus te foras expellat, nec verba format quibus te procul eliminet: quinimo quidquid in illo notas opera sunt & amoris non negandæ demonstrationes, quibus attractus plena fide ad illum velut ad hominem accedas: quem non tanquam Regem supremumque Dominum, sed vt socium tuum, amicumque attendas tibi integerrimum.

Discursus III. *Coniungit D. Ioannes Verbo sublimi ac diuino, humilem ac humanam carnem*: Verbum caro: *cum enim in hoc mysterio se amatorem ostenderit adeo syncerum, de abiectionibus gloriatur dilecti, nempe hominis.*

CONsiderationem & attentionem postulamus hodie: nam aquila illa alas suas extendens, atque in altissima volans Euangelista Ioannes in vnum copulat *Verbum* diuinus hic est & personalis filij titulus, carni, *Caro*: pars hæc est in homine animâ ignobilior. Quis adeo cæcus vt hanc Verbi Carnisque non capiat distantiam? *Verbum*: *Magnus & immensus*, inquit Baruch. *Verbum, splendor Patris*, addidit D. Paulus, incomprehensibilis,

Baruch. 3.

Hebra 1.

supremus, splendor Paternæ gloriæ, expressa bonitatis eius imago: immensus adeo, vt si definire illum possemus, non alio quam eo ipso hoc fieret: etenim extra illum nihil est tantæ dignitati conueniens. Caro autem ex humili abiectoque solo, nulla perpetuitate seu duratione constans. Homo quoad intellectum tenebris obuoluitur: voluntas tepiditate flaccescit; memoria obliuione corumpitur: peruersa inclinatio fœdat appetitum: sensus fraudibus obijciuntur: in omnibus mors est, at Deus in omnibus vita commendatur. Hæc igitur duo adeo disparata in Christo vniuntur. Iunxit cælum & solum, & gloriam terræ copuluit, primum vltimo maritauit, omnipotentiam infirmitati, Verbum carni, & Deum homini.

I. Christus nostris ignominiis se coronat.

Hoc fidei fundamentum extendentes respondeamus titulo nostri argumenti. Ait igitur Euangelista: *Verbum caro*: denotans quod abiectione nostra se honorauerit & ignominias nostras amore victus sibi decori duxerit & honori. Verba quædam Cantici primum nobis erunt fulcimentũ: *Egredimini & videte filiæ Sion Regẽ Salomonem in diademate, quo coronavit eũ mater sua.* Spiritus S. Angelos invitat & homines: omnes enim hoc nomine *filiæ Sion*, recensentur, vt foras prodeant Regem visuri Salomonem, hodie namque coronatur.

Cant. 3.

II. Humanitas vocatur Christi coronaquare?

natur. Miratur non modice Gillibertus Abbas humanitatem in qua passurus nascitur, coronam appellari. Et cum caro in nobis seruituris probroso stigmate notetur, Deo hanc assumente carnem, qua ratione hac coronatur? Hæc omnia esse vera non diffiteor, inquit: porro tanta fuit hæc carnis felicitas, vt cum Deus amator feruentissimus eam esset sibi vniturus, ne dicatur quòd amor aliquid dedignetur, primū illi locum tribuit, & ferrum seu carceris vincula mutat in lapides pretiosos quibus suum intertexit diadema. *Felix caro*, loquitur præfatus Auctor, *quam sibi Christus, non quasi carcerem, ad quasi coronam assumpsit.* Opponamus hoc primum: *felix caro:* cum illo D. Pauli: *Infelix homo ego.* Vnum dicitur infelix, alterum felix, & vterque eodem afflatus spiritu loquitur: etenim D. Paulus carnem considerabat in se, Gillibertus autem in Christo: in solo homine, carcer est infelix: in Christo autem Deo & homine, gloria reputatur: per hoc enim quo homo dignitatis suæ patitur detrimentum; Christus dignitatis suæ conciliat incrementum: *felix caro.*

GILLIBER. *Serm. 20. in Cant.*

Rom. 7.

Elucidemus hoc. D. Ioan. in illa sæpius repetita visione, & nouis semper grauida mysteriis, qua humanitas sanctissima Christi declaratur, quam sub nomine cælestis illius Mulieris intelligo, quam inter altissimos illos orbes conspexit: cui & nomen attribuit magnum: *Signum magnum apparuit in cœlo: mulier amicta sole:* quia *Non est ei datus spiritus ad mensuram: luna sub pedibus eius*, velut omnium Domini. Modo diadema perpendamus: hoc enim multa mihi præbet cōsideranda. *Et in capite eius corona stellarum duodecim*: erant hæ diadematis materia. Sol radiis suis, vel luna cornibus suis cōuenienter seruiunt componendæ coronæ, & Ecclesia ijs vtitur Sanctos depingens vel sole perfecto rutilos, vel media luna conspicuos, quod diadema nominamus: porro stellis coronari quis vnquam vidit hoc, aut imaginatus est? Rationem hanc magis vrgeamus. Reges ac Principes huic semper adnituntur vt corona vestem dignitate antecellat & pretio: hæc ex purpura, stragulis, holoserico &c. componitur: corona vero ex auro fulgidissimo, obryzo, & primo, cui gemmæ intexuntur quæ integrum appendunt regnū. Iam responsum audire videor; licet enim terreni Monarchæ, quia mutuatis aliunde indigent honoribus, vt suum manifestent, idcirco eo quod pretio cetera excellit, se coronant: porro Dei nostri Maiestas, industrij hominum amatoris, eo quod minoris valet, se coronat. Quapropter licet solem ferat vt vestimentum, oportet tamen vt corona

Apoc. 12.

III. Et corona stellarum duodecim.

Ioan. 3.

rona (imperij sui insigne) minoris sit valoris ex stellis nimirum & luminaribus : his enim maxime gloriatur sibique complacet. *Corona stellarum duodecim.*

Apoc.12. III. Et corona stellarum duodecim. *Ioan.3.*

D. THOM. 3 p.q.35.a.7

Angelici Doctoris ingenium hoc nobis fusius exponit. Articulum proponit cui thema hoc præfigitur. Vtrum conueniens fuerit nasci Christum in Bethlehem, locum hunc eligendo qui aduentus sui theatrum esset & manifestatio ? Respondet : vtique, adducens figuram perfecte in Christo Saluatore nostro completam. Fuit Dauid eius protoparens secundum carnem, cui facta fuit promissio, & in cuius imperio Christi Redemptoris nostri describebatur imperium. Nouimus igitur Dauidem natum in Bethlehem paruo oppidulo : verumtamen iam Rex coronatus electurus sibi curiam sedemque fixurus, populosam sibi proposuit Hierusalem. *Sicut Dauid in Bethlehem natus est : ita etiam Hierusalem elegit, vt in ea sedem Regni constitueret, & templum Dei ibi ædificaret : & sic Hierusalem elegit, vt esset ciuitas simul Regalis & Sacerdotalis.* Cur igitur natale solum Dauid non constituit Hierusalem mundi totius Metropolim? vel si in Bethlehem nascatur eligatur & ædificetur ipsa in ciuitatem imperij sedem, de nouo amplificetur : nam sicut vbi Rex moratur, ibi & Curia consistit, ita breui temporis interuallo Bethlehem mutabitur in Hierusalem. Notate : omnium infimum adeptus est Dauid in Bethlehem, nempe natiuitatem suam, ingressum in hanc vitam miserijs refertam ? hic igitur in loco fiat humili & abiecto ; regni vero dignitas locum sibi vendicet eminentiorem : quia homo est, homo autem mediis non abundat, quibus in paruo humilique loco suam prodat magnificentiam. Attamen Verbum diuinum, quod in minimis amorem suum manifestat, licet humile nascatur in Bethlehem, inferior adhuc illi deficit abiectio : nempe mors : & illa perficietur in Hierusalem : vbi cuncti ignominias eius conspiciant : vbi in meridie potentius maiorem suam declaret humilitatem : quia propter hominẽ ignominiis lætatur, & dedecore gloriatur. Loquatur Doctor Angelicus. *Sacerdotium autem Christi & eius Regnum præcipue consummatum est in eius Passione ; & ideo conuenienter Bethlehem elegit Natiuitati, Hierusalem vero Passioni.*

IV. Ratio congrua cur Christus natus sit in Bethlehem.

D. Paulus Doctor gentium Corinthi in discipulis, omnibus prædicans SS. Sacramenti Altaris institutionem ita loquitur. *Quotiescumque manducabitis panẽ hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* In pane hoc & calice parpetuam mortis Christi memoriam recoletis : memoriam inquam, non

1. Cor.11.

labilem, sed fixam. Quærit Abbas Cluniacens. *Quare mortem Domini? Quare non dixisti similiter Apostole, Incarnationem Domini, Natiuitatem, vel quod maius videretur, Resurrectionem Domini, quando dixisti mortem Domini?* Quæ ratio Apostole cur sumendo manibus S. Eucharistiam pignus maximorum Dei beneficiorum recordari nos oportet mortis ac Crucis Domini potius quã aliorum mysteriorum? Cur non humilis eius Natiuitatis? gloriosæ Resurrectionis? Triumphantis Ascensionis? Cur solius mortis? Responsum eius audire libet: *Quod erat ignominiosius elegisti.* Gloriatur, seque extollit amator piissimus eo quod maxime vile & abiectum est in amato: vnde præcipit Apost. *Mortem Domini*: non alias gloriosas eius actiones non facinora heroica, gradusque sublimiores.

Pet. Cluniac Ep contra Pet. Craria.

V. Mors Christo erat gloriosa.

Egrediebatur infamis ille proditor Iudas de collegio Apostolico, venditionem Magistri sui executioni mandaturus: dignatio fuit hęc illius volũtaria, qua se vilissimæ huic ignominiæ instar serui submisit, & quo momento discedebat ille, ait Discipulis suis: *Nunc clarificatus est filius hominis* Modo triumphi mei gloria capit initiũ. Vilius haberi non potero, gradus hic est dedecoris postremus, quo nullus abiectior, quam si distrahar vt vile mancipium: atque in isto gradu quo descendo, ascẽdit amoris mei feruor: & hoc honori ducens, amoris mei erga homines clarissimum do testimonium: in cuius abiectionibus altissimas meas fundo dignitates. Ita rem concipit D. Cyril. *Prodiderat Iudas improbus Patremfamilias, nuperque exiens à mensa, & poculum benedictionis bibens, & pro poculo salutari, sanguinem iustum effundere volens: deinde dicit Iesus: Venit hora vt clarificetur filius hominis. Vides quomodo gloriam propriam sciebat esse crucem.* Gloriam sibi propriam appellat ipsam humilitatẽ, quam assumpsit alienã.

Ioan. 13.

VI. Et humilia tio exaltatio.

D. Cyril. Hierosol. *Cathech.* 3.

Hinc est quod Deus ex actione aliqua nostram futuram præuidens vtilitatem, quantumuis ea dignitati suæ videatur indigna, illam tamen honori sibi ducat & gloriæ. Nolim iniurius esse verbis grauissimis D. Basilij Seleuci Archiepisc. Diutius inhæret expendendis cæremoniis resurrectionis Lazari, iudicio circumstantium ac humano Christo parum conuenientibus. Turbat semetipsum, lachrymatur, ingemiscit, orat. Quid hoc ô bone Iesu? plorare lætitiam Angelorum? Turbari immobilem? Rogare alium qui Monarcha est Princeps omnium? Quid intendis signis his tuæ dignitati tantopere oppositis? fateor (inquit D. Basil.) actiones videri Deo repugnantes: verumtamen cum hominum instructioni & consolationi sint necessariæ, dignę sunt, vt indecorum mutet in decorum, & quod sibi erat paruum, sibi magnum

Ioan. 11.

VII. Hinc abiecta non dedignatur.

gnum fiat, prout nostram spectat vtilitatem. Eius verba audite. *Si quidem tanta clementiæ, tanta benignitatis est Deus, vt propter nostram salutem, ea neglectui interdum habeat, quæ in illius dignitatem alioquin non conueniebant. Nam & hominem fieri, & seruilem formam assumere, & submissè de se loqui, & abiecta pati, & alia id genus similia, Deo, si summam illius dignitatem spectes, sunt prorsus indigna. Sunt autem Deo digna si in immensam, inexplicabilemque benignitatis illius magnitudinem mentis oculos conijcias.* Verum est affectus humanos, quos Verbum assumpsit indignos Deo, indicari: famem, sitim fatigationem, lachrymas submissam de se locutionem. Quis asseret hæc & his similia Deo non repugnare? Porro cum ad salutis humanæ conducerent promotionem, ex vna parte perpensa Dei dignitate ex altera humani generis vtilitate: hanc tanti fecit, quasi diuinæ suæ naturæ æquiualeret. Etsi hinc sint indigna, illinc in illo Domino indigna non cēsentur: qui ex eo, quod in nobis est minimum, suum statuit esse honoris fastigium.

> *D. Basil. Seleuc. Con. 2. de Lazari resuscitatione.*

Spopondit Christus prima veritas donum illud omnino singulare, vt nobiscum foret in SS. Eucharistia, dicens: *Panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita.* Quęrit igitur D. Tho. Cum illic vere ac realiter totus sit Christus, diuinitas, humanitas, anima & corpus, cur solius carnis suæ faciat mentionem, *Sed cum in hoc Sacramēto cōtineatur Christus: quare dixit tantum: Caro mea?* Respondit: Primò, quia: *ex vi cōsecrationis,* & quod verba significant, quando cōsecratur panis, est corpus Christi, licet diuinitas & anima & sanguis tantū ibi sint *Per naturalem concomitantiā.* Quocirca affirmat, quod si in triduo mortis eius aliquis consecrasset, fuisset ibi corpus sine anima, quale fuit in cruce dum exspiraret, vel in sepulchro. Secundò: conuenienter dicit Ecclesiæ Sol D. Thom. Sicut enim hoc Sacramētum preclarissimas designat erga hominē eminentias quatenus omnibus innotescat, quod dilecti honoret abiectiora, ponit eius non maximū sed minimum. *Ideo autem potius dicit caro, quia cum hoc Sacramentum sit Dominicæ Passionis rememoratiuū, secundum illud 1. Cor. 11. Mortē Domini annuntiabitis; Passio autē Christi fuit ex infirmitate secundū illud: 1. Cor. vltimo: Mortuus est ex infirmitate; vt ergo insinuetur infirmitas ex qua mortuus est, potius dicit caro mea est: nam hoc nomē infirmitatem significat.* Nomen quid infirmū in Christo significat, est caro, quæ passibilitatē connotat & infirmitatē: de hac igitur loquitur, vt omnibus ardor amoris pateat quo pios prosequitur.

> *Ioan. 6.*
>
> D. Tho. *In Ioan. lec. 7.*
>
> VIII. Et Eucharistiam carnem appellat.

Feruentissimus ille Christi amator & Ecclesiæ eius Princeps D. Petrus, quando affectu plane syncero illi promptum suum & alacrem

alacrem asserebat animum sequendi ipsum etiam in carcerem & mortem vsque: *Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire*: respondit illi Christus, animosum eius nimis feruorem quasi retundens: *Non potes me modo sequi.* Accurrit D. Ambros. & responsum hoc confert illi quod paulo post dedit Latroni, cui copiosum adeo concessit misericordiam: etenim eo instanti quo vel sola labia sua petiturus aperuit, illum ex audiuit, & liberũ illi ad Paradisum promisit ingressum: & ait: Domine, Petro quasi recusans respondes: latroni autem totus effusus appares & benignus. *Petro dicitur à Christo, non potes me modo sequi, sequeris autem postea: & huic dicitur: Hodie mecum eris in paradiso: tanquam discipulus ille differtur, & hic tanquam socius invitatur: ille adhuc reseruatur ad præmium, etiam ad consortium iste deligitur non potes inquit, me modo sequi. Impossibile est Petro sequi Dominum: & iam facile est Latroni esse cum Domino.* An forte Petro latro charior? Nequaquam; verumtamen cum Latro proximior esset ignominiis & iniuriis Christi, nempe crucis patibulo: & hanc Christus vt maximam sibi reputauit gloriam, cum tamen grauissimum esset opprobrium, hominis gratiâ; in hac occasione plus posse videtur latro conuersus ipso Apostolo.

Luc. 22.

Ioan. 13.

IX. Cur Petrus sequi volens repellatur, latro tamen admittatur.

D. Ambr. *Serm. 45. de beato latrone.*

X.

Multum desudarunt Sacri Doctores in inquirendis rationibus, cur Redemptor noster in carne sua rediuiua & gloriosa cicatrices seruauerit mortalitatis indicia; quamuis autem pręclaras admodum protulerint: hæc tamen audita placeat Eusebij Emisseni. Zelotes Christus (inquit) ne forte omnem suum amorem non ostenderet homini, non honorans se illis ipsis ignominiis pro ipso perpessis: prænoscens autẽ radios nouæ lucis quibus gloriosus à mortuis surrexerat, ea quæ passus fuerat, naturaliter esse cooperturos: decernit vt exterius appareant: quia etiam in maxima sua gloria non patitur contegi illud nec apparere quod pro nobis perferre dignatus est. Hæc sunt eius verba. *Necessarium enim erat vt manifestarum præsens expressio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem: quia splendor nouæ lucis, pristinam obduxerat veritatem, & agnitionem quodam modo claritas obscurauerat.* Quodam modo, repeto, fulgor ille cælestis nubem ignominiis eius obduxerat vt laterent: hanc autem moderari voluit & attemperare: vt in illo transacta noscerentur humilitas: nec enim in hoc sibi gratulatur illam præsenti luce obtenebrari.

Et cicatrices in carne gloriosa retinet.

Euseb. Emisse ho. 9. de Paschate.

Notatu dignum occurrit in Euangelio. Nullus eorum qui non tolerandis blasphemiis ac conuitiis clarum Christi nomen infama-

XI. Inde est quod solus

Iudas Christo honorem suum restituerit? Nota.

infamarunt, honorem illi resarcire studuit, nisi solus proditor Iudas. Nazareni patriotæ illum ex montis supercilio præcipitare deorsum in animo habuerunt: *Duxerunt illum vsque ad supercilium montis, vt inde præcipitarent eum.* Quoties illos deseruit abiitque lapides manibus tenētes quibus eum præfocarent? Modo denigrarunt eum velut perditorum hominum amicum. *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Iam calumniabantur, quod virtute diabolica necromanticus ipsos dæmones humanis corporibus expelleret, *In Beelzebub Principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* An horum aliquis delicti veniam factique pœnitens poposcit? Non lego. Distrahit illum Iudas triginta denariis, & sceleris pœnitens *Pœnitentia ductus* (non tamen ea qua iustificaretur) sacrilegum refert pretium in templum, ac publice protestatur: *Peccaui, tradens sanguinem iustum.* Fateor me peccasse, scelus accuso, & proditionis crimen detestor: omnes in testes aduoco: iustus etenim est, sanctus & innocens. *Peccaui.* Cur igitur Christus voluit talem sibi fieri restitutionem? Apud Caieta. invenio responsum: qui murmurationem explicans Iudæ, quando in Bethania Maria Magdalene pretiosum effudit super Christi caput vnguentum, ait, censuit hoc Iudas contemptum, & vt superfluas in Christo delicias hanc accusauit vnctionem. *Vt quid perditio ista vnguenti facta est?* Quocirca factum hoc in vulgus spargit Christi detractor: quo venditionis crimen palliauit, cum criminatus vt hominem profanum, & regalium obsequiorum ac deliciarum amatorem & acceptatorem. *Hinc apparet* (ita Caieta.) *Quod Iudas imposuerat Iesu crimen deliciarum &c.* Cum igitur Iudas disseminasset Christum honoris affectatorem, quod omnino veritati repugnabat: honores etenim sui culmen in patiendo pro homine calumnias elegerat: idcirco mori noluit, donec discipulus ille mendax honorē illi restituisset, quem nostris alligauerat infirmitatibus: quocirca huius quod gloriæ meæ maculam inurit, integram postulo fieri satisfactionem. Perpende nunc igitur sublimem Euangelistæ Theologiam, dicentis: *Verbum caro factum est.*

Luc. 4. *Ioan.* 8. *Luc.* 15. *Luc.* 11. *Matth.* 27. *Marc.* 14. *Caieta.*

Discursus

Discursus IV. *In quo congratulamur virgini Mariæ nunc Deiparæ : in quo stupendo prorsus miraculo, & nunquam nec vmbratice quidem præuiso conueniunt maternitas & virginitas ; nam sicut hodie se cernit matrem & plusquam matrem : ita quoque se virginem lætatur, & plusquam virginem.*

RArissima duo ac singularissima prodigia in quibus Dei potentiam suam ostendit omnipotentiam, quæ flexo poplite, & cum silentio nos oportet admirarari, fuerunt illa quæ hodie celebramus, Deus, & homo, Mater & virgo: huic secundo præsens seruiet argumentum : quandoquidem filius & Mater suas inter se diuidant glorias. Lumen Ecclesiæ D. August. ingenij sui acumine mihi manum porrigit: etenim quasi parumper oblitus Dei Infantis purissimam eius meditatur matrem. *Igitur* (inquit) *cum gaudio dicamus Sanctæ Virgini matri Domini nostri Iesu Christi, dicamus & non confundamur. Lacta mater Christum & Dominum nostrum & cibum, & lacta panem de cœlo venientem, & in præsepi positum.* Et statim. *Lacta eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te, qui tibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & donum virginitatis, non abstulit natus.* Et in alio Sermone introducit ipsam virginem de se loquentē *Regnum teneo Virginitatis, & Regem genui castitatis: ingredientem & egredientē habui in palatio ventris filium Imperatoris, & de manibus meis non amisi clauē regni pudoris. Porta facta sum cœli, ianua facta sum filio Dei.* Imperium virginitatis, sceptrū puritatis & clauem castitatis tradidit mihi hodie filius : qui velut supremus omnium Rex intrauit in me, & nascitur de me, & certo quodam modo (postquam illum genui *Regnum teneo virginitatis*) hoc in me priuilegium promouit, cuius gratia virginum Reginam me nuncupo. Ad venam accessimus, modo fluentes eius attendamus aquas. Ait D. Pet. Chrysol. *Quæ magis pariendo integritatis augmenta suscepit.* Et alibi. *In tuo conceptu, in tuo partu creuit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, solidata virginitas.* Sistamus in hoc felici die (ô ter maxima Domina) in quo de virgineo tuo ventre hominem gerens egreditur Deus : virginitas tua dispendia dedignatur incrementa recipit, augmenta ostentat. Virgo ante partum, virgo in partu, Virgo & plus quam virgo post partum. In hoc consistit difficultas; vt confirmemus qua ratione esse possit plusquàm virgo: quia Sancti similibus vtuntur loquendi terminis. *Creuit, aucta est virginitas.*

I. Gratulatur D. Aug. B. Mariæ.

D. AVGVS. *Serm. 9. de tempo.*

D. AVGVST. *Serm. 14 de temp.*

D. PETR. CHRYS. *Ser. 117. & 142.*

D. Bern.

II. In qua creuit virginitas & explicatur.

D. Bernard. qui in iis quæ spectant D. Virginem, vt cliens eius deuotissimus, multa sciuit, multa dixit, multaque scripsit: dissoluit hoc dubium adducta visione superius repetita, mulieris illius cęlestis, quam in cęlo rutilam intuitus est D. Ioannes, perpetuum verumque Mariæ symbolū: porro in partu melior, vestita sole, coronata stellis, calceata lunæ splēdoribus: habeāt hoc (inquit D. Bern.) nec enim scio qua ratione videre potuerit illam D. Ioannes, licet oculis polleret lynceis, & alis volaret aquilinis. Sol planeta est, cui velut omnis lucis origini tributariæ sunt luna & stellæ, ipsoq; oriēte se subtrahunt & abscondunt. Cum autem Maria sole sit circūamicta à capite vsque ad pedes. *Amicta sole*: qualiter cernit tunicā & calceos, & eius loco lunam & stellas? Quando rutilus illam Phœbus illustrat, quomodo non disparent? qua ratione luci suæ deficienti ad plenitudinem solis velum non abiiciunt? Notate, monet D. Bern. inter omnes enim stellas, quæ Mariam coronant, cæteris clarius effulget stella virginitatis; & ne quis forte suspicetur eam per Matris dignitatem obscurari, quinimo quod splendidior effulgeat, decernit eius filius sol ille diuinus, stella hæc nequaquam dispareat: imo potius ad fulgentissimos solis radios comes effulgeat, & inter hos illam licet intueri: hoc enim est quod ait Oseas. *Ero quasi ros & Israel germinabit sicut lilium.* In S. Eloquio ros notissimum symbolum est generationis temporalis filij Dei: quocirca illum Patriarchæ pro benedictione filijs suis impertiebantur. *De rore cæli desuper erit benedictio tua:* ita Isaac benedicebat Iacob, pater filio: *Det tibi Deus de rore cæli:* Seruiant tibi fratres tui, subijciantur ditioni tuæ nationes, & populi tibi famulentur: in eo quod Deus tibi tribuat de rore cæli benedictionē, fundātur hæc omnia: hoc est quod de semine tuo ac familia Messias oritur: & hæc est similitudo. Ros calorē ignemq; attēperat, qui cāpos æstu suo cōsumit, & herbas exsiccat; Deus autem noster ignis consumens in hoc mysterio sese attēperauit. Ros procul abigit serpētes, & venenata animalia, quorū morsus, assertore Aristot. noctu quādo ros decidit, non sunt adeo nociui, ac de die quando sol ferùens nimis tellurem arefacit. Christus autē aduentu suo procul effugauit diabolum. Et Rupertus descensum roris in vellus Gedeonis ita interpretatur: *Ita Rex ipse nascetur de virgine:* sine vllo tumultu omnino suauiter. Hoc autem omissis aliis notamus inter generationem Christi & nostram: nostram fieri cum strepitu: quia in ea naturalis philosophia complectitur patrem, matrem, dispositionem materiæ, introductionem formæ, largam cor-

Apoc. 12.

Ose. 14.

III. Rori confertur Incarnatio.

Genes. 27.

ARISTOT.

RVPERT. *in lib. Iud. c. 6.*

Ioan. de Mata de festis Dom.

corporis organizationem, partus dolores & pericula: verum in Christi generatione, opere vtpote Spiritus S. nihil horum arguitur. Et Rupert. eleganter huic accomodat quod de materiali templo Salomonis Scriptura testatur. *Non est auditus malleus atque omne ferramentum, non sunt audita in domo cum ædificaretur: quia nullum adfuit opus humanum, vt Christus conciperetur.* Ait igitur Osee, quod idem Christus in matre sua effecerit, quod ros in floribus, flores non inquinat, lilia non arefacit, rosas non obscurat seu inficit: quinimo guttæ illę pulchritudinē eis infundunt, velut splendidissimas stellas. Cōgruenter igitur affirmat D. Bern. quod si sol vestiat Mariam, & stellis ipsa adornetur, flos ille campi formosior recentior, puriorque redditur. *Creuit, augmentata est.*

RVPERT. *l.2. in 3. Reg. c.11.*

Cant. 4.

Inter varia honorifica cognomina quibus Spiritus S. velut sponsam suam inscribit Mariam: hoc vnum audimus. *Puteus aquarum viuentium.* Aquę viuæ vocantur in mari, non illæ, quæ quotidie fluxu & refluxu alluere conspiciuntur: sed quæ per singulos menses ad profundiores refluunt fossas, vbi aquæ hoc elementum quasi comprimitur: adeo namque littori vicinam impositum sibi sentit præceptum se continendi nec vlterius alluendi. *Vsque huc venies, & non procedes amplius;* & aquarum abundantiâ cogitur se effundere: in substantia tamen non est modo quam ante maior aquarum abundantia, nisi quod retrogressæ fluxu recurrant vehementiori, & modo latius extendantur. Mare diuinum Maria nuncupatur: in cuius animam continuo cursu Spiritus S. charismata donaque defluebant: hodie vero dies est aquarum viuentium abundantiæ mensis: & quā-tum noui in puritate ac castitate terminos excedit puræ creaturæ, seque vsque ad iurisdictionem Dei latius extendit. Crescit hæc virginitas: prius enim erit virgo Deum in anima sua & visceribus gerens absconditum nunc autem talis est ipsum brachijs suis mater amplectens. Prius virgo sibi soli, nunc virgo omnibus. Compressa & occulta tunc huius virginitatis causa, nunc autem adeo manifesta cunctis apparet, vt & ipsi pastores hebetes ac rudes illi de hac ex animo congratulentur.

Cant. 4.

IV. Et Maria dicitur Puteus aquarum viuentium.

Iob. 38.

Fuit autem tanta hæc prærogatiua Matris ac virginis in Maria: vt Deus huius nullam voluerit figuram vmbramque præcurrere in aliqua quæ virgo fuisset & mater. Locus quidam occultus hoc manifestat. *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion.* Ita Deum deprecatur Isaias. Veniat ô Pater æterne, Agnus & in mundum prodeat de petra

V. Similiter dicitur Petra deserti.

Isai. 16.

petra deserti, Secundum D. Hieron. & cæterorum interpretum opinionem Deum exorat, vt nobis tradat filium suum, quem petram deserti cognominat ex Ruth Gentili nata ex Petra vrbe Moabitarum, matre Obed proaui Dauid. Gaugericus Abbas conceptum applicat B. Virgini, quocirca sic locum hunc interpretatur. *Emitte agnum &c. id est, abscinde petram de petra, sanctum & inuiolabilem, sancta & immaculata proferat virginitas.* Difficultatem in eo reperio, cur illi nomen assignet petram deserti: an non sufficeret *de petra*, nec addidisset, *Deserti*? Latet hoc mysterium. Noluit Deus vt mater sua lapis foret positus in ædificio mortalium manibus, nec de sua resciss us lapidicina, ferrum aut ligo adlaboraret.

Gaugeric. in in Annun.

VI. Allegoria de Petra Moysi.

Explicemus hoc aliâ S. Paginæ sententia. Proficiscebantur Israelitæ per desertum ad terram promissionis, ad arentia illa perueniunt arua, siti cruciantur ex aquarum inopia: vociferantur: aqua ô Moyses, aqua, perimus! Accurrit Moyses ad Dominum, quem hic remisit ad petram: *Loquimini ad petram.* Accedunt duo germani fratres Moyses & Aaron, virgam conferunt miraculorum operatricem, bis illo petram percutiunt, quia ad primum ictum adhuc obduruerat. *Percussit virgâ bis silicem.* Ex hac illorum actione tantopere Deus indignatur, vt iurauerit binos illos quantumlibet sibi amicissimos promissionis terram non ingressuros. Quodnam hoc Domine graue adeo piaculum, petræ percussio? Quod baculus eius sentiat duritiem vt crystallinas ex se largiatur aquas? quæ huic interuenit noxa? Ex ea vel maxime cum Moyses amicus tibi sit integerrimus? Sistamus hic. Reuelauit hic illi Deus mysterium Incarnationis Verbi Dei, fontis cælestis aquæ, quæ mundi totius sitim extinguet. *Erit fons patens domui Iacob.* Egredietur enim de petra Virgine nulla concurrente industria viri cooperatione nisi tantum Verbo Dei potentissimo. Iniungit igitur Moysi vt accedat & veritatis huius exerceat figuram: porro sciat hoc solis verbis efficiendum. *Loquimini ad petram.* Accedit, commissionem sibi iniunctam excedit, virgaque petram perculit, castigetur licet amicus Deo familiaris? etenim in materia de virginitate Mariæ matris, nulla interueniat oportet, nec quidem repræsentatione, manus hominis.

Numer. 20.

Zacha. 13.

VII. Natiuitas Christi & Resurrectio comparantur.

Christo è sepulchro rediuiuo, natiuitas hæc secunda (hoc eam nomine appellat D. Ambros.) primæ gloriam imitatur, in quantum ipse signato clausoque lapide renascitur. Sed inter vtramque natiuitatem discrimen hoc inuenimus: quod in partu Bethlehem dolores mater non senserit, hic

 vero

vero terra eos pertulisse tremore, motuque concussa videatur. *Terra mota est.* Commotio grandis, horror insolitus, concidunt vt mortui custodes sepulchri. Quænam ô terra tantæ ratio commotionis? quænam hæc indignationis occasio? Non arguimus in morte Creatoris tui te motibus tremuisse pauendis nimis: vt quid modo dum in nouam & perpetuam assurgit vitã, contremiscis? *Et ecce terræ motus factus est magnus.* Dicere possemus decretum esse irreuocabile: *In dolore paries filios:* vt etiam ipse lapis Christum parturiens eos ipsos patiatur. Nunc mysterium euoluamus. Ipsum sepulchrum, manifestũ vteri virginalis Mariæ est prototypon: (quod D. Ambros. præfato Sermone fusius demonstrat) quandoquidem contremiscat, tollatque Angelus lapidem; quia manente sigillo lapidi impresso foras prodit; dignitas est hæc adeo propria solique Mariæ reseruata, vt nec quidem lapidi Deus illam commendare voluerit.

Matth. 27.

Genes. 3, Serm. 48. 56. 57.

VIII. Nulla femina V. Mariam in hoc præuenit.

Illustres fortesque mulieres præteritis sæculis vetus celebrat testamentum, idcirco a Deo dilectas, quod vmbram præferrent Mariæ: sed curiosius inquiramus vtrum aliqua forsitan inueniatur quæ saltem ad referendam eius puritatem virgo fuerit & mater? steriles mihi plures occurrunt, vt Sara & Rachel statim ab exordio: Anna mater Samuelis, & Elisabeth mater Præcursoris Domini. Si Christum igitur tot præcurrerint figuræ: quare saltem vna non præcessit virginem Mariam, Mater & virgo? Tuarum virtutum ô Domine, & factorum multas legimus figuras virorum: Isaac, Iacob, Ioseph, Moysi, Iosue, Dauid &c. Sit saltem vel vna Mariæ symbolum: nequaquam inquit Dominus: tanta quippe eius hæc est prærogatiua, vt nec quidem vmbram eius velim aliquam anteuenire.

Isai. 7.

Discursus huius epilogus sit auxesis quædam insignis Magni Athanasij. Plures scriptis suis tradiderunt rationes SS. Doctores cõuenientiæ desponsationis virginis Mariæ: sed notemus illam quæ est D. Athanasij. Ita Deus hoc fieri decreuit in tantum enim superexcedit omnem humanam essentiam mater & Virgo: vt ratio suaderet eo tempore secreto huic velum opponi & abscondi: ne quis illam vt Deam haberet & quid supra humanum: ac proinde desponsetur: quo contegitur id quod celari suadet æquitas: si quis enim audiret eam matrem esse & virginem, forte diceret: amplius est quam mulier, dignitate pollet infinita, & illimitata fulget perfectione. *Gabriel ad tam ipsam legatur: neque simplicitur ad virginem, sed ad virginem desponsatam viro: vt sponso osten-*

IX. Et quia adeo Magnum erat, ipsa desponsatur.

D. ATHAN. Ep. ad Epist.

ostenderet Mariam vere hominem esse. Quando Regi Achab ex ore Isaiæ Deus iniungit: *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra.* De cælo, siue de terra: quibus verbis clarissimum prolocutus est vaticinium. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Distinguit hic D. Irenæus duo prodigia hac promissione comprehensa, perficienda: quorum vnum de sursum est, alterum de deorsum. Profundum seu sursum fuit, quo Deus factus est homo, & omnipotens ad nostram descendit miseriam. Porro quam tumultuosum fuit hoc prodigium, ipsos obstupefaciens Angelos, mulierem inueniri matrē & virginem: prodigium fuit hoc adeo sublime vt in illo columnas fundauerit, titulos erexerit, dignitatesque manifestarit Signum sursum (ita D. Irenæus) *quia non sperauit homo virginem prægnantem fieri posse, quæ erat virgo.*

Isai. 7.

D. Iren. l. 3 aduer. hæres. c. 20.

X. Epilogus

Accedamus igitur submissæ voluntatis affectibus, id est pedibus animæ ad præsepe in quo Deus requiescit factus cibus hominum. Quis nos perterret? *Quod qui continet magna, contineatur in minimo: & cui imminet cura magnorum ad minora se transferat, & ad vnius infantis corpusculum, totius mundi cura transferatur.* Ita scribit Volusianus D. Augustino. Omnipotentia illa infinita, bonitas immensa, lux essentialiter in puero tenello & hodierno comprehenditur. Omnia opera tua Domine, mirabilia veneramur, nam ad altiora se transferunt: porro si suffragium ferre mihi conceditur, in hoc plus quam in reliquis me suspendis. *Video*, ita D. Bernard. *Lucem non lucentem*, solem sine lumine: quia Eclipsim passus se abscondit. *Fontem sitientem*: fontem omnibus abundanter profluentem, sibi vero aridum. *Verbum tacens.* Verbum æternum, quod nullis pronuntiatis verbis, lachrymis loquitur. Profunde nimis te humiliasti, ô Rex altissime. *Vere exinanisti temetipsum* exclamat D. Bernard. porro: *Non bonitate & misericordia*: cum eius radios emittas clarissimos: & quamuis paruulus nascaris, magna tamen sunt tua munera. *Non tamen parum contulisti nobis.*

Volusia ad D. Aug.

D. Bern. Serm. 1. de Natiuit.

Illum cum Ecclesiastico deprecemur. *Innoua Domine signa & immuta mirabilia.* Spiritualiter in nobis renoua signa illa prodigiosa, hac nocte mundo conspicua. Nonnulla refert D. Bonauent. *In ciuitate Romana muri Pacis templi funditus corruerunt. Vinea Engaddi illa nocte floruerunt, & fructum balsami produxerunt. Fons aquæ mutatus est in fontem olei, & fluxit vsque in Tyberim, & manauit tota nocte illa. Stella magna apparuit quæ formam pueri pulchri habuit.*

Eccli. 36.

D. Bonav. 2. To Opusc. libello de exerc. spirit. l. fasciculi 2. solemnitas.

Tres soles apparuerunt in Oriente. Circulus aureus in sole & in medio Virgo pulcherrima, puerum gestans in gremio. Hæc signa spiritualiter in nobis innouari petimus. Tres soles, tres sunt potentiæ, vt intellectus tantum cognoscat beneficium : memoria illius numquam obliuiscatur : voluntas illud diligat. Corruat paxquam cum peccato iniuimus, oleum fluat charitatis. Fulgida nunc in cælis appareat beata semper Virgo Maria vt est gratiis circumquaque immensa : quippe gratiæ illius nostrę pignora sunt beatitudinis : *quam mihi concedat, Pater, & filius & Spiritus S. Amen.*

CONCIO SECVNDA IN CIRCVMCISIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Postquam consummati sunt dies octo. Luc. 2.

SALVTATIO.

NVllũ maius est Euangeliũ quã abbreuiatũ hoc & contractum: cogit enim ipsos Cherubinos scientiæ plenitudine præstantes & gloriæ Doctores alas suas rescindere, & vela intellectus sui sapientissimi contrahere. Pingendi ars industria vtitur modo abbreuiandi: & hoc ita fit, vt giganteum vastumque corpus in parua videatur tabula seu linteo; hodie autem ita puerulum Deum abbreuiatum contemplor, vt dicere mihi liceat : quod pater penicillum assumpserit, quo eum abbreuiaret; & licet eum in ventre virginis castissimæ abbreuiasset, hodie ex sensu D. Bernard. magis adhuc abbreuiauerit, illi vitam per horas numerans & per dies dimetiens : *Verbum enim abbreuiatum amplius abbreuiatur in Circumcisione.* Et quamuis dies si durationem attendas, breuiores sint,

D. BERN. Ser. in Circum. ij.

ſint, nemo tamen illos vilipendat: ita conſulit nobis Vates Zacharias. *Quis enim deſpexit dies paruos?* Cum adeo longi ſint in miſericordiis vt abundantiſſime ſanguinem ſuum purpureum effundat. Similiter titulos ſuos & Dei nomina abbreuiat: & qui prius admirabilis & fortis dicebatur, nunc Ieſus vocatur dulciſſimus quod illi hodie imponitur: quia in illo omnia comprehenduntur nomina, ex illo cæteris orientibus: vt ſtellæ lucem à ſole mutuant & magnitudinis ſuæ complementum. Signum hoc eſt euidens & clarum bonorum omniũ aduentus: dum enim Deus aquis diluuij mundum extinxit, ait S. Pagina: *Prima die menſis apparuerũt cacumina montium.* Præfigurabatur hic primus dies menſis & anni: in quo tam felici auſpicio præsẽs hic oritur: matri, per cuius manus profluxit ſanguis venarum Dei, & cuius lingua omnium prima inter reliquas creaturas formauit dulciſſimum nomen Ieſu: rogemus eam vt nobis faueat, donetque gratiam, qua congrue de pretioſo ſanguine ac glorioſo nomine Ieſu proloquamur: flectamus illi genua & dicamus. *Aue Maria.*

Zacha. 4.

Geneſ. 8.

Diſcurſus I. *Recipit in ſe Chriſtus quod moleſtum eſt in lege ſcripta, vt nobis in eius compenſatione reddat quod ſuaue eſt in lege gratiæ: pro Circumciſione Baptiſmum: pro ſanguine fundit nobis aquam: placetque illi circumcidi infantes in lege veteri, eos omnes vt Martyres efficiens, vt ſe ad mortem pro omnibus ſubeundam obliget.*

NOn parum admiratur Africanus Martyr & Doctor S. Cyprianus Circumciſionis præceptum, tanto rigore impoſitum Abrahæ eiuſque familiæ. *Caro quæ circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo.* Duriſſimum videtur & inſupportabile iugum: moleſtum eſt, querebantur Gentiles, præceptum: hoc enim fortiſſimum eorum erat argumentum (inquit D. Cypria.) vt infans vix materni vteri egreſſus hoſpitio cultrum in carne tenera ſentiat circumciſionis, ſanguinem fundat, & parentum pia corda lamentabili hoc ſpectaculo dolore crucientur. Quænam inde Deo voluptas, quod ſanguis ex venis adeo delicatis effundatur? qua ratione ſtigma amicorum tuorum, fœdus quod Deus eorum ſis, ſit illud indignum adeo & & ſupremæ huic Deitati indecorum?

Geneſ. 17.

I. Ratio inſtitutionis Circumciſionis.

rum? *Reliquæ gentes tam mandatum quam factum irrident, & Deo asserunt minime conuenire vt Saluatoris benignitas plagis infantium delectetur, & immeritos in ipso vitæ initio periculo mortis addicat. Hoc de bono Domino sentire, qui neminem vult perire absurdum & irrationabile iudicant.* Adductis autem variis rationibus quibus Gentiliũ confundat ignorantiam, addit aliam pietatis Christianæ prouocatricem. Ab æterno decretum erat, vt Verbum carne vestitum moreretur in ea nos redempturus: estque adeo magnum mori Deum, tantumque illi placent obsequia nostra, vt libenter acceptet oblatam sibi hominis vitam, quæ consistit in sanguine: *Anima enim in sanguine est.* Hinc argumentum sumpsit, quo statim ab initio sanguinem suum effunderet, fieretque Martyr pro omnibus: quocirca desiderat in omnibus martyrii quandam videre similitudinem. Audiamus ipsum. *Hoc antiquum nostræ redemptionis consilium sanctis Patribus reuelauit Deus, voluitque vt paulatim assuescerent homines passioni, & morti necessariæ, voluntariæ mortis opponerent libamentum & pœnam in medelam, & supplicium in remedium commutarent:* hac quippe via illis erat venturus.

D. Cypria. Ser. de Circumcis.

Leuit. 7.

D. Cypri. vt sup.

Argumentum hoc vlterius promouit Origen. & eadem ratione vsus qua D. Cyprian. sic ait. *Itane bonus est Deus iste, qui natum hominem, statim in primis nouæ lucis auspicijs præceperit vulnerari.* Elegantissima nonnulla profert verba, quibus sublimi quadam Theologia finem exponit, cur Christus suum nobis propinarit sanguinem. Eramus (inquit) serui dæmonis ac peccati: nam: *Qui facit peccatum seruus est peccati.* Vt autem à tyrannica hac vtriusque potestate redimeremur, sanguis Christi requirebatur supposita æterna determinatione: & quo interim felix illud tempus appropinquabat sanguinis illius effusionis, qui solus efficaciter poterat tollere peccatum: decreuit Deus, vt omnes de sanguine suo contribuerent ad mutationem, & quasi protestantes suum se fundere, vt illum viderent effusum, qui remedium erat illis allaturus. Vnde vsque ad Christi aduentum, asperum fuit ac molestum legis scriptæ Sacramentum, quod aduentu suo in suauissimum conuertit lauacrum, in se imbibens tollensque legis asperitatem. Nefas est Adamantii præterire eloquentiam. *Proposuit ergo pretium nostrum sanguinem Christi. Verum donec sanguis Iesu daretur, qui tam pretiosus fuit, vt solus pro omnium redemptione sufficeret: necessarium fuit eos, qui instruebantur in lege, vnumquemque pro se, velut ad imitationem quandam futuræ resurrectionis, sanguinem suum dare: & pro-*

Orig. in Epist. ad Roma. l. 2c

c. 2. circa: quicumque sine lege &c.

Ioan. 8.

II. Confirmatur ex Origene.

pterea nos, pro quibus completum est pretium ſanguinis Chriſti, non neceſſe habemus pro nobis ipſis pretium, id eſt ſanguinem circumciſionis offerre: quia Chriſtus iugum illud ſuſtulit & fundens ſanguinem humanum obligationem, euacuauit dum diuinum ſuum ipſe largitur.

II. Confirmatur ex Origene.

Ex vltimis verbis Origenis titulo diſcurſus noſtri reſpondeo cum D. Auguſt. *Suſcepit Chriſtus circumciſionem, ablaturus circumciſionem.* Illud autem congrue declaraturi, fundamentum ſumamus ex Oſee hoc quippe deſcribit. *Adducet ventum vrentem Dominus, de deſerto aſcendentem, & ſiccabit venas eius, & deſolabit fontem eius.* Deſcribit Propheta velut in carne ſua, quam noſtram aſſumpſit Dei Verbum, quod bellum eſſet illaturus peccato (nam de remediis contra illud loquitur ad litteram iuxta D. Hieron. Hugo Cardinal. & Theodoret.) aitque quod aureis illis gratiæ temporibus ſecum Dominus adducet ventum vrentum calore ſuo terram arefacientem, fontes eiuſque venas exſiccantem. Ventus hic exurens Chriſtus intelligitur, idque tanta proprietate, vt de ſe pronuntiet: *Ignem veni mittere in terrã:* & clare ſatis Abacuch: *Deus ab Auſtro veniet:* Septuaginta: *A meridie*: à meridie incendij diuini amoris: vt exponunt D. Auguſt. & Rupert. A deſerto venit: vel quia eo mouebatur, quod cerneret ita deſertum & omni auxilio deſtitutum: *Propter miſeriam inopum &c.* vel quia deſertum caput SS. Matrem ſuam, quam hoc nomine compellat: quia ſola eminet in priuilegiis & gratiis huius deſerti. Oriturum inquit ventum, qui peccati venas exſiccabit. Metaphora deducitur ab auri, argenti, & metallorum fodinis, quas venas appellant: quidquid à parentibus noſtris hereditate acquirimus venæ ſunt culparum: etenim hominem producendo, producunt peccatorem. In venis illis eſſe vult circumciſus: vt remedium damno reſpondeat, & exſiccatio atque eductio huius radicitus.

D. Avgvs. Serm. 23. de tempo.

Oſe 13.

III. Hæc ratio D. Auguſt. deducitur.

Luc. 12.
Abac. 3.

Pſal. 11.

IV. Allegoria de ligno & ferro Eliſæi.

Ligna cædebant diſcipuli Eliſæi, quibus tabernacula ſeu tentoria erigerent ad ripam Iordanis: operi grauiter incumbunt, & ecce ferrum ſecuris excidit, in Iordanem deuoluitur, ac continuo vt graue, ad ima deſcendit. Iniicit Iordani haſtile, & deſcendit ad ima vſque ad ipſum ferrum, quod natando deſuper ſecum adducit. *Præſcidit lignum, & miſit illuc, natauitque ferrum.* Duo hic natantur miracula ab Abulenſe: primum: durum ferrum aquis ſupernatat, grauitatem eius ſuſtinentibus: ſecundum: lignum ad fundum vſque deſcendit Attende tibi ô Vates: nec enim petenda ſunt a Deo miracula ſine neceſſitate: concedimus illud libenter, quo ferrum

4. Reg. 6.
Abulenſ. hic

ferrum Domino ſuo reſtituatur: porro quod lignum deſcendat, ſecumque ferrum ſurſum trahat, ſuperfluum iudico & non neceſſarium. Tertullianus ſolitâ eloquentiâ reſpondet: Intendebat Eliſęus perſuadere diſcipulis ſuis ſpiritum duplicem Magiſtri ſui Eliæ ſuper ſe requieuiſſe: & huic fini ſignum non videbatur opportunū, ſi ſolum ferrum aſcenderet: hic enim aſcenſus Deo non placet, nec eſt ſpiritus illius epigraphe ſeu ſignum: quocirca ad hunc vnius aſcenſum præcedat alterius deſcenſus. Præſtat verba illius proferamus. *Cum filij Prophetarum ſuper flumen Iordanem lignum ſecuribus caderent, exilijt ferrum, & merſum eſt in flumen, atque ita Eliſæo Propheta ſuperueniente petunt ab eo filij Prophetarum, vt ferrum flumini, quod merſum fuerat, erueret. Atque ita Eliſæus accepto ligno & miſſo in eum locum, vbi ſubmerſum fuerat ferrum, ſtatim ſupernatauit, & lignū merſum eſt, quod receperunt filij Prophetarum: ex quo intellexerunt quod ſpiritus Eliæ in eo ſit repræſentatus.* Et ſtatim tranſit ad myſterium. *Quid manifeſtius huius ligni Sacramento? Quid duritia huius ſæculi merſa in profundo erroris, & à ligno Chriſti, id eſt paſſionis eius in baptiſmo liberatur? vt quod perierat olim in Adam per lignum, id reſtitueretur per lignum Chriſti.* In mundi principio diſſoluit ſe humanum genus ab arbore gratiæ per ferrum culpæ, corruit in flumen, ſeu abyſſum miſeriarum: cui optime quadrat nomen Iordanis, id eſt, *fluuius iudicij*: quia illi ſubiectus eſt. Mutat Deus ſortes: etenim natura diuina, quæ arbor eſt fructifera, cuius naturæ competit cæteris omnibus creaturis ſupernatare, vt lignum aquis, ita per ipſum humiliatur, vt ferro noſtro cohæreat, id eſt pœnæ, non culpæ, quo fit vt ferrum ſurſum efferatur, & aſcendat vſque ad arborem ipſam à qua fuerat eductum & aquis ereptum: venas eius Deus exſiccauit, & culpæ principia, ſimilitudinem in ſe aſſumens peccatoris.

Tertull. aduer. Iudæos. n. 155.

V. Applicatur.

De aue Charadrione tradit Petr. Damia. proprietatem admodum raram: ſi coram infirmo ſiſtatur, & caput oculoſque auertat, actum eſt de illo: ſin autem *obtutum ſuum in eius ora defigat,* indubie recuperabit ſanitatem: etenim in illum oculos ſuos defigit, atque in ſe mediantibus potentiæ viſiuæ ſpeciebus, totam transfert infirmitatem: & continuo feruentiſsimis ſolis radiis ſe opponit, quorum calore morbum quem attraxerat, relinquit alienum. Chriſtum auem interpretor pulcherrimam: *Vocans ab oriente auem.* Ex languente tamen ad vitam reſurrecturo, nempe homine, quem miſericordiæ oculis dignatus eſt intueri, transfert in ſe quod debebat ille, & recipit quan-

PETRVS DAMIA. *l. 2. Ep. 18.*

VI. Natura Charadrionis.

Iſa. 46.

quantum ad pœnam, culpam illã exurit, quo fit vt molestia illa legis scriptæ Sole isto diuino consumatur, & homo liber sanusque exsurgat: hac quippe intentione iuxta mentem Doctoris Angelici Christus voluit circumcidi: *Vt legis onus in se suscipiens, & alios à legis onere liberaret.*

D. THOM. 3. p. q. 37. a. 1.

D. Aug. Christum contemplatur in horto tanta mortis agonia appressum, vt non lachrymas, sed guttas sanguinis effunderet: quibus multorum æternam defleuit perditionem, qui talem thesaurum suaque tormenta à se ingrati repellerent. Tenerã hanc audiamus vocem: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste*: nec moriar ego, si fieri possit. Et postquam Sanctus hic respondit, ea quæ sunt fidei nostræ: non in eo metum arguendum, sed attendendam doctrinam nostramque consolationem: ostendit tamen se timere: & quamuis vox esset illa capitis, membra tamen referebat, cuius partes exprimebat. Proloquatur ipse. *Videtur mihi, fratres mei, quod caput nostrum, infirmioribus suis membris compassum est, ne de se forte membra desperantia infirma, sicut est humana fragilitas, morte propinquante perturbarentur, & dicerent, non se ad Dominum pertinere: nam si pertinerent, gauderent: prius ergo Christus sub persona Martyrum dixit. Tristis est anima mea vsque ad mortem: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Quis hoc dicit, quæ potestas, quæ infirmitas? Audite quæ dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.*

VII. Applicatur Christo. *Matth. 26.*

D. AVGVST. *Serm 45. de Sanctis.*

Addit his hæc alia quibus comprehendit quidquid dici potest. *Transfigurauit ergo in se infirma membra corporis sui.* Dolores suorum in se transfigurauit: atque in voce ac petitione se purum hominem efformauit, ob generis humani vtilitatem, cum esset Deus: verbũ hoc *Transfigurauit* explicemus. Transfiguratio, verbo communi est mutatio figuræ, ac formæ reformatio: qua monstratur aliud exterius diuersum ab eo quod est interius, atque ex illa Christi transfiguratione, docent Theologi cum Doctore Angelico; quæ fuit, exterius producere & corpus perfundere eo quo anima gaudebat, cum substantialiter esset dos gloriæ: quãuis non in modo, cum sit stabilis hæc & permanens in cœlo, quando corpus animæ vnitur, nisi tantum transeunter, quandoquidem post pusillum sese subtraxerit. Bona manifestabat quæ Deus præparauit, quatenus discipuli, in quibus omnes comprehenduntur, se tantò libentiùs ad labores Euangelicæ prædicationis accingerent, & de diuinitate eius, demonstrationibus adeo claris certiores redderentur: ita vt Transfiguratio

VIII. qui in se nos transfigurauit.

3. par. q. 45.

 idem

idem sit quod gloria. Quomodo ergo D. Aug. locutus de Christo asserit quod in se transfigurauerit, dolores pœnasq; humanas, Martyrum tormenta, & quidquid Sancti graue pertulerunt? dicet aliquis, quod illos in se recipiens, per ipsos transierit; porro quid hoc *Transfigurauit*? O sublimem D. August. sententiam! dicere intendit: quod Christus tangens sitim, famem, fatigationem, pœnalitates humanas, illas transfigurauerit & conuerterit in gloriam: ita vt cum pœna esset in Christo, homini tamen quia per Christum transiuit, est consolatio: ignominia in illo, est mihi gloria, eius tormentum est mihi requies. Ita illi copulata est gloria & iucunditas: vt quatenus se tristem ostenderet omnes meas assumpserit tristitias, vt nullæ mihi iam supersint: ac proinde concinne vocat D. August. transfigurare & Deificare id quod mihi tolerandum erat: cumque adeo molesta pueris esset circumcisio, dolorem hunc in se suscepit, illum Deificauit: atque in eius rei argumentum instituit in aqua Baptismum, rigorem antiquum præsenti suauitate commutauit. Dicatur igitur quod legis scriptæ receperit molestias, vt ego dulcedinem legis gratiæ possiderem. *Transfigurauit ergo in se infirma membra corporis sui.*

IX. Nota de

Diutius aliquando inhæsi non minus acutæ quam præ considerationi Origen. & quæ eleganter discursui nostro coronidem imponet. Opprobria perpendens & contumelias quas vitæ Auctor tempore mortis suæ à Iudæis sustinuit, tandem narrat Euangelista qualiter corona spinea coronatus fuerit & ait: *Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt super caput eius:* Et quid reperit in ea particulare: quia vestimentum purpureum iniectum illi ad opprobrium, denuo exuerunt: attamen coronam semel capiti eius infixam, numquam extraxerunt. *Et de chlamyde scriptum est: quoniam denuo spoliauerunt eum chlamydem coccineam, de corona vero spinea, nihil tale Euangelistæ scripserunt: propterea quod & nos quærere voluerunt exitum rei de corona spinea semel imposita & numquam detracta.*

spinea corona.

Ioan. 19.

Origen. titu 35. in Matth.

Quæro igitur an grauius illi non fuisset tormentum, eam illi imponere, & denuo extrahere? Quare nunc induitur, & demum exuitur purpura, corona autem fixa permanet & immobilis, nec audet eam aliquis euellere, diuina discingens tempora? Mysterium latet hic insigne respondet Adamantius, nimirum infixâ hac coronâ semel eius capiti, pertulit ita, confixit, & in se contraxit omnes spinas & aculeos laborũ hominis ac miseriarum, vt nulla spina nobis remanserit perferenda: pœnæ etenim per ipsum trãseuntes, ita illi inhæserunt, vt cũ sint

sint Deo molestiæ, homini sint gloriæ: vt autem omnibus hæc pateat veritas, attendant qualiter nostra suscipiat mala, nobisque sua bona communicet. Loquatur Origen. *Ego igitur arbitror, quoniam spinea illa corona consumpta est à capite Iesu, vt iam non sint spinæ nostræ antiquæ, postquam ea nobis semel abstulit Iesus super venerabile caput suum*: q. d. Fatigatio quam in Christo cernis, mutata est in requiem nostram, & transiens per caput nostrũ Christum aqua ex se amara de canali suauissimum hausit saporem.

Orig.

Subtiliter valde declarat D. Epiphan, locum quendam Exod. Dum Moyses legatus à Deo missus intendit in Ægyptum obuius adest illi Angelus vultu adeo terrificus, vt necem illi intentaret. *Et volebat occidere eum.* Nonnullis assentiamur Doctoribus hanc esse rationem, quod secum puerũ deferret incircumcisum: tandem mater causam intelligens cultrũ sumpsit & circumcidens puerum hęc mariti dixit. *Sponsus sanguinum tu mihi es.* Huius infantis sanguine vitam tibi redemi. Legunt Septuaginta: *Stetit sanguis circumcisionis filij mei*: & ratio hæc est, quod vulnerato puerulo nullus effluxerit sanguis, & admirata factum ait: *Stetit.* Quænam est hæc sanguinis detentio? Respondet D. Epipha. Sephora parentibus nata Gentilibus Ecclesiam præfigurat, eius filius Christum: quod autem sanguis non effluxerit præsagium fuit, quod in Christo sanguis sisteret, & Sacramentum sanguinis rigorosũm in stagnum conuerteretur. Hæc eius sunt verba. *Ad ipsius tempus durauit & in ipso cessauit: atque in complementum commutatum est, quod videlicet dixit Sephora: Cessauit sanguis circumcisionis filij mei, & non dixit, circumciderunt puerum meum*: vt hæc veritas in Christo compleretur: quod enim molestum erat, Christo inhæsit, & homini quod suaue erat communicatur: Christo circumcisio infigitur, homini autem confertur Baptismus: & quia illa Christo dolorem inflixit, non infliget amplius. Et dubito num hoc non sit executioni mandare antiquum illud Sacramentum cultro petræ acutæ, vt patet in eo quod Dominus mandauit Iosuæ: *Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundo filios Israël.* Et velut ac si culter lapidem durum feriret, in partes diffinderetur, vel acies obtũderetur, vel fissuris repleretur, nulli pọst hac vsui conueniens. Petra Christus est. *Petra autẽ erat Christus.* Culter licet lapideus sãctissimam illam tãgit carnẽ, vires amittit, horrendam amplius non effundet sanguinẽ, sed aquam lenẽ recens lauacrum, nõ vrentia balnea, sed aquam crystallinam non accensum liquorem, quæ prosiliat, non de venis corporeis, sed de interna animæ deuotione.

Exo. 4.

X. In Christo vt in filio Moysi stetit sanguis Circumcisionis.

D. Epiph. l. 1. cont. heres. heres. 30.

Iosue 5.

1. Cor. 10.

Discursus II. *Christus honorem suum nostræ copulauit vtilitati: quocirca sanguinē effundenti nomen* Iesu *imponitur: hoc est Saluatoris : certo quodam modo suum extendens auctoritatem ex eo quod pro homine patiatur.*

IN eo vel maxime iuxta prudentissimum SS. Doctorum iudicium eminet amoris diuini astutia erga homines, quod semper maximam suam gloriam nostræ maximæ alligauerit abiectioni, dignitatem suam & celsitudinem, humilitati nostræ & vilitati : & nostram aduertens necessitatem, prius de illa cogitat reparanda quam de suis sit sollicitus attributis. Hodie huius manifestum notamus indicium: quandoquidem primò circumcidatur, & immediate illi nomen imponatur: nec enim suo iudicio vllius pretii iudicauit esse (licet sit infiniti) sanguinem illum, nisi statim declararetur, illum salutis nostrę gratiâ profundi: hoc enim titulus ille Iesus denotat. Misit Deus Moysem populi sui captiui liberatorem in Ægyptum, & quamuis prius hoc legationis onus subire recusauerit, licet imperio iussus Dei, tamen tandem ire consensit. Adeo percunctatur, si interrogent me quis te misit, quid respondebo? Responde: *qui est misit me*. Et statim addit: aliud quoque mihi nomen est. *Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob : hoc nomen mihi est in æternum*. Vix hoc capio: quia nomen Iehoua quod est ineffabile, Deo conuenit, vtpote omnipotentiæ eius & independentiæ significatiuum. Porro çum nomen illud Deus Abraham, Isaac & Iacob referatur ad creaturas: præsumere posset ineruditus aliquis ac stipes Deum dignitati suæ detrahere: verumtamen, patet hic diuini amoris eminentia : nam quasi hominibus indigeret, illos sibi collaterales statuit, & obumbratores, asserens illos in tantum à se diligi, vt sit nomen suum æternum, eorum se esse Deum, sibi Patriarchas illos associans, sibique persuadens absque humani generis commodo, diuinam suam essentiam non extolli, quia hanc illi copulauit.

I. Ea intentione se Deum vocat Abraham &c. *Exo. 3.*

Vt discipulorum animis constanter insculperet, se Deum esse, refert D. Matth. quod circa partes vrbis Cæsareæ illos interrogauerit. *Vos autem quem me esse dicitis?* qua occasione D. Petrus Diuinitatis eius confessor meruit in Ecclesiæ principem adoptari. *Tu es Christus filius Dei viui. Tu es Petrus* &c. Statim autem non pedem amouendo, nec ad passum progrediendo. *Tunc cœpit eis ostendere, quoniam oporteret eum pati.* Incepit eis describere & prędicere passionem suam, Crucem & tor-

Matth. 16.

II. Et prius de diuinitate sua quam de passione meminit.

& tor-

& tormenta quæ passurus esset in Hierusalem, idque adeo syncere, vt D. Petrum, quem iam ob altissimam suam cognitionem beatificauerat: *Beatus es Simon Bariona, &c.* quia feruens nimis amore erga Magistrum suum, illi dixerat, nescio quæ doloris verba ob id quod audierat: inimicum & aduersarium suum appellauerit: *Vade post me Satana: scandalum mihi &c.* Mouit hoc dubium D. Chrysostomo, quæritque cur prius diuinitatis suæ voluerit testimonium, quam mortis suæ retulerit ignominias: quam claritatem gloriæ adferunt calumniæ? Cur infirmitates iunxit dignitati? Cur illa has antecedit? Respondet. Cum enim semper præ oculis nostram habuerit vtilitatem, suam autem gloriam postposuerit (vt loquitur D. Petrus: *Posteriores glorias*) eo momento quo de fulgentissimis diuinitatis suæ radiis, quos in se comprehendit, sermonem instituit: veritus ne quis cogitaret hos velut in stagno concludi, tantumque bonum nequaquam effluere, de humani generis reparatione commemorat ex sua morte orituram: sine qua nomen sibi synceri amatoris indicat non deberi. Prodeat D. Chrysost. *Et tunc* inquit *quando in animis eorum præcipuum hoc dogma fixit atque locauit, tunc de Passione incepit dicere.* Et statim expendens id quod D. Petro dixit, mortem eius dissuadere vel auertere conanti, notanda hæc subiungit verba. *Nam ille cum humanis caducisque cogitationibus rem pensaret: turpe ac indecorum id omnino futurum æstimabat. Carpens igitur ipsum ait: Nequaquam quidem me Passio dedecet, sed tu carnali consilio id ita iudicas: nam si diuinis ductus præceptis atque carnalis sensus immunis hæc audires: non te fugeret profecto: quia præcipuum mihi decus est Passio.* D. Petrus humanis solum oculis considerabat ea quæ videbat: erant hæ cogitationes hominis viles & abiectæ, quas in corde suo cudebat, indecorum hoc æstimans diuinæ celsitudini: parum aduertens quod in hac ignominia, humano sensu, quia in nostram tendebat salutem & vtilitatem, Christus omnem suam auctoritatem, honorem, diuinamque constituerat celsitudinem. *Præcipuum mihi decus est Passio.* Idem annotauit Caieta. *Non prius promulgat Discipulis mysterium Passionis & Resurrectionis suæ, quam promulgauerit eisdem se esse Messiam.* q. d. Dum me Deum esse homines cognoscunt, pariter cognoscant oportet me pro illis mortuum; eorum quippe necessitas gloriæ meæ est fundamentum, & eorum vtilitas meam extollit auctoritatem.

Mortuo Saluatore nostro in Cruce, accessit *Vnus militum, & lancea latus eius aperuit.* Si hoc fecerit

1. Pet. 1.

D. Chry. Ho. 55. in Matth.

Caiet. in c. 16. Matth.

Ioan. 19.

III. Et Lancea voluit latus ſuum aperiri.

fecerit vt omnem ſuum profunderet ſanguinem, ſatius fuiſſet, dicet aliquis, vt viuus hoc feciſſet: quia homine moriente ſanguis condenſatur, coagulatur,& congelatur: ſi vt conſtaret omnibus animus eius ad tormenta proptiſſimus, quare hoc recuſauit, nec in vita ſuſtinuit, quandoquidem poſt mortem omnis extinguatur tormenti ſenſus? Reſpondet D. Ambroſ. Noluit Redemptor noſter vt in morte ſua periculo ſubiaceret dogma diuinitatis ſuæ,ſed hæc omnibus clare innoteſceret;vt autem hanc veritatem irrefragabiliter certificaret, patitur vt lancea latus ſuum aperiatur: vt dum de SS. illo Corpore viuus dimanare cernitur ſanguis,in eius diuinitatem omnes conſentirent,hanc patentius manifeſtando tempore illo & occaſione, quando grauiora pro hominum ſalute patiebatur. Cenſuram ſuam proferat D.Ambroſ. *Quæro etiam cur ante mortem non inueniamus eum eſſe percuſſum,poſt mortem autem inueniamus?* (Primo vt mortem ſuam voluntariam eſſe teſtaretur) *Niſi forte vt voluntarius magis quam neceſſarius eius exitus fuiſſe dicatur*, cunctique cernerent, mortuo corpore amorem minime extinctum: quandoquidem ſanguis flueret, quem morte intercedente nouimus eſſe congelatum. *Nam vtique poſt mortem ſanguis in noſtris corporibus congelaſcit: ex illo autem, incorrupto licet corpore, ſed defuncto, omnium vita manabat.* Vulnus hoc vt vltimum reſeruauit opprobrium, quo denotaret quam ſtricte viuus ac ac mortuus honorē dignitatemque ſuam humano fœderaſſet remedio: vt etiam tormentorum pœnarumque incapax, harum tamen oſtentet apparētiam in ſanguine illo per miraculum adhuc viuo: quem vtilitatis humanæ gratiâ floccipendebat.

D. AMBR.

Sanguine mei causâ hodie profuſo, continuò nomen illi inponitur, quod ipſum pariter deuincit ad eiuſdem pro me effuſionem, nec non vt hoc titulo Ieſus ſe coronet: non tantum eo quod titulum comprehendat Saluatoris, quantum quod hæc ſaluatio ad hominis dirigatur ſalutem, quem feruenter adeo ac manifeſte diligebat. Nec obeſt quod illum viderit D. Ioannes in veſtimento ac femore ſuo hac epigraphe deſcriptum *Rex Regum & Dominus dominantium*: in parte corporis vtique inferiori, quia dominium tantum eius ac poteſtatem præferebat; ſed dum noſtrum intercedit commodum: titulus ille in loco ſtatuitur eminentiori, quo datur intelligi, quanti ſemper hunc fecerit.

Apoc. 19.

IV. Gloriam ſuam noſtræ affixit ignominiæ.

Modo ſecundæ parti diſcurſus noſtri reſpondeamus binis ac præclaris annotationibus: nullus fortaſſe intellexerit, qualiter Saluator noſter abiectione, quam pro

pro nobis sumpsit, gloriam suam humiliauerit. Contractis cortinis, vidi inquit Isaias Seraphicos quosdam spiritus Deo suo collaterales, alatos ac flammeos, sex alis instructos, quatuor volantes, duabus autem mediis quasi aerem concitabant, vt ignis ardor temperaretur, quo videbantur exuri: duabus vultus suos operiebant, & duabus pedes. Accedit D. Chrysost. & stupore raptus ipsos interrogat: O cælestes spiritus, si ita sit, thronum hunc seu solium humilitatem Christi crucemque denotare: ipsomet interprete apud D. Ioan. ne alium forte sensum inuestigaremus: *Hæc dixit Isaias, cum vidit gloriam eius:* cur facies vestras obtegitis? An Deum hunc facie ad faciem, & remoto omni velo manifestum non conspicitis? Quantum sapio hoc agendi modo significatis maiori quadam luce & omnino insolita vos illustrari, nam quasi vos illa obcæcaret Angelicas vestras alas vt murum intermedium illi opponitis, quibus vos defendatis. *Alas, vice murorum obijciunt non ferentes radios illinc proficiscentes.* Visu suo lynceo radios illos perferre nequeunt, quos velut lanceas Deus emittit: an ergo quando se monstrat humiliorem tunc eum minus licet vobis intueri? Sic est: quia non capiunt humilitate sua & abiectione Deũ nullam incurrere iacturam: imo potius dignitati illius magnum (si fieri posset) superaddi incrementum. Et Seraphini qui nullo detenti impedimento illum contemplantur gloriosum: oportet si contemplari velint humilem oculos suos demittant: nec enim radios eius perferre possunt splẽdidissimos. Melius Auctorem forte capietis. *Et tamen id quod apparebat ad nostram imbecillitatem sese demittebat. Quid ais? Demissio erat quod videbatur? Erat, sed Dei.* Imbecillitatem ostentat quando se Maiestate conspicuum manifestat: quia in illa magis quam in omni sua potestate & dominio vult esse gloriosus.

Isa.6. — Ioan.12. — D. Chrys. in verba Isaiæ.

V. Ita testantur alis suis Seraphim.

Amoris illa Phœnix (quos enim Seraphini nisi Mariam Magdalenam magistram suam imitentur?) morruum ac sepultum Dominum corporaliter, in memoria tamen sua non sepeliuerat, quinimo cor suum in sepulchrum ei consecrarat in quo viuebat: hæc igitur tanta sollicitudine impigra quanta describit D. Ioannes, tendebat ad monumentum. Duos offendit Angelos, qui lachrymas illi conantur abstergere. *Mulier quid ploras? quem quæris?* Cur ô piissima mulier, aquam in terram effundis, quę locum suum habet supra cælum? *Aquæ quæ super cælos sunt* gemmæ sunt & lapides orientales: quod tibi sinistrum infortunium tantas elicit lachrimas? Quem quæris? Dum hæc illi loquuntur: *Conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem:*

Ioan.20. — Psal.148.

Ioan. de Mata de festis Dom.

VI. Et Angeli eum demissius reuerentur.

stantem : non tamen sciebat quia Iesus est. Supra modum admiratur D. Chrys. quod caput Magdalene conuertat : si namque cælestibus colloquatur spiritibus: vrbanitatem non sapit vultum ab eo auertere cui loqueris , & maxime si Angelus sit, cui reuerentia debetur & vrbanitas. Respondet D.Chrysost. Dum Magdalene Angelis colloquitur, aduertit eos subito assurrexisse, & demissa reuerentia ad latus se inclinare: vnde sibi persuasit Magistrum suum adesse & Deum, quem venerabantur. *Sed quare ad Angelos loquens, & nondum ab eis aliquid audiens, conuertitur retrorsum?* Notate Doctoris responsum. *Mihi videtur quod hac ea dicente, Christus post eam apparuit, & Angeli considerantes dominatorem & figura & inspectione & motu, confestim ostenderunt, quia Dominum viderunt : & hoc est quod mulierem conuerti retrorsum fecit.*

D.CHRYS. *apud D.Th. in catena.*

Oritur modo difficultas : qua ratione assurgant Angeli dum Christus à mortuis rediuiuus accedit? Quia si quis mihi dixerit: debitum erat hoc Deo obsequiũ: dicam: eum quoque ante cernebant, imo semper intuentur. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.* Si semper: ergo vel semper sedeant, vel semper stent erecti : quodnam nouum reuerentiæ singulare obiectum illis hac occasione proponebatur, quod continuò non habeant , fruendo videndoque Deum? Si per hoc illis essentialis accresceret gloria : transeat: sed cum hæc immobilis fixaque sit ab eo momento qua confirmati in gratia gloriâ perfruuntur: quid modo noui subest? sit hæc solutio : Deum suum intuentur rubinis illis pretiosissimis vulneribus inquam suis adornatum, & toleratis iam opprobriis pœnisque gloriosum. Quia vero nouit in Magdalena Ecclesia, Passionem hanc nouum Christo contulisse splendorem (tantum abest vt illi tenebras offuderit) hominis gratia toleratam : idcircò ministri eius , & familiares Angeli eum indigitant noua ac particulari reuerentia , qua salutant illum aduenientem.

Matth.18.

Nota.

Discursus III. *Celebrantur diuini nominis Iesu præconia & dignitates quas in se complectitur : quibus Deus operibus perfectionem tribuit, & vtilitates infinitas, ex eo homini prouenientes.*

Impositione nominis adeo diuini nempe Iesu, Christo crescit auctoritas, dum per illud omnem suam extollit celsitudinem. Sol & lux Ecclesiæ D. Thom. articulum hunc illustrabit. Affirmat vt vere se res habet, quod in lege veteri in circũcisione & non

D.THOM. 3.p.q.37.a.2.ad 3.

prius

prius puer nomen acciperet, & sine illo moriens ita vilescebat, ac si numquam natus fuisset: hinc illud colligitur Salomonis de se testimonium. *Fui tenellus & vnigenitus coram matre mea.* Nodum hic offendo, quomodo quadrat illud veritati: quandoquidem Bethsabee mater Salomonis ex Dauide filios genuerit Salomone seniores, vt sacer Textus enarrat. Quo igitur iure dicitur vnigenitus: hoc enim nomen indicat primogenituram, cum alius antecesserit? Respondet quod primogenitus mortuus sit ante nominis impositionem: & cum illud certo quodam modo tribuat esse nascenti, quasi illud non accepisset, de genealogia eraditur hominis, & quamuis sit primogenitus in eius locum tamen succedit Salomon. *Vnigenitus coram matre mea.* Præstat audire D. Thomam. *Apud Iudæos consuetum erat, vt ipso die circumcisionis nomina pueris imponerentur: quasi ante circumcisionem perfectum esse non habuerint, sicut etiam nunc pueris in baptismo nomina imponũtur. Vnde super illud Prouerb. c. 4. Ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea, dicit Glossa: Quare Salomon se vnigenitum coram matre vocat, quem fratrem vterinum scriptura præcessisse testatur: nisi quia ille mox natus sine nomine, quasi numquam esset, de vita discessit.* Et continuo verbum adiungit conceptu præclarissimum. *Et ideo Christus simul cum fuit circumcisus, nominis impositionem accepit.* Quocirca circumcidi & nomen imponi in Christi conuertuntur. Lubet modo Doctor sanctissime sciscitari: quodnam hic latet arcanum? Excellentia quædam nominis Iesu: si namque hinc excessisset non accepto nomine filius David, atque idcirco inter homines non censeretur: diuinus ille titulus Iesus tantum contulit ipsi Deo splendorem, fuitque tanta gloriarum eius perfectio, vt illæ omnes eo non accepto, quasi tenebris immersæ languerent. Et quamuis in mundo natus vixisset, si hoc titulo caruisset, omnis eius dignitas viluisset, quæ ex eo sumit incrementum, amplificatur & extenditur: cum adeo sublime sit & excelsum vt ipsi Deo tribuat augmentum. Bene igitur infert D. Thom. *Et ideo Christus &c.*

Nota. | *Prou.* 4. | I. Nomen dat velut esse homini. | D. Thom. 3. p. q. 37. a. 2. ad 3. | II. Nomine Iesu Christus maxime gloriatur.

In illa longa decertatione, qua Moyses legationis recusans onus cum Deo concertauit, ab ipso nomen proprium quæsiuit: vt nominaret eum à quo mittebatur: cui sic Deus: dices: *qui est, misit me.* Hebraica & Chaldaica Paraphrasis legit: *Ero, qui ero, & dixit: sic dices filijs Israel.* Ero, *misit me ad vos:* etenim aliqui illud futurum ita interpretantur: ita dicito Israelitis: cito videbunt quis sim ex mirabilibus quæ operaturus sum in ipsis. Porro dubium in

Exo. 3. | III. Nam omnia concludit alia nomina.

hoc mouetur, cur illi signum ex præteritis non dederit? Sum Creator, Conseruator &c. sed ex futuris. Qui erit: *Ero*. q. d. Tantum hoc est quod titulo reseruo mihi in tempore adscribendo: vt ex nunc illi meã omnem adscribam gloriam & volo vt amodo me cognoscant vt talem qualis hoc nomine sum futurus. *Qui ero*. Hoc D. Bern. attigit. *Nomen Iesu est signum repræsentans tibi omnia, quæ Deus vndique fecit pro salute humanæ naturæ.* Populo daturus erat futuræ signũ libertatis: quo ergo conuenientius quam futuro nomine Iesu: cuius virtute pro salute hominũ prodigia patrauit, suamque dexteram glorificauit?

D. BERN. Serm. 48. in Cant.

Idem mellifluus doctor explicans verba illa sponsæ: *Oleum effusum nomen tuum*: nam omnia replet & occupat, vbi cadit se extendit, terminos suos dilatans & iurisdictionem: Notat nomina omnia quæ Deo attribuimus vel potentiam & dignitatem denotant: vel pietatem spirant & misericordiam: *Multa quidem sponsi vocabula sparsa per omnem diuinam paginam legitis: sed in vno ea vobis vniuersa complectar. Nullum vt arbitror reperietis, quod non aut pietatis gratiam, aut potentiam Maiestatis sonet.* Et ita confirmat Hieremias: *Dominus iustus noster.* Potentia notatur: Isaias ait: *Vocabitur nomen eius Emmanuel:* quod pietatem signat

Cant. 1.

D. BERN. Serm. 15. in Cant.

Hiere. 23.

Isai. 7.

Idem ipse Apostolis suis hoc asseruit. *Vos vocatis me Magister & Domine. Magister* tenerum erga discipulos spirat affectum. *Domine* ad potentiam refertur. Et multo adhuc euidentius in sex nominibus Isaiæ. *Admirabilis, Consiliarius, Deus, fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.* Vbi primum, tertium & quartum Domini loquuntur Maiestatem: reliqua amici testantur affabilitatem. Quærit igitur D. Bern. *Quod ergo horum effunditur?* Respondet. *Profecto Maiestatis ac potentiæ nomen in id quod est pietatis & gratiæ quodammodo transfunditur, ipsumque effunditur abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum.*

Ioan. 13.

Isai. 9.

IV. Quæ vel pietatem denotant vel potentiam.

Nomen Iesu oleum est, reliqua sunt aqua: hæc enim in lampade descendit ad inferiorem partem: oleum autem supernatat, manetque superius ac victoriosum: quod alii liquores vt tale recognoscant. Deus olim sub titulo bellabat fortitudinis: nunc autem *Noua bella elegit Dominus:* non igitur nomina insonent timorem incutientia: nam omnia exinaniuit quando seipsum exinaniuit Vt autem D. Bern. hoc amplius confirmet triplicem olei docet proprietatem, nomini Iesu conuenientes: cætera enim non ita congrue applicantur. *Fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina,* Repeto: *fouet ignem*: etenim sine illo esse nequit.

Iud. 5.

V. Et oleo comparatur.

quit. Lux est cordis, alimentum animæ, salusque corporis. Quid ita sensus reparat, affectus temperat, voluntatem accendit, intellectum illuminat, & memoriã excitat vt ipsum nomen Iesu? Ad campanæ compositionem diuersa concurrunt metalla, quæ diuisa & separata per se nullum edunt sonum: aurum, argentum, stannum. Vsque modo Dei nomina iniecta non fuerant fornaci opere fusorio efformanda: hodie autem cum in fornacem amoris iniiciantur, efformata prodit campana & sonat Iesus. Addit D. Bern. *Mel in ore, in aure melos, in corde iubilus.*

Quæstio est ordinaria, sed responsioni particulare quidquam addemus. Vnde tanta differentia inter adorationem pueri Dei Magorum & Pastorum? Aulici illi cælestes pastoribus ortum eius annuntiant, audiunt illi cæleste barbiton per aera resonans: & quamuis, rustici erant, quia insolitum erat ingentem illis parit admirationem: vnde illis sic Angelus: *Annuntio vobis gaudiũ magnum &c.* Accedunt ad præsepe, nec Euangelista refert vllas ab eis factas ceremonias: tantum quod venerint, eumque quẽ quærebant, inuenerint. Accurrunt Reges superni fulgoris indicio, ductore ipso Angelo multò inferiori, cum sit hic creatura adeo nobilis purusque spiritus: muta deduxit eos stella, manifestis adeo periculis expositos, longo itinerũ tractu terris suis extorres: & tandem appulsi ad teneros supremi Principis pedes [...]ues prosternuntur, & [...]m thesauris pretiosis sua [...]lli animas consecrantes, adorant eum & reuerentur. Vnde vos, ô Pastores, prædicante vobis Angelo, adeo parci! Vnde vos, ô Reges, cum Angelo legato adeo profusi! Aliis omissis D. Ber. cõsulamus. Est lux, ignis & carbo flammeus nomen Iesu: nondum Saluatori impositum erat, dum accurrerent pastores: vnde illis anima nõ ita exarserat: aduolant Reges dũ hoc nomine inscribitur, & ni fallor, audiebant eũ hoc nomine compellari: vnde quidquid agant parum esse iudicant: purpurã exuant: quia ex eius præsentia incalescunt: diuitias suas effundant: veras etenim in Iesu possident: adorent eum: quandoquidem in nomine Iesu omne genu Monarcharum inclinetur. Ita vt dum hi nomen Iesu audiunt: illi vero nequaquam, nec vllam eius habent notitiam, tardi sunt Pastores & ignaui; reges autem & feruentes & diligentes. Clarius loquatur D. Bern. *Lucet prædicatum: auditum lucem de se spargit diuinam. Pascit recogitatum, inuocatum lenit, & vngit. Vnde putas in toto orbe tanta & tam subita fidei lux, nisi de prædicato nomine Iesu.*

Confirmemus hoc euidentius sententia Vatis Euangelici: ait

Ioan. 13.

Isai. 9.

IV. Quæ vel pietatem denotant vel potentiam.

Iud. 5.

V. Et oleo comparatur.

Luc. 2.

VI. Cur pastores munera non detulerint vt Magi.

VII. Nomen Iesu [...] est & [...] men. Luc. 2.

D. Bern. Serm. 15 in Cant.

Isaia.

ait hic: *Et erit lumen in igne, & Sanctus eius in flamma, & succendet...; & deuorabitur spina eius & vepres in die vna.* Dies vna vocatur dies primus anni apud omnes mundi nationes celebrior; in hoc ergo die lumen videbitur & ignis Israel, nempe Christus, hoc nomine à Simeone sene salutatus: *Lumen ad reuelationem gentium:* vt ipse experientia didicerat. Et Sanctus eius in flammis, quibus omnes mundi vepres exurentur.

VII. Nomen Iesu ignis est & lumen. *Luc.2.*

Meminit huius nominis quod Sanctum intitulat: & ait veniet *In igne.* Perpendamus qualiter depingatur diuerse admodum quam alia sacra nobis ob oculos proponuntur. Reginam Sanctorum coronatam depingunt, illos vero diademate vel media luna insignes: porro nomen Iesu orbi includunt seu circulo, radios extensos flammasque euibranti: Cur ergo nomen hoc non coronatur, vt alij? sed depingatur in medio huius circuli in sole: cum sol sit iustitiæ, vel stellis coronetur astrisque splendidissimis, vt eorum Creator. An forte futurum est incendium, ignis, carbones, scintillæ ex hoc voracissimo elemento prosilientes? Ne dubites: his enim pollet effectibus: *Lumen Israel in igne.* Quod si hoc igne collustrati conuolent Reges, & sine illo Pastores, quid illos miraris accensos? quid tantus eorũ stupes demonstrationes? hos autem minus feruentes, minusque liberales?

Luc.2.

Modo mihi lucet modus Euangelistæ loquendi quoad titulum, quem Pilatus Saluatoris nostri Cruci superfixit, quem inimici tantopere conati sunt eradere. *Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus Nazarenus Rex Judæorum.* Si rem penitius inspiciamus nulla hic mortis causa, ratio, seu sententia legitur. Falso blasphemias illi imponebant: *Blasphemauit*: seditionem populi: *Ecce totus mundus post eum abit &c.* Hic autem nihil horum audio. Quid igitur nomine causæ venit? Ait enim Hugo Cardinal. *Titulus dicitur, quia continet causam crucifixionis eius.* Et ibidem notat quod terminus ille *Titulus* hic significet triumphum: vt veteres solebant arcubus & valuis inscribere facta sua heroica: ita quoque in Cruce Christi titulus ille continebat & declarabat facinora Dei præclariora, & triumphos insigniores. *Titulus triumphalis est, qui continet causam & ordinem triumphi, quòd solet describi in arcubus, vt antiquitus solebat fieri, & describebatur causa, & ordo triumphi: & illa scriptura dicebatur titulus triumphalis: talis fuit iste titulus.* Si igitur ad longum exaranda erat triumphi causa, *Causam ipsius*: nec plura quam quatuor hic verba legamus, quo modo hoc verificatur? Optime: pronuntiato namque tantum Iesu omnia egregia Saluatoris nostri

Matth.27. Ioan.19.

Ioan.12.

Hvgo Card. *in c 15. Marc.*

VIII. Titulus crucis fuit triumphalis.

ſtri facinora comprehenduntur, & quidquid fuſiſſimis poteſt orationibus explicari, breuiſſimo hoc verbo referatur. Tales radios euibrat & ſplendores, vt ipſum ſolum diuinis dignitatibus humaniſque declarandis ſufficiat.

Matth.27. Ioan.19.

Ioſue 10. D. CHRYS. *Ho. in Ep. ad Hebr. Act. 3.*

Si Ioſue huius nominis virtute currentem ſolis rotam detineat, ea ſit cauſam quia Christi figuram præfigurabat: ita cenſet D. Chryſoſt. *Forma erat Ieſu illud nomen, idcirco hoc factum eſt.* Non aliud Petrus egit, quam dicere Paralytico: *In nomine Ieſu Christi Nazareni ſurge & ambula:* & ſtatim de grabato ſanus exilijt & leuis. Vnde D. Bernard. *De ore Petri tanquam fulgur egrediens claudi vnius corporales plantas ſolidauit & baſes.* Erat Apoſtolis nomen Ieſu arma: erat ſcutum in quod impingebant carceres, vincula, verbera &c. Ita Paulus prouocabat vitam, mortem, cælum, infernum, non hæc me ſuperabunt: protegit enim me nomen hoc fortiſſimum. *Neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Christo Ieſu.* Sol eſt de quo lucem ſuam ſtellæ recipiunt: fons & vena gratiarum. Congrue D. Petrus Chryſol. *Hoc nomen quod cæcis dedit viſum, auditum ſurdis, claudis curſum, ſermonem mutis, vitam mortuis, totamque diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus virtus huius nominis effugauit.* Et confirmatur ex eo quod narrat D. Matth. de hominibus illis à dæmonibus obſeſſis, quos crudeles accuſat: *Sæui nimis:* qui tanto furore phreneticí inſaniebant, vt nullus eos propius accedere præſumeret, niſi cum aperto vitæ diſcrimine. Et nondum pronuntiatum audierant nomen Ieſu. *Quid nobis & tibi Ieſu?* quando fatentur & exclamant ſe flammis inferni cruciatus ferre grauiores: *Veniſti ante tempus torquere nos.*

Ioan. 12.

HVGO CARD. *in c 15. Marc.*

VIII. Titulus crucis ſint triumphalis.

D. BERN. *Serm. 15. in Cant.*

IX. Nominis Ieſu poteſtas.

Rom. 8.

D. PETRVS CHRYSOL. *Serm. 144.*

Matth. 8.

Ioan 14.

Vale extramum dicens Saluator diſcipulis ſuis ait: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Petite quidquid libuerit idque in nomine meo, nec dubitanter impetrabitis. Non capio illud? *Si quid petieritis:* indicat enim eos vſque modo nihil petiiſſe. Et ſi legamus Euangelium, patebunt ex ore eorum miracula non parua ad huius nominis inuocationem peracta: *Domine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo.* Quomodo ergo verum erit. *Siquid petieritis?* Reſpondetur: Tanta eſt nominis huius diuini poteſtas, tantumque ex eo ſperare poſſumus ac debemus, vt dare viſum cæcis, mortuis vitam, & omnia mirabilia quæ licet imaginari, epitome ſint & nihil reſpectu eius quod huius virtute conſequimur. Quocirca licet Apoſtoli ad eius inuocationem ſtupenda raraque patraſſent miracula: congrue dici poteſt eos nihil effeciſſe in cõparatione eorum

Luc. 10.

X. Et efficacia ad impetrandum.

rum quæ visuri erant & patraturi. Elegantissime Doctor Angelicus. *Hoc nomen est magnum ad timendum, sanctum & venerandum, dulce ad meditandum, copiosum ad miserendum, efficax ad impetrandum, virtuosum ad saluandum, & occultum ad sciendum*, & in effectibus suis incomprehensibile. Percunctatur venerabilis Doctor Ludouicus Granaten. quare cum tot sint Dei nomina soli nomini Iesu fiat reuerentia? Et respondet ex Alensi: demonstrationem hanc externam honoris nomini Iesu exhibitum gratitudinis potissimum ratione fieri ob id quod per ipsum & in ipso tenemur Deo ob sanguinis illius effusionem: quodque illi bonum omne hominis eiusq; commoda adstrinxerit: nec non in eo sit æternæ beatitudinis & gloriæ possessio.

D.Thom. *Isa. 56.*

Serm.1.

In extasim raptus die quodam D.Ioan. & spiritu cælos pertransiens Angelum conspexit, cuius claritate veneranda conuictus se pedibus eius aduoluit: erexit eum continuo Angelus, recusans adorationem. *Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu.* Omnes vnius & eiusdem Domini serui sumus, quinimo tui nos Angeli: ex illo namque tempore quo Deus factus est homo, eis nos ipsos prosternimus qui ferunt eius testimonium hoc nomine Iesu decoratum. Quando pacis fœdera inter dissidentia regna sauciuntur, præsidia tolluntur militaria, communicationes & negotia vtrimque reflorescunt, itinera sunt secura, & transitus vbique liber. Modo capies hoc. *Habentium testimonium Iesu.* Cælum inter & terram dissidium exarserat grauissimum: modo pax floret: & quando de terra transcendit homo in cælum, percunctantur Angeli: Num testimonium defertis nominis Iesu? Vtique: nullus igitur ingressus tibi negatur, patent portæ, liberque vt amico datur accessus.

Apoc 19.

XI. Est testimonium ad cæli ingressum.

Discursui nostro finem imponamus ad honorem & laudem Virginis Mariæ quæ non minimam in hoc festo partem sibi vendicat. Ipsa prima nomen puero imposuit: etenim Iesu nomen ex cuius ore & lingua pronuntiari debebat, nisi ex ore & lingua dulcissima Mariæ idque primo loco? Angelus ei præcipit. *Vocabis nomen eius Iesum.* Mos erat antiquus in populo Dei vt patres nomina filiis imponerent, vt patet in Zacharia patre S.Ioannis Baptistæ. *Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum.* Mater tantum Samsonis qui ceteris expressius Christum præfigurauit (vt fuse probat D. Aug.) illi nomen indidit. In principio retulimus qualiter sponsa sponsi nomen oleo comparet. *Oleum effusum nomen tuum.* Cui concinne alludit Adam Persenen. auctor grauissimus & infert: si filius sit oleum,

XII. Quod Maria Christo imposuit.

Luc.1.

Luc.1.

Serm.107. de temp.

Cant.

oleum ergo mater oliua est: hic enim liquor ex oliua depromitur. Et si mater sit oliua. *Oliua speciosa in campis*: mater erit huius nominis olei. *Si virginem nostram oliuam dixerimus, erit oleum partus eius*: quam Hieremias hoc nomine compellat. *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosum vocauit Dominus nomen tuum*: ex cuius visceribus Deus egressus est, & cuius diuina lingua nomen hoc Iesu pronuntiauit.

Eccli. 24. Adam Persen Mor. Allego. Titelman. Hiere. 11.

Discursus IV. *Inuectiua contra iuratores, abusum iuramenti execrans: in cuius culpæ supplicium Deus volare dicitur, qui ad aliarum castigationem tardus est & longanimis.*

I. Deus cito punit iuratorem.

Diuinæ litteræ Deum proponunt in castigando tardum, passus proferentē longanimes dum pœnas intentat hominum sceleribus commeritas: & quantumuis peccator se eius tradat manibus, recedit, eumque illis liberum absoluit, quasi nulla læsus esset iniuria, & nulla violatus ignominia. Porro cum eo usq; humana crescat temeritas, vt vilifaciat parumq; reuereatur Sanctissimum Dei nomen tot titulis vanerandum: hic Deus aduolat, nullas concedit inducias, procrastinationem non patitur nec sumi vllas sustinet dilationes; sed nec quidem conueniens est ex ore ingrati iuramēti, quādo super caput suū diuinæ iustitiæ sentit flagella.

Argumentum nostrum verbis innitatur oratoris quo contra iurandi consuetudinem antiquitas non audiuit elegantiorem, nec Ecclesia laudauit doctiorem: quandoquidem nullum scripserit sermonem, nullam declamarit homiliam, nullumque tractatum ediderit, in quo fulmina non eiaculetur, sagittas non emittat, lanceas non vibret, & scintillas non depluat, quibus consumat, perdat & exurat iuratores? & quis ille? Numquid D. Chrysostomus? Ille vtique. Locum igitur adducit ex Vate Zacharia quem ita transfert. *Respexi oculis meis & vidi, & ecce inquit falx volans longitudine cubitorum uiginti, & latitudine cubitorum decem & dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Video falcem volantem longitudine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decem: & ingredietur, inquit in domum iurantis nomine meo, & dissoluet in medio, & suffodiet lapides & ligna.* q. d. stragem fecit vniuersalem domumque iurantis funditus euertit. Hunc igitur locum interpretatus D. Chrysost. ait: *Quid tandem est dictum, & qua de causa in loco falcis iurantes sequens pœna videtur?* Falx & quidem alata, quale mysterium? Audite responsum. *Vt vltionē ineuitabilē esse & supplicium euitari non posse videas: ensem enim volantem forsitan aliquis effugere poterit; falcem*

II. Probatur ex Zacharia.

Zacharia 4.

D. Chrys. Ho. 15. ad pop.

cem autem in collum delapsam, & pro funiculo factam, nemo fugere potest. Cum autem & alæ adsint, quæ salutis vlterius spes? Non dicit Propheta vidisse se gladium, cultrum vel machæram, sed falcem ab omni parte constringentem, comprehendentem, & angustiantem, loquens est: *Funiculum* in collo peccatoris, quem velut honoris diuini finē suspendit: tandem pluribus alis instructa erat: qua ratione igitur Deum effugiet iratum & à diuina se tutum reddet iurator indignatione?

Quis hæc audiens non obstupescat ex altera parte cognoscens infinitam Dei misericordiam, quantumque lentus sit ad punitionem? erit igitur rationi congruum illud quibusdam S. Scripturæ locis expendere: quibus lucidius iurantis crimen innotescat, ex pœna qua festine adeo castigatur. *Falcem volantem.* Distinguunt Ecclesiæ Doctores mundi creationem per sex dierum spatia, idque ex sacro Textu colligitur. *Factum est vespere & mane, dies vnus, dies secundus, dies tertius &c.* Mundus autem ille licet ætate iuuenis, ita tamen nequitiis culpisque consenuit, vt illum Deus euertere statuerit, reseruatis tantum octo animis in arca per Noë constructa. Diluuium igitur immittit quo ruptæ cataractæ cæli, & aquæ circumquaque accrescentes, ita vt montium cacumina contegerent, vadis suis inuoluerunt vitam hominum, animalium & auium: durauitque diebus quadraginta diluuium. *Factum est diluuium* (ita S. pagina) *quadraginta diebus super terram, & multiplicatæ sunt aquæ.* Notat subtiliter Oleaster, & sibi confert diuersa duo tempora: creationis mundi vnum, & destructionis eius alterum. Admiratur cur Deus sextiduo hæserit de nihilo visibilem hanc machinam educturus, & quadraginta dies in eius consumit tardatque euersione. Porro quodnam ô Domine, maius est, de nouo creare, ædificare in præsenti, an demoliri? Inter homines saltem (quamuis in Deo idem sit) facilius domus erecta destruitur, quā à fundamentis noua erigatur. Tardet Maiestas tua in eius creatione diebus quadraginta, & sex tantummodo in eius demersione: vel subito & de repente turbo violentus exurgat, qui cuncta consumat: contrarium autem rationem præbet ignoranti, qua de vestra dubitet potentia, velitque eam limitare! Celeberrimi Lusitani responsum audiamus. *Sex diebus cuncta creauerat, quæ quadraginta diebus delet: vt ostendatur quam difficile illi sit peccatores punire.* Non diu hærendum vt respondeamus, nec torquenda sunt multum ingenia: patens etenim est solutio. Dum Deus mundum creat, beneficia confert, iisque

Genes. 1.
III.
Deus tardus ad vindictam.

Genes. 7.

Oleaster ibi.

iisque adeo largus est, vt etiam sexciduum videatur illi sęculum: nec desunt Doctores asserentes mundum vnico tantum die creatum; verum castigaturus, quadraginta dies reputat paucos, & velut is qui non libenter aliquid agit, illud differt de die in diem: ita Deus furiosas diutius suspendit aquas ne mundum demergerent. Ne velociter ita curratis, mandat ipsis: hodie cooperite terram, ad palmum vnum accrescite, cras alterum: & ita vsque ad quadragesimum diem, quo significet quam inuoluntarie castiget, pœnasque infligat.

Genes.7.

Prosequitur hoc D. Gregor. & versum psalmi 7. opportune explicat, in quo contra peccatores & peccata describitur Deus totus armatus, arcum incuruans extendens brachium, vibrans sagittas: vt autem tanto violentius eas explodat, attende qualiter illum armis accingat Propheta regius. *Arcum suum tetendit & parauit illum: & in eo parauit vasa mortis, sagittas ardentibus effecit.* Sed quando iam ictum audire verebamur, & vulnus à sagittis inflictum: alium addit versiculum, in quo sermonem variat, qui nullum habeat cum præterito cōnexionem. *Ecce parturijt iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Peccator culpas concepit, & peperit iniquitates. Quomodo ergo nunc rigorem diuinæ subticet iustitiæ, nec offensæ meminit bonitatis, nec emissas commemorat sagittas? Indubie nobis insinuat quam lente puniat, nec ad hoc manus habeat: quandoquidem ictum inflicturus viribus sit elumbis, & quasi à clementia sua factus impotens. Et vt Dauid vidit Deum quasi pœnarum oblitum, ita quoque eius quod dixerat obliuiscitur. Placent mihi verba D. Gregorij. *Ecce cum Domini narraret iustitiam, quasi mutata voce, repente peccatoris intulit culpam.* Et cum dixit culpam & peccatorem, sagittam noluit euibrare: quia Deus in hoc omnem fugit velocitatem & puniendi festinationem: in condonando autem eam admittit, & ostendit sollicitudinem.

IV. Talis describitur à Dauid. *Psal.7.*

Oleaster ibi.

D GREGOR. *Hom.7.in Ezech.*

Dum Moyses dux exercitus legiones Israel deducit ad terram promissionis, finibus tandem appropinquat Amalec, præmittit cursores, & vrbanos Regi destinat legatos, transitum per Regnum eius liberum sibi dari postulantes: plena fide promittentes recta se via transituros, nō ad latus deflecturos, nulli incolarum molestiam allaturos, panem quinimo & aquam pecunia se comparaturos. Rex autem parum humanus aciem dirigit, & transitum illis contra legem omnem & rationem impediturus. Facinus illud barbarum Deum grauiter offendit: quocirca Moysi præcipit: *Scribe hoc ob monumentum*

Exo.17.

in libro, & trade auribus Iosue; delebo enim memoriam Amalec de sub cælo; & tempori seruetur opportuno. Quis Deo finis quo ita seuere casum hunc velit manere scriptum: qua ratione cadere potest in Deum obliuio? qua scribitur intentione? Notate, inquit Oleaster: quamuis enim Deus similibus non indigeat memorialibus: porro expedit ita fieri, vt benigna eius pateat natura, & hanc aperte manifestat, cùm de se loquatur quasi de obliuioso: vt nouerimus quod in materia punitionis, si fieri posset, obliuisceretur: tot enim remoratur annis, vt memoria requiratur æterna, memoria inquam diuina, qua supplicij pœnæque recordetur. Libenter Oleastrum audio. *Præ se fert obliuiosum, vt libro & scriptura sit opus ad memorandum: vt nobis ostendat quam inuitus puniat, & quam lento gradu.*

V. Et obliuiosum se criminum ostendit.

Oleaster ibi.

Hinc colligo quam graue sit iurandi crimen, ad quod nec se cohibet Deus, nec arcum tendit, nec in libro scribit, sed continuo castigaturus accurrit. Et hoc manifeste patet prout nonnulli curiose adnotarunt, quod nulli pręcepto Decalogi pœna apponatur nisi soli huic: *Non iurabis.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: festa eius sanctifica: Non occidas &c. Sed in secundo ait: Non assumes nomen Dei tui in vanum: cui statim supplicium intentatur. *Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* Quæro igitur cur huius præcepti potius quam aliorum transgressioni pœna imponatur? huic respondit supra D. Chrys. *Vt ineuitabilem* &c. Deo ministrat alas quibus citius adiurantis volet interitum.

VI. Soli vano iuramento pœna apponitur.

Exo. 20.

In Passione Christi notandum occurrit, quod licet milites audirent Ecclesiæ Principem diuersis vicibus Dominum suum nosse se negantem: *Nescio quid dicis: Non noui hominem*: nihilominus instãter vrgent: *Tu ex discipulus eius es*: socius illi, & classis eius frequentator. Tandem cum vlterius non posset: *Cœpit anathematizare & iurare: quia non noui hominem.* Cui statim fidem adhibent, liberum dimittũt, nec vlterius quidquã interrogant. Quæ ratio? Sit hæc: cum enim eum non nisi simplici verbo negantẽ audiunt, non illi credunt: sed anathematizãti fidem adhibent. Abeat, veritatem enim dicere eum oportet: qui nãque talibus vtitur iuramẽtis, fieri nequit, vt Dominum hunc agnoscat, aut eius sit discipulus; in pœnam autem tanti criminis, qua percutiendus erat, è contra Christus illum intuetur: cuius oculus sagitta fuit cor eius peruadens; vt enim tunc tẽpus illi non erat puniendi sed miserãdi, hanc illi voluit impertiri misericordiam, & quidem statim D. Petro: qua diuinæ

Matth.26. Luc.22.

VII. Petro non crediturnisi iuranti.

Exo. 20.

Matth. 26.
Luc. 22.
VII.
etio non
redituru nisi
iuranti.

uinæ suæ iustitiæ seueritatem mature preueniret.

Interea temporis milites Præsidis manus suas sacrilegas innocentis agni cruore polluunt, aitque Euangelista: *Exuerunt eum vestimentis suis, & clamydem coccineam circumdederunt ei.* Clamydem hanc interpretatur Caieta. *Vestem militarem*: insigne militis. Factum audiuimus, inquiramus mysterium. Christum vestibus induere militaribus, dum periuriis impetitur, & propriis exuitur vestibus quid hoc aliud indicat, quam quod iurator Deum ipsum naturali sibi exuat benignitate, & vt militem induat, manibus eius tradens gladium, vt ad supplicium properet: tales quippe sibi vitam adimunt, & proprij sui supplicij sunt executores. Aures arrigamus D. Chrysost. omnia complectenti. Descendit in arenam paruus opilio Dauid ad monomachiam contra gigantem Goliath, blasphemiis merito puniendis insanientem contra Deum Israel, eiusdē conuellentem potentiam, arrogantiæ suæ parum esse cēsendo nisi & ipsum cælum irritaret. *Et maledexit Philisthæus Dauid in dijs suis.* Duplici ære contectus, tot thoracibus armatus: hunc aggreditur Dauid quinque tantum lapidibus quos de limpido collegit torrente: *Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente.* Deoque confidens ait illi: *Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te.* Adolescentem impetis, lancea, gladio, clypeo armisque præmunitus: ego autem me fortem iudico & ostento victoriosum in Deo exercituum: cuius nomen sacrilegis lacerasti contumeliis: & quāuis armis adeo disparibus, ex mea parte lapidibus, ex tua vero, tanto bellico apparatu, temerarium tamen & arrogans caput tibi resecabo: *Auferam caput tuum a te.*

Matth. 27.
VIII.
Et iurans Christum sua benignitate exuit.

1. Reg. 17.

IX.
Dauid Goliath blasphemum propriis armis occidit.

Siste gradum & linguam ô Dauid: tuus enim loquendi modus non modicam mihi parit difficultatem, dum te caput illi prædicis amputaturum. Si vitam illi ampturum minateris: satis hoc caperem: lapis etenim tanto brachiorum motu vibrari potest ictusque ita dextere dirigi, vt intentioni respondeat effectus: porro quomodo caput illi demeres? Si gladiū tecum deferres vel machæram: optime proposito conueniret: sed lapide, quomodo fiet istud? Attendite (mouet Græciæ sol D. Chrysost.) ferum illud monstrum: nec enim diuinum illud nomē sordida sua pronuntiat lingua, debita illi reuerentia, & honore iure diuino tam sublimi titulo conuenienti: quare non opus mihi

mihi ēst gladio quo caput ab humeris eius auferam : ille ipse mihi suum tradet gladium, vt illi caput rescindam, & arma sua (licet inuitus) manibus meis consignabit : nec necesse habeo, illa mutuo petere, quærere, vel pro illis excurrere, in hoc diligentiam tempusque terens. Quis non libenter auscultet D. Chrysost. hæc inter se opponentem: *Tu venis ad me &c.*? ait igitur: *Tu venis ad me fidens in gladio: ego in Deo. Tu terrenis dimicas: ego cælestibus pugno. Tu in lancea: ego in fide, Tu in clypeo: ego in prece. Tu venis ad me in armorum virtute: ego in potentissimo genitore.* Notemus nunc quid sequatur argumento conueniens. *Denique in te tua arma vertentur, in te tuus gladius exeretur: Dei est enim hæc pugna: Dei erit & ipsa victoria.* Quid plura? tibi præsagus affirmo: quod illæ ipsæ tuæ vires & arma quæ vt me debelles latus tuum cingunt, meas armabunt manus, quibus superbum caput tibi tollam : vir enim maledicens Deo exercituum in seipsum hæc arma conuertit. Absit vt in campum descendam armatus, sed his inermis modo prodeo : tua igitur mihi famulabuntur, quibus breuissimo tempore virum blasphemum & iuratorem interficiam.

D. Chrys. *Hom. de Dauid.*

4. *Reg.* 18.

Alium produco casum in alio non minus blasphemo buccinatore propria experientia punito. Copias suas militares adducit Sennacherib Dux Assyriorum generalis & corona cingit vrbem Hierusalem, in quo Deus sibi templum elegerat: hanc grauissima premit potentia & numero militum obsidet quam plurimo: solium in ea Rex habebat pijssimus Ezechias. Redundant SS. litteræ, tam in l. 4. Reg. quam in Propheta Isaia horrendis illis blasphemiis quas impijssimus ille Dux contra Deum, eiusque templum conuitiator euomuit: quocirca Rex Ezechias in oratione quam Deo obtulit, ita precatur: *Audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem*: q. d. Audi, quæso Domine, impia verba omnia quibus Sennacherib sacrilege & irreuerenter tuam proscindit omnipotētiam : quandoquidē iuramento confirmet vires suas, brachium suum ac potentiam diuinæ tuæ omnipotentiæ tantorum mirabilium effectrici, & copiosorum exercituum debellatrici, qualia ab egressu Israel de Ægypto facta nouimus, longius anteferri. Modo videamus quam velox aduolet Deus similia puniturus crimina : ecce patet exemplum: nec enim hominibus fidit supplicium iudicans tardum illud futurum, sed celerem mittit Angelum, spiritum velocem, qui pœnas sumat sceleri tanto condignas, vna quippe nocte centum octoginta quinque millia interfecit Assyriorū. Quæro cur noluit vt aliās factum

X. Sennacherib non ab homine sed ab Angelo punitur.

Isa. 36.

factum legimus, vt populus suus Israel ad pugnam exiret, bellaturus exiguis copijs & debellaturus tantam aduersariorum multitudinem? Prodeant licet solummodo trecenti milites, vt sub Duce Gedeone contra Madiam contigit, quo prælio dextera Dei exaltata & glorificata floruit. Vel prout admiramur illustres Machabæos, qui paruo suorum numero numerosas hostium legiones profligarunt. Iam respondimus. Tempus hic noluit attendere, nec pati dilationes: blasphemi namque iurantis pœna tamdiu non differtur, in promptu est supplicium: moram homines traherent in componendo apparatu bellico: veniant veloces Angeli, celeres substantiæ, non hæreant, festinent: Deus enim alatus venit, & falcem video volantem. *Falcem volantem.*

Indic. 7.

XI. Nominis Iesu tituli.

Hinc addiscat diuini nominis impius iurator, accrescat in pectore eius metus, timore percellatur: etenim inopinato, dum voluptatibus indulget, vitam illi replebit amaritudinibus, eiusque perpetuo recordabitur quo Deum hic offendit. Sibi proponat (docente D. Chrysost.) caput illud quo inter natos mulierum, nullum eminentius: Baptistę loquor, ob emissum inaduertenter iuramentum, indigne decollatum. *Vocem emittens: Odio habete ingulatorem meum iuramentum.* Nostræ concionis epilogus sint verba præclara D. Thomæ. *Est nomen illud in corde retinendum, & in ore habendum, in aure seruandum, in manu ferendum, in fronte scribendum. In corde quia gaudium: in ore quia iubilus: in aure quia melos: in manu quia virtus: in fronte quia honor* quia gratia, quia gloria. Amen.

D. CHRYS. *Ho. 14. ad pop.*

D. THOM. *Serm. de Circumcis. de Euange.*

CONCIO

CONCIO TERTIA
DE ADORATIONE REGVM ET EPIPH. DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Ecce Magi ab Oriente &c. Matth. 2.

SALVTATIO.

Solemne festũ, magna festiuitas hodie nobis illuxit, si sententiam sequamur Magni illius tum scientia, tum dignitate Leonis Pontificis: reliquas excedit solemnitates, omnimodis magna est secumque trahit magnificos Magorum apparatus. *Merito dies iste manifestatione Domini consecratus, specialem in toto mundo obtinuit dignitatem:* in qua Christus incognitus se reuelat, Deus se manifestat: & quemadmodum natus est homo ad hominum salutem, hominibus esse noluit occultus. *Qui nobis nasci voluit, noluit ignorari*: ait D.Pet.Chrysol. Disputat Orige. contra hæreticos asserentes ex astrorum influxibus homines ad Christianam Religionem inclinari: stulte & impie stellis attribuentes quod soli diuinæ liberalitati est referendum: ita ipse. *Iam quidam existimant* (& inter illos Porphyrius hæreticus) *ex astrorum cursibus Christianos fieri*: quod hodie certo quodam modo perfectum cernimus: quandoquidem stella quæ in remotioribus Orientis partibus se Regibus manifestet, alium illis Orientem reuelans, ex acumine D. Petr. Chrysol. *Ab Oriente ad Orientem veniunt Magi*; & Gentiles in Christianos conuertat. Festiuitas est stellarum & splendorum, quæ Prædicatorem Euangelicum excæcat, qui subiecti celsitudine fateatur se superari. Quamuis dum cælestem Reginam cerno in nubem conuersam quæ flammeos solis iustitiæ radios attemperat, & dum ipse sol immensam suam clarita-

D.Leo Serm.de Epiph.

D.P.Chr. Serm.160.

Orig.Ho.3. in Hierem.

claritatem oculis accommodat humanis, sperem hoc medio idem consequi, ac de virgineis eius manibus, throno fontis gratiarum gratiam impetrare. *Aue Maria.*

Discursus I. *Abiecta nostra in Christi Natiuitate tantam assecuta sunt dignitatem, vt iam omnes eius humilia obliuioni tradantur: & ita extollantur, vt omissis tam cito cunis, infantia, præsepi Saluatoris Christum nobis hodie describat Ecclesia vt supremum gloriæ Regem, quē terræ principes eius causâ prono pectore adorant.*

Orig. Ho. 5. in Hierem.

SOllicitus hæret & merito factum ad miratur D. Bernard. dum enim suprema Dei maiestas brachium extendit, & dexteram suam glorificat (hoc quippe fuit Verbum carnem fieri) ita tamen se humiliet, & occultet, vt soli oculi fidei, lynceo quorum visui nullæ sunt cortinæ, seu tenebræ cōtemplentur eum & agnoscant. Inhæret autem pastorum aduentui (vt hinc nostrorum Regum aduentum explicemus): de his ita D. Lucas. *Venerunt festinantes & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem positum in præsepio.* Quam primum ab Angelis læta nuntia percipiunt Verbo Dei incarnato & nato; relictis ouibus quibus præerant, nullâ interpositâ morâ festinantes aduolant illum adoraturi: *Et inuenerunt &c.* Præsepe illis ara erat in qua illi animas suas litant in sacrificium. Quærit igitur D. Bern. *Quid est quod sola ab Angelo commendari videtur humilitas, nec tamen sola à pastoribus inuenitur?* Infantis tantum meminit, cunarum & præsepis: dicat eum Omnipotentem, fortem & excelsum: hæc enim eius dignitas videtur humiliari terminorum adeo breuium vilitate. Respondet primò: vt enim Angeli confirmati sunt in gratia propter suam humilitatem, corruentibus ob superbiam Apostatis obstinatis, exinde de Deo loquentes non nisi humilitatem referunt. *Forte specialius commendat Angelus humilitatem: quia ruentibus cæteris per superbiam, ipse in humilitate stetisset.* Secundo hæc addit. *Propterea certe cælitus commendatur humilitas: quod hæc quasi propria virtus diuinæ exhibenda sit Maiestati.* Congruentius dicitur quod propterea Angelus maximum Dei opus annuntians, & in quo potentiam suam ad summum extendit, eius enarret abiectionem & humilitatem: cum propria sit ei hæc virtus, & quæ certo modo diuina extollat attributa & perfectiones prædicet. Idcirco, subuertit D. Bern. solum inuenitur præsepe Christi

Luc. 2.

I. Cur ab Angelo tantum Christi humilia referantur.

D. Bern. Serm 4 in Natiuit.

Ioan. de Mata de festis Dom.

 sed

ſed cui ſocij adſtent Maria & Ioſeph: Maria omnium puriſſima & humillima: Ioſeph iuſtorum problema: cum talis ſit antonomaſtice: & iuſtitia definitur quæ cuique ſuum tribuit. Similiter Ioſeph denotat augmentum: & hæc omnia ſignificant quod ſi Ioſeph augmentũ & iuſtitia Chriſtum comitetur in præſepi illum adorans, nihil aliud hic denotetur, quam quod Chriſto hoc in loco omnis debeatur honor, & conceptus quem ſuprema eius dignitas expoſtulat: hic enim omnes demerguntur abiectiones, nec vllus ſupereſt titulus quo tredecim dierum infans nominetur quam Rex, qua tantâ gloriâ omnis eius occultaretur humilitas. Loquatur D. Bern. *Sola tamen non potuit inueniri humilitas: quia ſemper gratia datur humilibus. Inuenerunt ergo Mariã & Ioſeph & infantem poſitum in præſepio. Sicut enim Saluatoris infantia manifeſtam prætendit humilitatem, ſic per virginem continentia, iuſtitia per Ioſeph virum iuſtum, cuius laus eſt in Euangelio, non incongrue deſignatur.* Quaſi clarius diceret: ratio poſtulat ô Domine vt in throno tuæ Maieſtatis imperiali Seraphinis circumdato te mundus agnoſcat, & non minus præſepio: hoc enim ſedes eſt tanto, quanto ille, honore venerabilis: iure tibi competit, vt in hoc humili ſolio nec atomum quidem tuæ perdas dignitatis: quod ſi te in illo reuereantur Angeli, ſimiliter & hic erunt vt dependentes gemmarum ramuſculi, paleiſque inſerti.

II. In quibus tamen maxime glorificatur.

Huic argumento verbis præclaris ac myſticis inhæret D. Leo Papa: iudicauit enim Reges tanta luce in anima ſua perfuſos, qua in humili hac natiuitate Dei cognoſcerent celſitudinem, vt cenſent (niſi poſſibili repugnaret) illos in eius cognitione retroceſſuros, ſi humilem illum non vidiſſent. *Cum tres Magos ad adorandum Ieſum noui ſideris claritas duxiſſet: non eum imperantem dæmonibus, non mortuos ſuſcitantem, non cæcis viſum, non claudis greſſum aut mutis eloquium reformantem vel in aliqua diuinarum virtutum actione viderunt: ſed puerum ſilentem, quietum & ſub matris ſollicitudine conſtitutum, in quo nullum quidem apparet de poteſtate ſignum, ſed magnum præbetur de humilitate miraculum.* Diſcedunt Deum inueſtigaturi. Reges palatia ſua aulaſque deſerunt & ſuperni luminis ductu properant illum adoraturi: porro illum non inueniunt imperantem dæmonibus &c. ſed puerum ſilentem cum ipſum ſit Verbum Patris, nullis diuinitatis effulgẽtem indicijs imo potius humanitatis nube occultiſſimum. *In quo nullum apparet de poteſtate ſignum.*

D. Leo. *Serm 6. de Epipha.*

III. Magi adorant non miracula facientem ſed humilem.

Nota

Hæc ſententia ardua mihi videtur: etenim in operibus ſuis

Chri-

Chriſtus Dominus licet humanam proderet infirmitatem, diuinam tamen non omittebat reuelare virtutem. Peruolet intellectus noſter omne vitæ illius curriculum: ſi namque hinc ſubiectũ illum noſtris conſpiciat pœnalitatibus, non ita tamen illis ſolis, quin aliquid in hoc homine de diuinitate radiaret; ſãguinẽ circũciſus effundit, vt homo: ſed nomen accipit Saluatoris, diuinitatis effectũ. Si deſerta colens permittat vt fames corporis inimica & diabolus aduerſarius animæ illum impugnent: vincit illam & hunc proſternit: & ita cętera perpendere licet myſteria. Si hoc igitur fuerit Redemptoris intentũ, vt eum homines vt hominẽ ita Deũ crederent: qua veritate dicit D. Leo quod natus nullum omnipotentię ſuæ & celſitudinis dare voluerit argumentum? *Nullum* &c. Quid in hoc ſibi propoſuit? Audite qualiter Doctor hic egregius dubio ſatisfaciat, noſtrum ſatians deſiderium per illud quod mox ſubiungit. *Tota enim victoria Saluatoris, quâ & diabolum ſuperauit & mundum, humilitate eſt cõcepta, humilitate eſt confecta.* Verebatur forte Deus ne mortalẽ intelligerent quod in humilitate vileſceret eius gloria: quocirca in actione ſua omnium potentiſſima, qua ſe ſic redemit mundum, atque in principijs in quibus ſe viſibilem oſtentat, nimirum dum naſcitur: interfecit & affigit velut armorum ſcutum profundiſſimam ſuã humilitatem.

IV. Vnde niſi humilem vidiſſent, forte non adoraſſent.

Itaque (noſtro modo) vt opinor permittit vt Magi ſi viderent illũ miracula exterius patrantem Deo propria, ab eius reſilerent adoratione: vt enim præclariſſima eius trophæa innitebantur humilitati, cum hoc eſſet illuſtriſſimũ, ita conſequenter debebat eſſe ſublimiſſimũ: vnde Angeli ex viſione diuinitatis glorioſi, non aſſertiue de illo niſi velut de humili loquuntur, nec eum Primates alia figura conſpiciunt: humilitas etenim hæc ita dignitatum eius aurum exornat: vt ſine illa perfecte quis eſſet non iudicaret. Deniq; ſi humilitas humana victoriis eius finem dederit glorioſum, nõ eum inueniunt cadauera ſuſcitantem, non cęcos oculos aperientẽ; Magis enim ſuſcitat, aperit oculos, Magis deuincit, eum humilẽ cernunt Deum, quam ſolum Deũ. Idcirco teſtatur D. Leo quod regias attracturus perſonas ad præſepe ſuum, illos perturbaret, ſi ſe ſolum Deum, nec humilem oſtentaret hominem. Videant illũ humanum: paruulus etenim infans, nec ſuam demittit celſitudinem, nec ſuæ derogat Maieſtati, imo potius ſibi mutuo in ipſo correſpondent: ita vt præſepis, pannorum & cunarũ obliuiſcatur: & dũ ita quærunt eum, nõ ore eum talẽ depromũt, ſed lingua eorum hoc proferebat, quod illis Spir. S. dictauerat: nimirũ vt Regẽ eũ omnium

nium supremũ inscriberent. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?*

V. Et Herodes vltatem eũ timet tanquam superiorem.

Lucem aliam infundat lux Ecclesiæ D. August. Qui timet, se viribus prodit inferiorem ei quem timet: qui latebras quærit, aduersarium fugit, vel proditorie & abiecte vitam illi tollere intendit: hic signum dat pusillanimitatis, & propriam arguit socordiam. Christus igitur salus nostra mundum ingreditur, quẽ D. Aug. sua consideratione comitatur. Videamus quis statim oriatur effectus? Timet Herodes, & audito tantum eius nomine conturbatur. *Turbatus est Herodes &c.* Aciem gladij exacuere tenerasque tantorum infantium ceruices demetere: in quorum singulis ex intentione Deum occidebat: signa sunt hæc pauoris metusque indicia. Hic D. Aug. binos producit in campũ pugnatores: vnum in Hierusalem, duabus hinc leucis, in Bethlehem alterum. Hierosolymis Regem, in Bethlehem puerum: armatum illum, hunc nudum: in solio suo Herodem, in suo præsepi Christum: Herodem caterua militari cinctum, Saluatorem autem spelunca aperta munitum, arma eius lachrymæ sunt, quibus stramina velut argento vermiculat. Notate, quis quem timeat? Herodes infantulum; si igitur ex loco illo & inermis potentissimum euincat Monarcham, victoria hæc tenellæ adscribatur ætati: hæc enim est quæ triumphos obtinet, hæc quæ dignitates extollit, hæc quæ lauream assequitur. Fateantur omnes humilem & puerum tanta fulgere maiestate splendidum, tantaque potestate magnificum: vt nullus in terra eum in hac humilitate non timeat vt superiorem. Illationem hanc ore suo proferat D. August. *Nascente ergo Domino conturbatur Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Quid mirum si pietate nascente perturbetur impietas?* Præmissum dictumque erat: Deus nascitur puer, Deus iacet in præsepio: quę nam hinc sequi poterat magis immediata consequentia, quam turbatus Rex impius illum cognoscit superiorem? Non illum verebatur in cælo suo regnantem, non Herodem Dei gloria perturbabat: turbat tamen eum humilitas eius vileque pręsepiũ. Statim extollit illud quod ita latebat absconditum. Cantet illi epiphonema mater Ecclesia, vocetur que in sua pueritia Rex. Prosequitur D. August. *Ecce iacentem in præsepio pertimescit armatus, contremiscit humilem Rex superbus, obuolutum pannis metuit purpuratus.* Panniculi, iustitiæ, & præsepe bellica sunt instrumenta quibus orbem sibi subijcit, & quibus auctoritatem sibi conciliat; conuenienter igitur infert D. August. ex illo antecedente. *Nascente Domino*: timent illum eique se humiles sub-

D. AVGVST. Serm. 9. de Sanctis.

Luc. 1.

Genes 32.

V. Cur nomen Gabrielis hic exprimatur.

Matth. 2.

submittunt. *Nascente ergo Domino.*

In legatione illa quam SS. Trinitas misit per Archangelum Gabrielem cælesti Reginæ Mariæ, electæ iam in filiam, Matrem & sponsam, multi substiterunt, quærentes cur nomen legati proferatur? *Missus est Angelus Gabrielem*: quandoquidem in aliis occasionibus nec ipsi Angeli quos adeo familiares habuit Abraham, Lot, & Iacob nominentur, imo huic vltimo Patriarchæ quærenti nomen eius, satis grauiter responderit: *Cur quaris nomen meum quod est mirabile?* Instemus amplius; in lege gratiæ quando Rex Angelorem hominem induit, & cælestes illi spiritus hominibus familiariores fuerunt & viciniores, aduertimus nihilominus quod dum cælum quietum reddidit Ioseph, ac plenius instruxit circa sponsæ suæ ac virginis prægnantem vterum, ex quo non minima turbabatur sollicitudine, dicit Euangelista: *Apparuit ei Angelus*, nec quis ille esset, aperuit. Idem facit, & silentio subticet cum secessum in Ægyptum & ab ea regressum enarrat? & hoc quidem in somnis quasi verecundaretur quod aperte plane eum videret vir tanta sanctitate conspicuus, imo ipsos puritate antecellens. Quare igitur in Incarnatione scribitur quis fuerit? Patet responsio. Quæro: numquid annuntiaturus venit Deum hominem & humilem? Vtique: tantum igitur abest vt propter hoc vel minimum perdat, vt etiam in hac occasione, & non in alia dicendum sit quis ille fuerit legatus, eiusque inscriptio: *Fortitudo Dei:* etenim in hac assumpta humilitate tantus ostenditur, vt alias omnes gloriosas antecedat demonstrationes. Hic non confunditur Angelus: quinimo ex eo quod nominetur, auctoritatem sibi conciliat: dicatur igitur quis fuerit: *Missus est Angelus Gabriel.*

Luc. 1.

Avgvst. Serm. 9. de Sanctis.

Genes 32.

V. Cur nomen Gabrielis hic exprimatur.

Matth. 2.

O mysterij magnitudinem! (exclamat Archiep. S. Proculus) *miracula video & diuinitatem prædico.* O dignitatem omnem cæli celsitudinem superexcedentem! Considero Dei mirabilia in creaturis suis, cælum hoc asteris intertextum, imo nouum hodie creatur: terram attendo tanta plantarum pulchritudine & varietate decoratam: porro notandum, quod si diuinam hic agnosco magnitudinem, vlterius audebo dicere: *Cerno passiones & humanitatem non nego.* Christi contemplor natiuitatem, eius humilitatem & abiectionem, vt eius non diffiteor humanitatem, imo hominem esse confiteor. Siste calamũ ô Doctor sanctissime; quinimo ex ijs quæ in Christo consideras, oportet vt eum humanum esse fatearis: etenim lachrymæ, præsepe, frigus, omnia hæc clara

S. Proc. Ser. de Natiuit.

VI. Quomodo cognoscatur Christum esse hominem.

 sunt

ſunt humanitatis indicia: qua igitur ratione dicis, multum ſatis eſſe inter tam manifeſta humanitatis argumenta, hominem eum agnoſcere & confiteri? Miramini Doctoris ingenium. Ita ex altatæ ſunt miſeriæ noſtræ, quia Deo in puero hoc copulantur, vt ab humanitate videantur quaſi alienæ, ſintque adeo glorioſæ, ac ſi ibi non niſi diuinitas, & gloria radiaret: & ita illam eo modo confiteor: nihilominus hic humanitatem eſſe ſemper credidero. *Humanitatem non nego.* Et ſi quid hâc mihi mouere poſſet cogitationem, hoc vnum foret, quod Deum videam hominẽ, & in hoc homine victorias ſuas oſtentantem illuſtriſſimas. *Humanitatem non nego &c.*

VII. Eo fine D. Ioannes hic veri hominis circumſtantias narrat.

Sigillum imponat & finem diſcurſui D. Thom. Operatus eſt Christus celebre illud & ſtupendum plane miraculum reſuſcitationem ſc. Lazari mortui quatriduani: diſtincte refert illud D. Ioan. & particulares ſcribit ex parte Redemptoris noſtri circũſtantias: ex tenero affectu fremitum, lachrymas amoris erga amicum indices. *Infremuit ſpiritu, lachrymatus eſt.* Percunctatur D. Tho. cur præ cæteris D. Ioan. miraculum hoc exarauerit, vbi tot ſunt indicia ex quibus inferri poteſt Saluatoris humanitas: nimirum turbatio, planctus, ſuſpiria, lachrymæ. Eſto luconicus, calamum ſuſpende, ſufficiat tibi narrare omnipotentiam quam in mirando adeo prodigio teſtatus eſt. Nequaquam ſcribatur quod Saluatoris videtur derogare grauitati, & minuere magnitudinem. Reſpondet D. Tho. hoc ea factũ eſt intentione vt omnibus eſſet manifeſtum, quod Deus licet eſſet immenſus, verus tamen homo eſſet, quod probatum voluit argumentis illis & humanis propaſſionibus. *Studioſe autẽ Euangeliſta frequenter dicit, quod lachrymatus eſt, & quod infremuit: quia in futuro oſtenſurus erat ſuæ diuinitatis poteſtatem. Ne ergo dubites de veritate humanitatis, infirmiora noſtræ naturæ de Christo aſſerit.* Cui ſtatim egregium addit conceptum, quo comprehendi, quidquid dici poteſt. Locuturus erat D. Ioannes de Chriſti diuinitate, quo nemo ſublimius: quod patet in illo: *In principio*, quo principium ſuo dedit Euangelio: qui igitur cæteris extenſius ſcripturus erat diuinam Chriſti naturam: hic minutim eius deſcribat lachrymas, & humilitates, quatenus ſit omnibus in propatulo, quod ſi diuinitati eius ſplendor aliquis poſſet deficere, hic ex Chriſti humilitate illi ſuppleretur. *Sicut Ioannes cæteris Euangeliſtis expreſſius diuinam naturam & poteſtatem oſtendit: ita etiam quædam infirmiora de eo loquitur: ſicut quod lachrymatus eſt, quod infremuit & huiuſmodi, quæ maxime affectum in Chriſto demonſtrant humana*

Ioan. 11.

D. Thom. 11. Ioan. lect. 6.

humanæ naturæ. Non est igitur cur miremur ab Euangelista proponi nobis Regem puerum, & illum ab Ecclesia magnum adeo & excelsum celebrari, vt omnes terræ Reges diuinis eius pedibus diademata sua prosternant: vt subtiliter vnico verbo proloquitur D. Maximus: *Vnigenitus autem Altissimi sic humiliter ingressus est mundum vt indubitata diuinitatis suæ deferret indicia.* In demissione & humilitate titulos defert Excelsi, Monarchæ, Regis. *Vbi est qui natus est Rex?*

D. Max. Ho. 1. de Epiphan.

D. Thom. 11. Ioan. lect. 6.

Discursus II. *Horum Regum aduentu confunditur populi Hebraici ingratitudo, qui diuinis muneribus adeo deuinctus pedes tamen non habuit quibus eum quæreret: sæpe namque illi sunt ingratiores, qui Deum clarius agnoscunt.*

Singulari elegantia confert D. Maximus Episc. Taurin. antiquam illam columnam quâ præuia Deus populum Israel deduxit per deserta & longissimos viarum anfractus: & cum columna esset, firmitatis & immobilitatis symbolũ: ita tamen pari gradu cũ populo procedebat, vt hic non pedẽ moueret, nisi illa prius se mouisset Erat populi dux ex cuius aspectu vel tentoria erigebant. vel erectis iam iterum destructis legiones procedebãt. Cum autem beneficium hoc esset adeo singulare, quothoris enim illam intuebantur, nec noctibus nec diebus se subducebat: erat enim per diẽ vt nubes illes obumbrans & ardentissimos temperans solis ardores: per noctẽ vero vt ignis lucẽs, qui tenebras pariter & frigus depellebat: attamen tam exiguæ fuit potentiæ ex culpa Israel, non ex suo ministerio, vt numquam Deo vero in veritate seruierint: quinimo singulis momentis in turpissimam lapsi sint idololatriam, diuinum cultum falsis Diis offerentes. Hanc (inquam) comparat D. Maximus mysticæ huic stellæ, & nouiter creatæ: eo etenim momento quo Reges illam conspiciunt, nõ se cohibent, imo purpuram exuunt, longum adeo iter intrepidi arripiunt, sciscitãtur Hierosolymis, vbi Herodes imperabat, omnipotens exercituũ Deus vbinam esset, quem Hebræi tanta luce non vident, in quem Reges tam exiguo radio collustrati credunt, & à remotis accedentes regionibus Israeliticum populum sua fide confundunt. *Ecce fratres* (ait D. Max.) *ad quærendum Regem Regum vna Chaldæos stella pertraxit; Iudaicum vero populum ad obedientiam Dei sui nec ignea quondam potuit columna conuertere.* Et quid obstupescimus ab vna columna confundi illos & reprehendi (quan-

Exo. 14.

I. Columna nubis Iudæorum

confundit negligentiam.

D. Max. Ho. 1. de Epipha.

(quandoquidem existente Domino ad portas illorum, non se moueant) cum illa creata sit vt immobilis consistat, illi vero vt leues proficiscantur: & tamen volet, ipsi vero in obstinatione sua consistant immobiles. *Nec sane quemquam moueat tanta hæc perfidia Iudæorum, quod Christum illos suscipere, neque noui stella fulgoris, nec parturiens virgo compulerit: qui nec tunc quidem Deo credidere suo, cum illos per arentia deserta, illos comitante Deo, cælum pasceret, petra potaret.*

Isa. 60.

Audiamus vatem Euangelicum huic veritati clarissimum perhibentem testimonium. *Surge illuminare Hierusalem: quia gloria Domini super te orta est.* Quibus verbis hodiernum explicat mysterium: vnde Ecclesia locum hunc pro Epistola assumit. Proponit igitur mundo congratulationes & Hierusalem hortatur vt de lecto somni sui vigil assurgat, oculos aperiat, lucemque cernat immensam: quod ita D. Hieron. interpretatur. *O Ecclesia surge in fidelibus, quæ cecidisti in credulis: surge in Ecclesijs, quæ cecidisti in Synagogis.* Et continuò Reges & Hebræos attente contemplatur, illos feruentes, hos autem adeo socordes, & ait: *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* In aduentu tuo, ô Messia sanctissime, apparebant filij & filiæ, sed hoc discrimine: filij tui de remotis accurrét regionibus, filiæ autem tuæ de latere tuo, nec pedem vnum promouentes. Si D. Hieronym. consulam, quosnam appellet filios, quasnam vero filias: notanda hac respondebit distinctione. *Nos sumus filij, qui de longe venimus ad Dominum, peregrini quondam à testamento Domini, & promissionis eius spem non habentes, & tanquam sine Deo in hoc mundo.* Filij sumus Gentiles, qui adeo elongati viuebamus à vera cognitione veri Dei, statuas adorantes. Filiæ sunt populus Iudaicus. Nam & ingratitudo filiarum, & obedientia filiorum hac similitudine cognoscetur, qua communiter hoc explicatur: hanc ergo proferamus.

D. Hiero. ibi.

II. Quare Gentiles dicti sunt filij & Iudæi filiæ.

Deut. 7. Matth. 15.

III. Illi Christum quærunt hi negligunt.

D. Max. Serm. 5 de Epiph.

Genuit pater filium & filiam: filiam diligenter custodit, illi thesaurizat, illi blanditur, gemmas confert & monilia, Zelatorem agit eius pudicitiæ: & dum paternæ maxime deuincitur solicitudine, laribus paternis excedit illa, eius quem diligit, consortio fruitura, stirpem suam dedecore commaculans, patrique tristem accelerans senectutem. Filius cum iam adoleuerit durius excipitur. Quid hic agis? In Flandriā proficiscere miles Regi seruiturus; vade sorori tuæ matrimonij dotem lucraturus, hinc te abripe: & commune est prouerbium: qui patriam mutat, huic fauet Deus seu armis seu litteris: auctoritate crescit, honoribus augetur, & veteres

veteres suos alit progenitores: quando filia illos infamiâ suâ lachrymis sepultos obruit. O Israel filia Dei, tibi cælum aperitur, tibi Manna seruatur, tibi deliciæ consecrantur, lex, sacrificium: seueritas, rigor, filiis Gentilibus. *Non inibis cum eis fœdus.* Chananæam seuerius vtpote Gentilem Christus excipit. Apostolis inter alia hoc iniungit: *In viam gentium ne abieritis.* Descendit ergo Dominus in mundum, quem cum filia vicina Hierusalem sperneret, accurrunt filij Reges à longinquis terris illum adoraturi. Conceptus hic patrem agnoscit D. Maximum. *Nato enim Christo exultabat Chaldæa & tota cum suis Principibus Hierusalem torquebatur. Insectabatur Iudæus, Magus adorabat. Herodes acuebat gladium. Chaldæus munera præparabat.* Vnico verbo dicamus. Eodem tempore dona prȩparat Rex Orientis & dissitus Deo puero, & incipit Herodes gladiũ stringere puerum interfecturus: & loco ac fide remotiores in filios conuertuntur obedientiæ: & viciniores in filias degenerant ingratissimas. Hoc est *Filij tui de longe venient* &c. Quod particularius adhuc explicatur iuxta D. Hieron. nam vix vnquam sancti Patriarchæ & antiqui Patres filias procrearunt; solus Iacob filiam genuit Dinam, quæ parentem notissimo sacris litteris cunctisque periculo exposuit. *Non nisi perrarò legitur filias genuisse. Solus Salphad qui in peccatis mortuus omnes filias genuit, & Iacob inter duodecim Patriarchas vnius filiæ pater est, & ob ipsam periclitatur.* Idem grauiter expendit Orige. his verbis. *Denique inuenies etiam Sanctos quibus fidele adeo testimonium datur, difficile filias sed filios genuisse. Abraham non genuit filias, Isaac nec ipse quidem: solus Iacob vnã genuit, & ipsam parentibus ac fratribus grauẽ.*

Deut. 7.
Matth. 15.

III. Illi Christum quærunt hi negligunt.

D. Max. Serm. 5 de Epiph.

D. Hier. in Eccle 6, 23

Orige. Ho 11 in Nume.

Ingeniose explicat D. Ambros. Christi verba dicta Nazarenis; erat autem Nazareth Mariȩ Matris suæ patria, vbi & ipse quoq; testante D. Luca fuerat nutritus. *Venit Nazareth vbi erat nutritus.* Quærebantur illi conciues quod locis alijs ac ciuitatibus adeo frequentia magnaque faceret miracula: à patria vero sua misericordiæ ac potẽtiæ suæ manum auarus retraheret; quos ita conuicit. *In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel &c. Et multi leprosi erant in Israel sub Helisæo Propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.* Quando fames illa grauissima & alimentorũ inopia populum Dei ob peccata sua seuerius angebat, mittitur Elias ad viduam Sareptanam, vrbem Sidoniæ Gentilem educandus. Multos vidit leprosos ætas illa Vatis Elisæi, quorum tamen nullus, si Naaman Syrum excipias, concupit ac potitus est corporis munditie: & hic

Luc. 4.

IV. Qua de causa in Nazareth nulla facit miracula.

3. Reg. 7.

hic quidem Idololatra ac Gentilis. Adest igitur D. Ambr. cumque asseruisset, *Non dormientibus diuina beneficia, sed vigilantibus deferri*: socordibus negari, sed concedi feruentibus: statim percunctatur, quid causæ fuerit, cur Elisæus ex conciuibus neminem mundauerit, cum exteri de manibus eius remedium ac medicinam leti perceperint? O vates piissime: charitatis ordo viciniores respicit & familiares: hoc primũ eius est studium: à quo si declinet, virtus illa suprema arguitur inordinata, quæ velut omnium Regina, dirigit omnes & gubernat. Primo tuis auxiliare, sunt enim tibi viciniores: & deinde misericordiæ tuæ fontes foras deriuentur in extraneos. Porro notandum hic quod illos qui Deum non agnoscunt, ipsos agnoscas factus eorum liberalior benefactor. Nemo Prophetam arguat (monet D. Ambros.): etenim quantum in se erat pronus erat vt suis benefaceret, si ipsi ex se nullum posuissent obicem: nec enim vel pedem mouent, aut vllam adhibent diligentiam beneficia recepturi. De Syria proficiscitur Naaman quid miraris si mundus à lepra reuertatur: illi vero à suis non curentur infirmitatibus? eorum hoc imputa acediæ. Dona non merentur, donorum vilipensores. Verba do vobis Antistitis Mediolanensis. *Cur igitur non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat Propheta consortes cum sanaret alienos, sanaret eos qui obseruantiam legis & religionis consortiũ non habebant; nisi, quia voluntatis est medicina, non gentis, & diuinum munus votis eligitur, non naturæ iure defertur. Disce Christiane rogare quod cupias impetrare, fastidiosos viros cælestium profectus munerum non sequuntur.* Deus beneficia collaturus non populum sed voluntatem intuetur non naturæ considerat propinquitatem sed affectum deuotum, & festinam remunerat diligentiam. Si quidquam impetrare contendis, roga, prouoca, insta: ne tibi persuaseris quod complicatis manibus, & nõ apertis fenestris sorte sit illuminaturus: vtque noueris sæpe numero propinquiores Deo pei res esse, sanat Propheta Naamã, nõ alios, reuelat se Saluator filiis de longinquo, non filiabus de propinquo, Magis, non populo Iudæorum. hoc significant verba hæc: *Filij tui de longe venient &c.*

D. Ambr. l.4. in Luc.

O præclarum D. Maximi conceptum: vnico verbo omnia comprehendit: *Ecce Christum qui non habent, habere volunt & inuenire contendunt; Iudæus Deum suum refugit, paganus inquirit, quod proximus non agnoscit, alienus intelligit*: qui propheiis eius instruuntur, nec cogitant quidem videre illum: exhorret illum Hebræus, amat Paganus, qui pro-

D. Maxim. Ho. 4 de Epipha.

Nota

V. Trahitur ad mores.

propinquus illi viuit, secedit, qui remotus moratur, accurrit. Pudeat te ô popule ingrate, pudeat quoque te ô Christiane: nã quantò proximior ardenti huic ades calori, ignique flammanti, tantò soles esse frigidior. Ex hac communi doctrina aliam educit D. Chryso. Sacerdotibus & Ecclesiasticis opportunam, quos Deus singulari vinculo sibi sociauit, cuius verba latine tantum referam, studiosis relinquens tantis satisfacere obligationibus: quia hæc norint & intelligant: reliqua dixit Christus Pharisæis qui se iustos esse gloriabantur. *Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei*: ad quæ verba sic D. Chrysost. *Et vere magna est confusio Sacerdotum & omnium Clericorum, quando Laici inueniuntur fideliores ac iustiores.* &c.

D. CHRYS. Ho 40. in Imperf. Matth.

Ioan. 1.

Rupertus notat in S. Eloquio rem notatu dignam. Prologum suum incipit Ionas hoc modo: *Et factum est verbum Domini ad Ionam.* Perpende Aduerbium illud, *Et*, quod præcessisse aliquid insinuat, cui sequens historia connectitur: & non ita est, cum sit primum huius Prophetæ verbum: & quicumque Grammaticæ studuerit, modumque nouerit loquendi, sistet in illo. *Mirentur fortasse Grammatici quod per coniunctionem sic incipit: Et factum est, cum de littera nihil præcesserit.* Audite respõsum. Varios Deus Prophetas populo suo miserat, nec tamen obdurati spem dabãt morum emendationis: erant hi Elias, Helisæus, Ezechiel & alij: mortuo Helisæo destinat Gentibus Ionam prædicatorem: quatenus pateret quod minoribus miraculis & prædicationibus ad meliora respirarent. Dũ igitur exorditur ab, *Et*, sensus est: missio Prophetæ huius ad populum Gentilem ex eo prodit, quod Deus Israeli præstitit, cui Gentiles ob oculos ponit, vt ex eis rubore cõfundantur: hi namque tam facile, tamque paucis verberibus mitescunt: illi vero strictius obligati nec tantis tamq; periculosis verberibus à vitæ suæ prauitate resipiscunt. Proficiscatur igitur Ionas: *Quatenus in cõparatione Gentium damnabilis Israel amplius ostenderetur.* Vt omnibus constet: quod cum aliqui prope sint & alij longe distent: illi manus complicent & recedant: hi vero propius accedant.

Rupert. in Reg. 1. & in Ionam.

4. Reg. 14.

VI. Gentiles citius quam Iudæi conuertuntur.

Locum Isaiæ satis obscurum elucidemus proposito cõuenientem. Pater æternus filium suum alloquitur. *Mamilla Regum lactaberis.* Tanta futura est temporalis Natiuitatis tuæ gloria, ingressusque in mundum adeo magnificus, vt te Reges sint nutrituri, & Principes brachiis suis te constricturi: Concedamus quod ad litteram loquatur de Cyro Rege Persarum, atque ex eo transeat & alludit ad id quo

Isai. 60.

VII. Quorum mamilla lactatur.

hodie Magi ex Oriente nostro præstant Saluatori. Adfert igitur Lyranus historiam conceptui conformem, quam etiam alij historiographi describunt. Somnium habuit Astyages Medorum Persarumque Rex: quod de visceribus filiæ suæ vitis fructifera prodiret quæ palmites suos longelateque extenderet & totam occuparet Asiã. Aruspices suos & diuinos consuluit, & diuinando scopum attigerunt, nimirum significari filiam suam Principem parituram potentissimum, qui facinoribus suis egregiis obliuionem induceret reliquis omnibus Antecessorum. Conatus est stultus Astyages liuore stimulatus cælestem inuertere ordinẽ; quocirca natum nepotem, quem Cyrum appellarunt, priuato alicui nutriendũ tradidit suo familiari, vt puerulo interfecto metus omnis illi tolleretur, ne in Monarchiã heres succederet. Infantem igitur vir nobilis in montem trãstulit, & puero misertus & innoxium dolens sanguinem effundi, auo multo clementior, illum deseruit in terra proiectum quasi morti expositum, nullum aliud illi nocumentum adferens. Prouidit Dei sapientia, vt canis pastorum circa partes illas in casulis agentium, catulos suos enixa, quotidie procurreret vbera illi porrectura: donec tandem Pastor hoc aduertens, infantem suscepit, & educauit, qui illustris adeo euasit qualem nobis S. Pagina describit.

VIII. Historia de educatione *Cyri.*

Christus in purissimis Matris suæ purissimæ visceribus conclusus vitis est hæc pulcherrima & fertilissima. *Ego sum vitis vera:* etenim *Extendit palmites suos vsque ad mare* &c. Contendit Herodes patriæ illius Rex & velut pater Synagogæ palmitem hanc exscindere, quem dum ipse & ipsa crudelius persequũtur, prouocat Deus canes (hoc quippe nomine Gentiles veniunt & ipsa mulier Chananæa: *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus*) Reges etenim Gentiles eum recognoscunt, adorant & demulcent: *Mamilla Regum lactaberis.* Rupertus imprecatione illa Iob: *Obscurentur stellæ caligine eius* per quas populum illum denotat Iudæorum. Abrahæ dictum est: *Suspice cælum & numera stellas si potes: sic erit semen tuum.* Et illas vidit D. Ioannes à dracone de cælo demitti: cum enim fulgere deberẽt & ardere in Dei cognitione, non sistunt obscurati: & hodie hoc ita incipiunt, vt etiã illi vitam aufferunt Deicidæ. Loquatur Rupert. *Tales profecto Iudæi fuere, qui, cũ putarentur scripturarum lucẽ habere seque arbitrarentur stellas esse secũdũ promessionẽ quæ facta est ad Abraham, dicendo: Suspice cælum & numera stellas si potes: sic erit semen tuum: cauda Draconis antiqui colligati tracti sunt in terram.*

Ioan. 14. Psal 73. IX. Christo applicatur. Matth. 15. Iob. 3. Genes. 15. Rupert. in operibus Sancti & de sapientia. l. 2 c. 7.

Ecce

Ecce Magi ab Oriente.

Discursus III. *Reiectio & ruinâ veteris Synagogæ, vocatio est nouæ Ecclesiæ: hoc Deus in more habet, non permittere casum vnius, nisi alterum in locum eius substituat.*

DEficiunt omnes exaggerationes, errant omnes hyperboles, nec vlla potest viuens explicare desiderium quo diuinũ ardet pectus, ne quis illi pereat: porro quando hoc amore motus omnem adhibet diligentiam, hęc tamen ex parte ingrati alicuius suo frustratur effectu, hanc esse oportet vel iam sustinendo vel erigendo alterum. Conceptus fuit insignis Ruperti: particulare namque notat mysterium in tribus Patriarchis illis Abraham Isaac & Iacob, amicis Dei fidelissimis quoad nominum eorum impositionem & mutationem: ordo plane diuersus: etenim Patriarchæ Abræ additur vna littera, & deinceps vocatur Abraham; Isaac integrum manet prout in Circumcisione acceperat; porro Iacob totum mutatur, & Israel amodo dicitur. *Nequaquam vltra vocaberis Jacob, sed Jsrael erit nomen tuum.* Ecce qualiter dubium proponat. *Prætereundum non est, non vniformem esse positionem vocabuli sine appellationis in his tribus patribus nostris: Abraham, Isaac & Israel. Aliter namque Abraham, aliter Iacob, atque aliter Israel Deus ipse nuncupauit. Abraham tantummodo adiũxit: nomen Isaac totum antequam nasceretur immutabiliter posuit: nomen Israel totum pro toto nomine Iacob computauit atque commutauit.* Nomini Abræ tantum aliquid addidit: nomen Isaac Angelus imposuit, nec mutationem sensit: Iacob autem in Israel permutauit. Perpende (mouet Rupertus) Abraham figuram gessisse patremque fuisse Hebræorum: Iacob Gentilium: *Abraham anterioris, Iacob figuram posterioris tenuit populi. Medium autem Isaac, Christi, qui vtrumque populum in seipso velut duos parietes coniunxit lapis angularis.*

I. Abrahæ Isaac & Iocob mutatio quid notet.

Genes. 17.

Genes. 32.

Rupert l. 8. *in Gen. c.* 14.

Populus ergo Hebræus quandoquidem quia iam credebat in Christum in cuius fide & spe venturi iustificabatur: *In fide Christi venturi*, vt Theologi docent, non alio indigebat quã vt illi hæc cognitio per eius aduentum augeretur & perficeretur: ita progenitori eius vna littera additur. Populo Gentilium quem Iacob præfigurat totum tollatur nomẽ indaturque nouum: quia Iacob aliud nouum accepit nomen: quando namque hic cadit, pro more habet Deus, alium attollere. *His animaduertis, promptum iam est intellectui, quam recte nomen Abraham vna tantum syllaba adauctum: Iacob autem in Israel*

nomen si omnino permutatum: quia videlicet anterior populus Hebræorum, qui ex fide Patrum iustificabatur quidem, sed arcebatur tamen à Paradisi ingressu, vno tantum augmento indigebat, vt in Christo perficeretur; posterior autem gentium populus inchoationem pariter & perfectionem vitæ vel iustitiæ, de Christi sumpsit aduentu. Hinc meum depromo conceptum. Si hodie Synagoga Christum deserat, deque manibus eius corruat: nemo timeat quod diutius manus eius videat inanes nec vllum eis comprehensum, nempe Gentiles stellæ fideli inspirationi obtéperantes. Quo fit (loquamur ita) vt Deus dolorem quem ex ruina casuque Hebræorum, nec non de ingrata eorum notaque auersione posset concipere ex ardenti feruentiq; igne attemperet quem in Gentilium cordibus ardere sibi gratulatur.

VII. Deficiente Synagoga colligitur Gentilitas.

D. Basil. Magnus historiam refert quadraginta Martyrum, de quorum numero cùm vnus frigoris impatiens in proximum tepefactum balneum desilijsset, ianitor qui eorum custos adstabat, vidit Angelum de cælis descendentem ac triginta nomen deferentem coronas omni auro gemmisque pretiosiores: & cum non nisi triginta nouem essent decertantes, immutauit illi Deus cor aliud, & tactus intrinsecus, reiectis, vestibus se illis quadragesimum adiunxit, alta voce clamitans: *Christianus sum.* Hæret hic D. Basil. nam eodem momento quo vecors ille animi de stadio egrediebatur, in locum eius & coronam intrauit alter, & quod amplius mireris, cum prius ipse Christiani nominis esset persecutor. Attende Domine illum esse inimicum notissimum, ne cor eius emollias, in finali moriatur inpœnitentia & pereat: coronentur triginta nouem fortissimi milites: vt quid opus miraculo adeo repentino & insolito ad vnius animæ conuersionem? quid tanti refert vt plures sint vel pauciores? O insigne mysterium! Plurimum hoc Deo referebat, vt homines plenius instruantur: qui tanto illos amore prosequitur, vt vel vnum nollet perire, at si vel vnus pereat nullam admittit consolationem nisi aliũ erigat & in lapsi subroget locum. Exemplum statuit in Iuda & Mathia: erat ille Apostata, hic sedem eius occupat, ne dicatur quod ita hominem deserat, vt vacuum eius locum non impleat. Quocirca quot ex vna parte corruunt, tot ex altera Dei subleuat misericordia: nam in istis occasionibus clementiam suam impendit. Placet audire D. Basilium elegantissima hoc comparatione declarantẽ ex eo quod in prœliis contingit: legiones enim ita stricte sibi vniuntur & adhærent

D. BASIL. *Ho. 20. in Martyres.*

Luc. 1.

rent, vt hostis viam per illas non inveniat, qua confringat illas & disperdat: verum si quando glande vel sagitta quis corruit, ilico subintrat alius locum eius occupaturus. Ita Deus se habet in militia Christiana, si concidat, moriatur, dormiat, & vincatur ille: statim excitat, attollit animat, & resuscitat alium. *Eos imitando qui in acie prima, vbi forte aliquis ceciderit, statim ordini alium restituunt ac subrogant, ne proximi incommodum patiantur.* Etenim in domo Dei & Ecclesia æquum non est cladem inueniri, quin augmentum maius adsit & emolumentum.

D. Basil. Ho. 20. in 40 Martyres.

Ingreditur Zacharias Sacerdos templum Deo sacrificaturus: descendit Angelus læta deferens noua, non illi soli, sed toti mundo ex nascituro illi filio Ioanne Baptista Christi prænuntio. In dubium hoc vertit: quomodo? In ætate plane senili: dum ego & vxor naturæ iam sumus mortui, promittitur mihi semen, & successio? Replicat Angelus, atque in pœnam incredulitatis affatum illi eripit vsque in diem natiuitatis Ioannis: *Et ecce eris tacens & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis quæ implebuntur in tempore suo.* Sistamus hic: cum enim respondere debeat pœna culpæ, & delicto supplicium, cur loquelæ priuatione Sacerdos punitur? Brachium illi exarescat, vt factum est Hieroboam dum illud extendit Prophetam comprehensurus. Oculorum lumen perdat fiatque cæcus vt postmodum Elymas magus, hoc illi infligente D. Paulo. Grauis opprimat illum infirmitas, qualis olim Antiochum Regem: quid plura? plures sunt & diuersæ pœnæ: cur hac potius quam alia punitur? Ex ministerio sumitur & officio D. Ioannis: erat autem hic vox diuina: *Ego vox clamantis in deserto.* Et quando ad huius vocis promissionem, lingua nulla est, nulla gratitudinis verba, imo omnia contraria: in verbis his luat, pœnaque linguam apprehendat, & nisi ad vocem talis filij credat, & illum promittenti, cælesti nimirum Principi, non loquatur ille. Verumtamen alia proposito meo ratio arridet. Ita deus desiderat vt in eo cognoscant, id de quo modo disputo, vt infinita sua sapientia prævidens quod Zachariam silentio esset puniturus, prius voluerit illi filium dare, qui esset ipsa vox: vt constet, quod nedum nunquam cadat aliquis, quin & alium subleuet, sed etiam sæpe anticipet ad instructionem nostram & consolationem: q. d. linguam illi aufero, sed vocem illi reddo, vnde bene illi compensatur: & in hoc mihi complaceo, neminem mihi posse

Luc. 1.

3 Reg. 13.

Act. 13.

1. Mach. 1. 9.

Ioan. 1.

posse obiicere, quod aliquem rigorose punierim, quin alium beneficiis affecerim: hæc enim mea diuina est conditio.

In celebri illa parabola, qua Saluator noster suam manistauit diligentiam & nostram tarditatem, humanam socordiam & Dei sollicitudinem, sub comparatione Patrisfamilias opiparam instruentis cœnam, ad quam venire friuolis rationibus conuiuæ recusarunt. Vnus dixit: *Villam emi:* Ille: *Iuga boum emi quinque:* alius. *Vxorem duxi &c.* Cum igitur insulsam horum ferre non posset inurbanitatem, seruum aduocat, eique præcipit vt festinus excurrat. *Exi cito in plateas & vicos &c.* Quærat & adducat conuiuas ad mensam ne deliciæ eius intereant, & magnificus ille perdatur apparatus. Caieta. factum hoc expendit, nec miratur Deum aduocantem conuiuas, cum talis sit, qualis est, nec illos similiter cœnam recusantes, cum hebetes essent & inurbani: sed huic insistit, quod illos non venientes aduertens horam non attendat, qua quærantur alij, sed lentos nimis ac acediosos sciens homines, veloces mittat Angelos: nam hi intelliguntur: *Per Angelicum ministerium.* Quid hoc Domine, si prius ita lentus eras, vt attenderis tempus illos invitandi, eorum responsum, & legati reditũ: vt quid modo tam festinus? *Exi cito.* Lente progrediatur, cur tanta properatio, illam illi sociando qua spiritus pollet Angelicus? Hæreat: quid refert! Audiamus Cardinalem egregie respondentem. *Intra gremium Ecclesiæ subrogari iubet alios.* Ratio est: quod inuitati non acceptando conuiuium ab eius se subtraxerant obedientia, & à gremio Ecclesiæ diminutus erat numerus: nec cor eius moram patitur quin alii gratiores deliciis eius perfruuntur: & vsque dum stupido determinatam cognoscit illorum voluntatem, hæret, expectat, differt, dissimulat, suffert, & lente progreditur: vt autem illam intellexit: non hæret, sed totus anxius desiderat videre sedes mensæ repletas, ad latus suum fideles, qui infidelium suppleant locum illum deserentium; & hoc indicat, dum Angelo præcipiens ipsis ventorum pennis velociori, velocitatem addit velocitati, atque ex vigilantia eius & solicitudine col igitur solicitudo qua tenetur *Exi cito.*

Luc. 14.

Caiet. ibi. Nota.

III. Et languente vno milite alius à Deo subrogatur.

Ex multis rationibus quas adfert D. P. Chrysol. cur Christus fines Iudææ deseruerit, terminos ingressus Tyri & Sidonis, terræ nimirum Gentilium, vbi mulier occurrit illi Chananæa: hæc vna arridet: quia recordatus facti promissi Abrahæ, quod ex semine eius humanam assumeret naturam, & iam impleti, cui tamen adeo ingratus erat populus Hebraicus ad quem spectabat: cum iam

Matth. 15.

iam ex iustitia teneretur eos deserere, à propria mouetur misericordia, vt Gentiles quærat, quibus suam impertiat. Arrident mihi verba Auctoris. *Promissionis suæ memor Christus Israelitici populi primum venerat ad salutem: vt quod Abrahæ promiserat, & semini eius, David eiusque posteris, fidele redderet persolutum; sed quia indignos se sua perfidia præstiterūt, obtinuit, rapuit traxit fides Gentium, quod infidelitas spreuit & perdidit Iudæorum.* Emphasim notate verborum. Promisit Deus & compleuit, & cum gratus ei deberet esse qui beneficium acceperat, ingratus extitit, traxit illum ad iustitiam Hebræus, & per portas misericordiæ Gentilis intrauit: optima fuit hæc Christo occasio, ab eo discedendi quē volebat punire, illi obuius factus cui faueret, & nisi respectu hoc moueretur, non egrederetur.

D. Petrvs Chrysol. Serm 100.

IV. Ingrato Iudæo succedit Gentilis.

D. Maximus hoc eleganter expressit in subtilissimis suis conceptibus. Dum Saluator noster de cauernis assurgit mortis victor & triumphator, vectes eius dirumpens & catenas, vidimus milites custodes sepulchri pauore consternatos in terram corruisse vt mortuos, qua hora ipse surrexit. Non prætereamus hanc præuentionem & diligentiam, qua suæ prælusit resurrectioni. Sed cui hæc intentioni? Prodeat Redemptor noster, non pauiant illi: quænam est inter vtrumque connexio? Multa equidem: si namque cadat hic, aliquem oportet resurgere. Illi præ timore vt mortui censentur. *Præ timore autē eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Igitur hoc tibi certo constet eodem momento alium viuum resurrecturum. Quis ille? Christus. Attestetur hoc ipse Maxim. *Dignum plane indicium, si cum iustus resurgit, peccator emoritur: cum reuiuiscit, innocens, eius interficitur inimicus.* Non aliud agere consueuit Deus, & quando non alia forent clariora & eminentiora resurrectionis Saluatoris indicia: illud securum erat & certum, quod corruentibus illis, ipse rediuiuus assurgeret & gloriosus.

V. Dum custodes corruunt vt mortui Christus resurgit.

Matth. 28.

D. Max. Ho 3. de Resurrect.

Loquamur cum ingrata Synagoga, atque ab ipsa ad te ô anima transgrediemur non minus ingratam. Proditoria semper & fœdifraga ipsa Deo extitit, quam nec eius beneficia, nec Sacramenta, nec cæremoniæ, nec lex, nec miracula permouere potuerunt; de qua veridice dixit D. Chrysost. similis erat mulieri perfidæ & adulteræ, quam maritus detinet, custodit, includit, nihil tamen proficit: quid enim aliud indicabat, quod Iudæos vna concluserit Prouincia, vno templo in Hierusalem, vnoque constrinxerat Climate & loco? Et percunctatur: *Sed operæ pretium est fratres discere, quam ob causam Deus populum [illegible] loco & climate circum.*

D. Chrys. In psal. 95. Cantate Domino.

cumscripserit? Resp *Verum quoniã populus ille segnis erat & incredulus, vt facile Gentiũ abominationibus seductus, sese submitteret, vno loco septus est, quo posset solus apud se exercere pietatis legem. Idem facit frequenter & maritorum hominũ quisque quoties vxorem habet suspectã, & circumscribit illam vno loco &c.*

Et hinc infero vt discas & timeas, ô anima, quod Deus te non indigeat: quando namque illi periura deficeres, non deerit alius, quem accipiat in locum tuum, atque ex cuius lucro ruinæ tuæ obliuiscatur, & consolationem accipiat: vt subtiliter notat D. August. illud expendens, quod eo ipso tempore, quo Herodes tanto innocentiũ sanguine Deicidium intentat, quos vt Christum interimeret crudeli nece trucidauit, mandat Ioseph vt cũ Matre & filio secedat in Ægyptum: q.d. Me deseris ô Herodes, & persequeris: ego quoque te desero; à me te separasti: ego similiter à te me separabo: mea est terræ plenitudo & orbis: quod si cogites te mihi opus esse, falleris: alios quippe tui loco inueniam ad pectoris mei lenimentum. Augustinum profero *Parante autem Herode paruulis necem, Ioseph per Angelum admonetur vt Christum Dominum nostrum in Ægyptum transferat.* Viue sollicitus & anxius, time, & cum tremore salutem tuam operare, sequere D. Pauli consilium. *Cum metu & tremore salutem vestram operamini.* Nam idcirco Hierosolymis stella disparet, quasi vrbs illa à Deo desereretur & obcæcaretur, apparet autem Magis velut fidelibus & obedientibus.

D.Avgvs. Serm. 10 de Innocent.

Philip. 2.

Discursus IV. *Stella lucem suã Hierosolymis retrahit, vbi præsidebant legis Magistri: vt Ecclesiæ Doctores consulantur, & per ipsos omnis doctrinæ cum Concilijs. Sanctisque Doctoribus conformentur.*

IN hoc discursu præsidium erigam ad expugnandos errores, quando tot nouæ doctrinæ & reuelationes audiuntur: quarũ prima & infallibilis debet esse regula, ea quę est SS. Doctorum, Conciliorum, & Ecclesiæ Catholicæ ac Romanæ Magistrorum: est enim hæc columna & firmamentum veritatis. Fundabo autem illud in eo quod hodie conspicimus: cum enim stella ducatum præstitisset Magis vsque in Hierusalem, quasi in se nullos inueniens radios, vbi sol lucebat Cathedræ & doctrinæ, lumen suum abscõdit, & secedit. Ad cuius cõfirmationem aduertendũ omnes errores quoscumque mũdus abominatus est, originem suam traxisse ex eo quod homines arrogantes & superbi magistrum respuerint, superiorem abnegarint nec obedientiam præstiterint, intellectum suum captiuando, & sub-

I. Stella cur se subtraxerit.

subiiciẽdo alteri, qui proprius nõ sit exiguus & cæcus. Inchoet D. Gregor. modum seu medium expendens quo Deus populo suo legis mandata in Monte. Sinai præscripsit: *Descendit autem Dominus in igne &c. Totusque mons Sinai fumabat, eo quod descenderet ad eum Dominus in igne, eratque mons terribilis.* De terra commotiones, tonitrua & fulgura in illa aeris regione, fumus & scintillæ. Huic inhæreo: nam licet, materialis fumus officiat oculis, hic tamen nostros aperiet.

Exo. 19.

Quâ ratione igitur ô Domine in fumo appares: bene quidem si ignis tantum esset: talis enim es: *Deus noster ignis consumens est*, & optime naturæ tuæ conueniret, cum elementum sit maxime actiuum, sublime, efficax & forte. Splendor tantum appareat, & flammæ luceant clarissimæ: vt quid tenebræ, caligo, densus fumus, cuius obscuritas & tenebricosus apparatus tuæ in tãtum repugnant dignitati? Notandum cũ D. Gregorio, quod tali schemate Deus adsit legem daturus & instructurus populum de dogmatibus Catholicis, & ceremoniis ad cultum suique veneratione spectantibus. Et ne temerarie hæc capite suo scrutetur, sed fidẽ certam adhibeat, eo quod Deus sit hæc reuelans & postmodum per Ecclesiæ suæ præceptores: appareant hi nube fumoque circumfusi, quo visus obtenebratur: quia illum in hoc articulo habere non debemus. Explicet hoc verbis suis Moralis Doctor. *Hinc est enim quod legem daturus Dominus in igne fumoque descendit: quia & humiles per claritatem suæ ostensionis illuminat, & superborum oculos per caligine erroris obscurat.* Adducat ignem lucentem, adducat & fumum obscurum: ignis humilibus seruiet demissis, nam cum claritate illum percipiunt: fumus superbis, quibus se abscondit: nec eum Deo placent intellectus curiosi, sed voluntates ad obediendum inflammatæ.

Deuter. 4.
II.
Ideo Deus apparet in fumo & igne.

D. Greg. l. 6. Mor. c. 27.

Inuictus Christi Martyr & Doctor Irenæus hæresium & hæreticorum culter apposite refert id quod in exordio mundi, & recenter efformatis parentibus nostris Deus præcepit, quando liberũ illis concedens vsum omnium florũ, herbarum, arborum, fructuumq; Paradisi, substitit, & excepit, ad obedientiæ exercitium vnicam arborem scientiæ boni ac mali: de illa quippe non vescentes, bona viderent possibilia; præcepti vero transgressores miserias incurrerent inexplicabiles. *De omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Incipit D. Irenæ. & diuina plane proprietate vocat Ecclesiam paradisum, delicias & recreationem secundi & cælestis Adam: nam aduentui suo illam plantauit sibique elegit in palatium. Terminus hic secundus

Genes. 2.
III.
Et omnibus interdicitur arbor

ſcientiæ boni & mali.
1. Cor. 15.

Adam, ſumitur ex Apoſtolo: *Secundus homo de cælo cæleſtis.* Per arborem ſcientiæ cognitionē intelliget Catholicarum veritatum, aſſertionem ſcientiarum, & ſpiritus cognitionem. Ad hanc præcipit, ne homo particularis curioſus accedat, nec ex ea veſcatur, nec velit proprio niſus ingenio dare interpretationem quæ illius imaginationi occurreret: ſed potius accurrat cum humilitate ad Dominum paradiſi: nam non otioſe de Christo dicitur in Euangelio: *Aperiens os ſuū.* Quid ergo D. Iren.? *Plantatus eſt enim Eccleſia Paradiſus in hoc mūdo. De omni ergo ligno Paradiſi mādu-cabis, ait ſpiritus Dei, id eſt de omni ſcriptura Dominica manducate: ſuperelato autem ſenſu ne manducaueritis, neque tetigeritis.* In nullo caſu permittitur vt à communi ſenſu deuians quæras pro ſpirituali alimento (quod animæ eſt doctrina) ea quæ intelliguntur non eſſe conformia & repugnare doctrinæ Sanctorū & Doctorū.

Matth 5.
D. IREN. l. 5. aduer. hære. c. 20.

Arduus ſemper extitit mihi locus ille Scripturæ, in quo S. Pagina referens heroica Dauidis facinora, prœlia quæ geſſit, legiones hoſtium profligatas, deuictos exercitus, obtentas victorias, tandē ad pacis tempora perueniens ita illum deſcribit: *Dauid ſapientiſſimus Princeps ſedens inter tres in Cathedra.* Si bellicoſus fuerit, non minus ſapiens extitit, litteris arma ſociauit, illaque ſęcula eum tanta promotum doctrina cognouerunt vt cathedras regeret & in ſcholis diſcipulis prælegeret: *Sedens in Cathedra.* Difficile, inquā mihi hoc eſt: dum enim publice & aperte ſubditis ſuis in Hieruſalem ſeu alio loco prælegeret, quis eum ſedentem conſpexit in Cathedra? Nam quamuis in ſecretis cæleſtibus adeo verſatus eſſet, vt dicere potuerit: *Incerta & occulta ſapientia tua manifeſtaſti mihi:* Sed ſedens in Cathedra, quando hoc vel quomodo contigit? Num forte cathedram appellat citharam, ad cuius ſuauiſſimas harmonias futura celebrabat Dei & hominis præclara ſtratagemata? Delectat me apud Rupertum lucem reſponſi mei clareſcere. Perpendit enim quod cum tanta dixiſſet de eius ſapientia in ſuperlatiuo gradu: *Sapientiſſimus*: ſtatim adiungat velut huius conſequentiam: *Ipſe enim quaſi tenerrimus ligni vermiculus.* Velut tinea quæ in ligno progignitur. Siſte calamum ô Sanctiſſime hiſtoriographe: vermem appellas vnctum Regem? Monarcham adeo ſublimem? Principem & Dominum potentiſſimum? Ratio eſt: cum eum tanta de doctrina eius retuliſſet; quatenus omnibus conſtaret: quod ſi multa ſciuerit: hoc illi ex multa venerit ſua humilitate, & quia diuinis inſtructionibus aurem præbuerit attentiſſimam: & vt vno verbo complectar: quia vermicu-

2. Reg. 23.

IV. Ideo Dauid ſapientiſſimus quia humillimus.

Pſal. 50.

culus fuit, inde in tantam excreuit scientiam. Optime sequitur post, *Sapientissimus*, illud, *vermiculus*. Censuram suam adferat Abbas Tuitiensis: *Qui propter humilitatem accepit vt caneret & scriberet verba sapientiæ & veritatis*: q. d. Ad mensuram qua Deus illi Sacramenta reuelabat, ipse se Dauid humiliabat: quapropter sancte vereque exultans dicere potuit se multa valde intelligere, quandoquidem in illo gradu se humiliauerit.

Rupert. l. in Cant.

Insuper latius excurrere possumus ex loco citato D. Irenæi, quā ex hoc: si ibi namque dicitur: quod superbus homo de arbore illa sibi vetita comedere voluerit: *de ligno scientiæ &c.*: eodem termino loquitur hic de Dauid: *Ligni vermiculus*: cum humilitate; atque idcirco Adam conuersus est in animal brutum, quia inordinate & independenter à Deo scire voluit plura quam expediebat; & Dauid conuersus est in Angelum: quia intellectum suum Deo substrauit, cui hoc gratissimum est. Extollit hoc argumentum D. Aug. Enarrat Propheta magnifica Dei opera in creatione cæli & formatione terræ, & concludit: quid plura ô Domine? *Omnia in sapientia fecisti*, & ipsa cooperante. q. d. iuxta mentem D. August. In Christo filio tuo *in quo*, loquente D. Paulo, *sunt omnes thesauri sapientiæ &c.* Modo consideremus (inquit D. Aug.) qualiter Pater contemplaretur filium, dum omnia crearet? An in paterno pectore magnificum? An luminibus & splendoribus diuinis relucentem? Nequaquam: sed in vmbris humilitatis: in quas cõiectis oculis: *Omnia in sapientia fecisti: ergo omnia in Christo fecisti. Ille contemptus, ille expalmatus, ille consputus, ille spinis coronatus, ille crucifixus: omnia in illo fecisti.* In Christo, si humilem consideraueris, tota consistit Dei sapientia: atque hinc non obscure deducitur: quod si scientia maritetur humilitati: vir humilitate demissior & Deo submissior, erit & in diuinis instructior: qui vero arrogantia tumidus per se voluerit omnem cognoscere veritatē, ab ea ieiunus exarescet. Quocirca stella se subducit lucemque suam occultat: clarior enim effulget in Hierusalem, nempe in Scripturis, Doctoribus & legis Magistris: dubia sua Reges proponant, atque ex eorum lingua notitiam eius quod desiderant, præstolentur. Hoc Salomon indicauit. *Quærit derisor sapientiam & non inueniet.* Hoc capit Lyranus de illo qui veteres non interrogat quæritque Patres, sed cæco suo & hebete iudicio sibi complacet, quod derisionem interpretantur. *Dicitur autem hic derisor ille, qui contemnit videre dicta antiquorum, & credit inuenire sapientiam per ingenium suum, & non inuenit: quia superbia excæcat eum.*

Psal. 130.

V. Quæ sit Dei sapientia.

Coloss. 2.

D. Avgvs. in Ps. 103.

VI. Hanc hæretici non habent.

Prou. 14.

Lyran ibi.

 Elegan-

Eleganter explicat Rup. verba quædam Isaiæ: hic enim aduertens mundum prius tenebris obsitum, ex aduentu Dei, cognitione diuina illustratum, sic ait: *Repleta est terra scientia Domini.* Percunctatur Rupert. quænam est scientia Domini? Numquid creatio cœli, terræ, animalium, auium, elementorum? Non est. Ipsius Dei humilitas. Itaque si scire volueris quantum intelligat, attende primò quantum si humiliet. Nullus elegantior Rupert. *Quæ autem est scientia Domini, quæ mira hæc efficit nisi humilitas Domini. nempe ipse cum dixisset leonibus, & vrsis, & pardis: tollite iugum meum super vos; continuò subiunxit, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. Tantus Magister hoc solū se docere profitetur, quia mitis est & humilis corde, & huius rei dociles nos cupit mentes habere. Ergo scientia Domini: humilitas est Domini: sicut è contrario, stultitia Asur, id est diaboli; superbia est diaboli.* In duobus præceptoribus vult illum attendi, & in duabus eius classibus, Christi & diaboli. Sapientia Christi est humilitas: insipientia Principis tenebrarum (nec enim habere potest sapientiam) est superbia. Hāc regulam tradit Rupert. vt ex illa spiritus agnoscamus: qua tantopere calamitosa hæc nostra tempora indigent. Licebit videre spiritū delusum qui nedum velit se S. Scripturæ submittere, Conciliis ac doctoribus, sed etiam se in cinerem potius cōuerti patiatur (vt patuit exemplis) quam vt capta semel præda errorum suorum ei elabatur: quid mirum si classem frequentet diaboli, superbi, arrogantis & temerarij? Alios spiritus nouimus dociles, blādos, suaues, subiectos; illos Deus gubernat, cuius intentum sapit humilitatem: nam in hoc puncto (ait Rup.) nos vult obedientissimos: *Huius rei solius dociles nos cupit &c.*

Isai. 11.

Rupert. l. 2. in Isaac c. 8.

VII. Probatur ex Euangelio.

Ne prętereamus notabilem D. Chrysostomi elegantiam: quæ seruiet Epilogo. Explicat raras & numquam auditas in Christi baptismo circumstantias. Ex nube lucida Pater intonat voce tenera & amorosa: *Vox Patris audita est.* &c. Sed potissimum ei inhæret, quod à summo vsque deorsum *Aperti sint cæli.* Quo fine fores cæli reserantur? Descendant inde lumina & faces, quæ locum illum & ripā Iordanis illustrent, aquas eius crystallina clarificantes: atque ad illud non tantum requiritur, vt cæli simili demonstratione referentur. Duas igitur mirabiles expositiones adfert D. Chrysost. huius apertionis. Aperiebat Christus cælos (ad hoc quippe venit) quo nobis ingressum pararet, quem Cherubin flammeo gladio atque versatili custodiebat: & quemadmodum iam semel per Christum apertum, donuo numquam claudendum est, ita significauit hoc per

Psal. 13.
D. CHR.
Ho 4 In Imperf. Matth.

Matth. 3.

Luc. 9.

VIII. Duæ proponuntur rationes cur Christo Baptizato aperti sint cæli.

Aperti

Aperti sunt: quod de cætero pateret: atque ad huius confirmationē adfert quod audit Angelos inuicē colloquentes in triumphali Redemptoris Ascēsione. *Attollite portas Principes vestras: &c.* Euellantur cardinibus suis portæ: nec enim post hac amplius claudētur. *Quia non erant necessaria porta cæli, cælo numquam claudendo: ideo non dicunt: Aperite portas & introibit Rex gloria: iam enim erant aperta, sed tollite portas.*

Psal. 13. D. CHRYS. Ho. 4. In Imperf. & Matth.

Secundam profero & plane diuinam expositionem intentioni meæ conformem. Vel Euangelista nominat cælos S. Scripturam, doctrinam Apostolicam & intelligentiam supernaturalium veritatum. *Aut ita cæli* (iterum D. Chrysost.) *sunt Scriptura diuina Apostolorum & Prophetarum, in quibus habitat Deus, de quibus scriptum est: quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.* Et hanc addit consequentiam, ex qua aliam ego inferam ex illa collectam. *Ergo qui baptizatur & meretur accipere Spiritum S. adaperiuntur ei omnes Scriptura, vt intelligat, qua ibi posita sunt veritatis.* Aperiri cælos baptizato Christo, non aliud est quā baptizato aperiri S. Scripturæ mysteria: se Deus illi reuelat, & altissima mūdus Dei cognitione illuminatur. Modo cæremoniam attendamus Ecclesiæ in Baptismo frequentatam. Infantem sub aqua collocat, elemento aquâ superiori, illam tangit & quasi ad centrum accedit: & quia in Baptismo infundenda est illi sapientia cælestis & Dei cognitio cum virtutibus infusis, erectum inclinet caput, & ita plura percipiet. Et quia Christus veniebat sapientia Dei, nos docturus scientiam gloriæ, in simili occasione materiales illi aperiuntur cæli. *Baptizato Domino aperti sunt cæli.* Primitiæ Gentium ac Magistri fuerunt isti sancti Reges absconditam infantis diuinitatem agnoscentes, & quasi de supernis promoti se ad terram vsque prosternunt. Modo dum grati sunt & humiles, vere sapientes & Doctores eos habeamus. Hac de causa stella lumen suum subtrahit, non permittente Deo eius claritatem, vbi tot Cathedratici prælegebant Magistri, nempe Hierosolymis sanctâ Academiâ.

Discursus V. *Visâ stellâ Reges itineri se accingunt: quia vocationibus & inspirationibus diuinis (sunt enim stella & lux) obtemperandum est statim illas opere exequendo.*

DIligentia humana diuinis respondens beneficiis ex iustitia postulat, vt per Dei gratiam manus illi præstetur auxiliaris: liberum namque arbitrium quod totum Deo committit se gemet delusum: & ille quoque qui præ-

præſumptuoſe ac vane confidet, nihil ex parte ſua faciens. Noua deferuntur Patriarchæ Iacob, Eſau fratrem ſuum numeroſa militum manu feſtinare in occursũ ad prœlium: quo audito ad diuina confugit brachia idque humillima oratione, ex quibus dulciſſimas expertus fuerat miſericordias, liberari ſe poſtulat à furentis fratris inſidiis, & ſæpe grauioribus quam extranei. *Orauit Iacob & dixit: Domine, qui paſcis me à iuuentute mea &c.* Catalogum ſatis amplum enarrat beneficiorum quibus illum effuſa Dei manus ante præuenerat, quibus ſe ad futurorum largitionem velut arrha ignorauerat, idque continuò poſtquam tota nocte cum Deo luctatus fuerat, benedictionem aſſecutus & victoriã ab ipſo Deo: quandoquidem Deus eius negotiis tanta cura proſpiceret. Dixerit fortaſſe aliquis Iacob inertem ſtertere, & omni ſollicitudine liberum. Sed auertat hoc Deus, inquit D. Chryſoſt. nec eum illi ſatis fuit prædicta feciſſe, tantamque adhibuiſſe diligentiam: inſuper munera præmittit largiora, quibus obduratum fratris animũ emolliat. Si igitur illi Deus affirmaſſet, quod ſi Deum ipſum viciſſet, hominem non timeret: *Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis cõtra homines præualebis?* Quo fine agit id quod agit, ſecuritati, quam habet his timoris indiciis derogando? Non illi munera præmittat, nec dona conſecret: Deus cor marmoreum emolliet multo efficacius, quam omnes eius oblationes: & fieri poteſt vt his modicæ fidei ſignis Deus offendatur. Nequaquam (reſpondet D. Chryſoſt) quinimo adhibita diligentia Deo perplacet, confidat illi: porro vult vt ſaltem oſtendat quod ſibi velit eſſe ſubſidio, non totum Deo committendo. *Cum igitur orationem ſuam ad Deum feciſſet, & ſupplicationem precum obtuliſſet, facit & ſuum officium.* q. d. duas hic conſidero perſonas, & duplex earum miniſterium: Deum & hominem; Deo proprium eſt præſtare miſericordiam, hominem periculis eripiendo: homini vero conuenit non complicare manus, ſed cooperari. Iacob igitur principale Deo commiſit, ipſe vero peregit acceſſorium. Deus totum, ipſe etiam ex parte ſe iuuit: & quamuis pluſquam ſatis eſſet Dei auxilium, humanam tamen maluit adhibere diligentiam & ſollicitudinem.

[Margin: Geneſ. 32. I. Cooperandum diuinæ vocationi.]

[Margin: II. Iacob ex parte ſua fecit quod poterat.]

[Margin: D. Chryſ. Ho. 58. in Geneſ.]

De ſummo Sacerdote Heli iudice Iſrael refert S. Pagina quod ad decrepitam grauemque vixerit ſenectutem, atque tantam contraxerit oculorum caliginem, vt ſplendores lucemque ſancti candelabri nequiret intueri. *Non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur.* Conſideranti & præ manibus habenti hanc hiſtoriam

[Margin: 1. Reg. 3.]

ſtoriam D.Gregorio, alia occurrit conſideratio, circa modum quo Deus Salomoni diuinam infudit ſapientiam. *Apparuit autem Dominus Salomoni in Sabaon per ſomnium nocte, dicens: Poſtula quod vis vt dem tibi.* In ſomniis & noctis tenebris loquitur illi ſuaque reuelat ſacramenta. Timeo nec parum, (inquit D. Gregor.) ne paruo hæc ſapientia tempore perſeueret, neue fixa permaneat, & amor quo Salomon amare cœpit Deum non ſit perpetuus: ſapientia namque & beneficia nocte conceſſa, vt non duratura accipiuntur. *Salomon ſapientiam in nocte percepit, vt caligo temporis indicaret: quia eandem ſapientiam non perſeueraturus acceperit.* Rationem huius apud præfatum Auctorem non inuenio: ſed ſufficit mihi ſubiectum quod mihi verbis ſuis miniſtrat, quo propoſitum meum confirmem. *Somnus quid eſt gelida niſi mortis imago?* In ſomnis ſenſus non operantur, non potentia, omnia quieſcunt, nec oculi vident, nec aures audiunt, nec lingua fatur: omni actione caret dormiens, ſepultus eſt, imo mediũ cadauer: nec enim aliud inter mortuum & viuum inuenitur diſcrimẽ, quam quod vnus morte continuetur, alter, vt ſomnus, non perſeueret. Si dicamus igitur quod requiratur Dei hominiſque concurſus: & videamus quod acceptis Dei donis Salomon gratus non concurrat, imo dormiat, ſomniet, non operetur, de nocte ſit, non de die, congruenter infertur: non perſeuerabit: homo quippe qui Dei non eſt adiutor, periculo ſe exponit illum ſeque perdendi. *Sapientiam in nocte percepit &c.*

3. Reg. 3.

III. Quod quia Salomon non fecit, gratiam amiſit.

D. Greg. in l. 1. Reg.

D. Chrys. Ho. 58. in Geneſ.

1. Reg. 3.

Elegãter punctum hoc attigit mellifluus Bernard. viſionis illius Iſaiæ celeberrimæ commentator. Seraphini illi qui ſuccenſi illo igne Deo vicini, cui aſſiſtebant, ſex habebant alas: ſuperioribus duabus capita ſua contegebant, & inferioribus pedes: ita intelligamus cum D. Bernard. *duabus velabant caput eius.* Quatuor illis collectis, duabus reliquis in medio volando pectus aperiebant: Arcanum hic inſigne reuelet D. Bernard. Quid ſignificat caput pedeſque contegi, pectus autem aperiri & manifeſtari? Cupio reſponſum. Eſt caput pars altior humani corporis eiuſque principium, per quod intelligitur prædeſtinatio, primus gradus, quo Deus (ſi tales in ipſo eſſent) ab æterno, progreſſus eſt ad electi & prædeſtinati felicitatem: qui ad finem curſus ſui, quo pedes veniunt vltimi termini ſe tantæ gloriæ gaudebit eſſe poſſeſſorem. Hoc repræſentatur abſconditum: quia de ſola ac gratuita Dei pendet liberalitate: & in ipſo nullam homo partem poteſt ſibi vendicare: porro alas in medio notamus, & has

Iſai. 6.

IV. Probatur Allegoricè ex viſione Iſaiæ.

has quidem extensas, quibus sibi sunt auxilio: licet enim Seraphini possent à volatu cessare, ad terminum immobilem iam appulsi, tamen se habent vt volantes nobis ad instructionem. Placent mihi melliflua D. Bernard. verba. *Initium meum solius gratia est, non habeo quid mihi in prædestinatione attribuam sine vocatione: non sic sane ab opere iustificationis alienus sum: operatur & illud gratia, sed plane mecum. Videsne quemadmodum Seraphin in medio appareat aliquatenus? Porro consummatio quidem, & ipsa solius gratia est: nec est mihi in hac parte sine ea gloriari, quasi adiutor videar aut cooperator.* Fateor quod si ad prædestinationem meam, nec Deum nec me iuuare possim, tamen vt optima hæc sors mihi applicetur, possum & debeo aliquid agere: & si alæ quædam se contrahant, explicentur tamen quæ pectus denotant, vt sim Dei adiutor & cooperator.

D. BERN. *Serm. 4 de verbis Isaia.*

V. Inde laudantur Magi.

Multos inuenias, vt erant Hierosolymitæ, qui Dei notitiam suggerunt, sed nec pedem mouent vt proficiscantur illum visuri: quos D. August. inscribit lapides prægrandes, Cruces seu columnas viarum indices, cum tamen ipsæ maneant immobiles. *Facti sunt eis tanquam lapides à milliario, qui viatoribus ambulantibus aliquid ostenderunt sed ipsi solidi, atque immobiles remanserunt.* Quocirca (censore D. Chrys.) Magi videre non meruissent auctorem stellæ, si capientes quid illa signaret, eius ductu continuò secuti non fuissent. *Nisi cito à Perside fuissent profecti.* Et hoc eorum nomine conferens illud: *Vidimus stellam eius & venimus:* dicit Doctor Galfridus: *Fide videmus, actione venimus, adoramus deuotionis affectu.* Tria breuia sunt hæc verba qualia Iulij Cæsaris. *Veni, vidi, vici.* Vidimus, venimus, adoramus: q. d. visioni gressus respondit, quasi nouæ stellæ lumini cooperaremur.

D. AVGVS. *Serm. 34. de temp.*

D. CHRYS. *Ho. 61 in Matth.*

Galfrid. Allegor. Mor. Titel. man. hic

Cardinalis noster Caiet. lepide de nuptiis inhæret in Cana Galilææ: cum enim Saluator noster ministris imperasset vt aquâ metætas implerent: *Erant autem ibi lapideæ hydriæ:* statim mandat depromi quod intus latebat in optimum modò vinum permutatum: *Haurite nunc impletis hydrijs aqua vsque ad summum: iubet hauriri nulla dilatione interposita.* Nõ satis mirari possum, quod nullum tempus velit intermedium inter infusionem & effusionem aquæ: paulisper Domine quiescat: quia vel seruire debet, vel non? Si primum: aqua commota & recenter attracta non conuenit vt hauriatur, & nisi modicum quiescat & constet omnibus aquam esse. Depromatur (respondet Christus) nulla sit mora, & si de mysterio velint instrui, aures arrigant.

Ioan. 2.

Caiet. ibi.

VI. Allegoria: statim aqua est effundenda.

gant. Aqua humida & frigida quid aliud ſignificat, quam animas his qualitatibus infectas? Vinum charitatem refert ardentem, ita S. Pagina. Dum igitur inſpirante Deo vocamur, noſque cupit ſola ſua motus benignitate conuertere ex aqua frigida in ardentes Seraphinos: nulla ſit oportet procraſtinatio: ſi namque confeſtim non depromatur, non adiuuet, non reſpondeat, aqua in hydriis manebit aqua, & anima frigore conſtricta vt prius imo grauiori: ipſo momento effundatur nec punctum tranſeat, nam ſi in materia ſaluationis vel vnicum perdatur, tantum deperditur, vt fortaſſe poſtmodum recuperari non poſſit: hoc eſt: *Nulla dilatione interpoſita.* Ita Caieta.

Inſignium parens conceptuum D. Petr. Chryſol. Magdalenam contẽplatur, qualiter nobis modum præſcribat quærendi & diligendi Deum, nec non ex parte noſtra diligentiam: eſt enim cæleſtis quædam magiſtra. Huic inſiſtit, quod in conuerſione ſua domum adierit Phariſæi, vbi Chriſtus conuiua recumbebat, ſecumque tulerit pretioſum vnguentum, balſamum odoriferum: & ait: Arcanum non capio eius quod in Maria contemplor. Venit infirma grauiterque oppreſſa quæſitura medicũ: cùm tamen ipſa conferat medicamenta. Quis vidit vnquam huic ſimile, quis tale quid intellexit? Antequam Medicus infirmum viſitet, vel remedium malo præſcribat, illi hoc tradat, quo à medico curetur. Si ergo Magdalena nouit ſalutem ſuam in manſuetudine; benignitate & miſericordia conſiſtere, & hæc omnia denotat vnguentum, patiatur vt Chriſtus hoc illi applicet, nec ipſa conferat: quid enim hoc aliud eſt quam certo modo eius derogare ſapientiæ, & dicatur: mulier illi dixit, quid opus facto fuerit? Loquatur ipſe: nam vnico verbo ſublimiſſimum eructat cõceptum. *Portauit oleum: quia medicinam ſuo vulneri requirebat.* Numquid curanda aduenerat? Vtique. An non medicus efficacibus vocationibus trahere illam cœperat, & ipſa venire præteritorum non ignara defectuum? Nemo negat. Prudenter igitur facit, dum oleum defert & vnguentum: ſi namque ſit miſericordia illi cooperetur, nec totum Deo committat, medicinam ſaltem eius tradat manibus ipſe ſuis illam applicabit. Porro vſque dum eam adferat, illam tradat: *Quia medicinam &c.* Cicero Chriſtianus D. Leo proloquatur. *Conſiderantes itaque dilectiſſimi, ineffabilem erga nos diuinorum munerum largitatem, cooperatores ſimus gratiæ Dei operantis in nobis: non enim dormientibus prouenit regnum cælorum, nec otio deſidiaque torpentibus beatitudo æternitatis*

Luc. 7.

VII. Et vnguentum cum Magdalena deferendum.

D. Leo Ser. 5. Epiph.

ingeritur. Prima gratia nullis præcurrentibus meritis datur, ei ergo in nobis respondeamus: sicut enim socordes & dormitabundi eam extinguunt, ita suscitant animosi & feruentes. Insulsum ergo foret beatitudinem à Deo postulare, nec tamen quantum in nobis est eius consecutioni adlaborare.

D. Ambrosius ex insigni loco S. Scripturæ festum seu Euangelium inchoat. Quærit Eliezer domui Abrahæ præpositus vxorem Isaac Patriarchæ primogenito. Rebeccam pulchritudine commendatam inuenit, eamque esse cognoscit, quam Deus viro huic sponsā prædestinauerat, ex signis charitatis. Quid plura? accedit legatus parentes eius, matrimoniũ proponit, offert munera, sponsique explicat futuri qualitates. Aduocatur filia, eius voluntas inquiritur: (sæpe namque extorta fiunt matrimonia, quia propria non fiunt beneplacentia sed aliena) dat virgo consensum: *Et dixerunt: vocemus puellam, & quaramus ipsius voluntatem. Cumque vocata venisset, sciscitati sunt: vis ire cum homine isto? Quæ ait: vadam.* Interpretatur hoc D. Ambros. atque in hac respondendi promptitudine discursus fundat instructionem, & in reliquis historiam Euangelicam. *Nec immeritò dilationem non attulit: iure enim properare debuit ad maritum.* Ratio responsi dilationem non ferebat, sed nec anima respondere procrastinet: vtraque enim Deum cælestem sibi sponsum inuestigat. Cui statim insignem addit Allegoriam. Venit Dei filius sibi sponsam quæsiturus, non per alios sed per se, nempe Gentilitatem, quæ audita eius voce (qui per stellam loquitur, & cui linguam tribuit D. Aug. *Vt in terra positus nondum loquens per linguam, loqueretur de cælo per stellam*: se itineri accingit fidei pignoribus deuincta, murenulis obodientiæ, collari charitatis. Et si camelo insederit Rebecca, camelis insident & adsunt Magi: ipsa viso Isaac de camelo descendit, eumque vt sibi superiorem caputque agnoscit: illi fastum demittunt, humanam gloriam ac pompam ad præsepe diuinæ substernunt Maiestati, coronas suas paleis vermiculantes. Itaq; sollicita diligentia illos cõmendat & fauores quibus illos Isaac Rex Regum prosequitur. Legatur totum illud D. Ambros. caput: redolet enim mysteria, & fuse prosequitur allegorice hunc conceptum: *Vocata autem non fecit moram, & ideo acceptior Domino: quia populus Iudæorum, qui erat ad cœnam vocatus, noluit venire; congregatio autem gentium simul vt accersiri se vidit, occurrit, denique vt scias non sine mysterio esse cum veheretur camelo, venit ad sponsum: eo quod populus nationum bellnina quadam horridas*

VIII. Ac properandum cũ Rebecca.

Genes. 24.

D. AMBR. l. de Abraham. c. 9.

D. AVGVS. Serm 32. de temp.

Agg. 1.

das meritorum deformitate, qui forma sua nullum haberet decorem, fidem esset atque consensum Ecclesiæ recepturus. Desponsata fuit igitur Christo Gentilitas: & bene quidem merita: nam ex luce clara audiens: *vis ire cum homine isto?* Respondet: *venimus:* nuptiæ celebrentur. *Currunt Magi ad regales nuptias:* nam beneficia celeri eorum diligentiæ alligantur.

D AVGVS. *Serm 32. de temp.*

Ecce Magi ab Oriente.

Discursus VI. *Sapientes & Reges vocantur dum Deo munera offerunt: tunc etenim opulenti Reges sunt & sapientes, quando facultates suas diuino consecrant cultui, & in paupertatis humanæ obsequium.*

PRæclarum quid esset, si diuites (quos communiter cæcos lugemus) oculos tandem aperirent, alta mente ruminantes alienum illud esse & Dei, quod ipsi sibi proprium vendicant: illud etenim si Deo in se suisque membris dedicarent, solutionem inde ducerent multiplicẽ, & locum sapientum Regumq; obtinerent: quinimo medii beati in terra censerentur: quæ omnia præsens confirmabit discursus. Formali querimonia expostulãtem proponit nobis Deum Vates Aggæus, dicentem vt mundi potentes instruat: *Meum est aurum meum est argentum:* mei sunt omnes thesauri, omnesq; lapides prætiosi. Modus hic loquendi mouit admirationem illi, qui ex acumine ingenij sui pauca solet admirari, D. inquam Augustino, & ait: Quis audiuit vnquam Deum auri, argenti, opumque cupidum? Nunquam in illis sibi complacuit, nec voluit vt mortales exteriori earũ fulgore deciperentur: quocirca vt æmulus illos sub terræ venis abscondit, vbi sol virtute radiorum illas producit, Deus & aurũ? Deus cuius epigraphe est indepẽtia: *Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.* Quid igitur noui accidit, vt legẽ promulget, & subscribat per Prophetam suum: ne quis pecuniis ac diuitiis sese exaltet? Respondet D. Aug. Ne sibi diues persuadeat aliquid se præstare dum diuino cultui, seu eius pauperibus impendit quę habet, sed illa attendat velut aliena, & ita sunt œconomus tantum, non autem Dominus: affirmat suum esse aurum, & si velint diuitias sibi reddere proprias, in tantum illis potientur, in quantum illis Deo seruierint. *Hoc ideo dictum est, vt ille qui non vult cum indigentibus communicare quod habet, cum audit præcepta misericordiæ faciendæ, intelligat Deum, non de re illius cui iubet, sed de re sua iubere donare.*

Agg. 1.

I. Dei est omne aurum.

Psal. 15.

D AVG. *l.* 50. *Hom. Ho.* 30.

Si tibi Deus dare præcipiat, illique placeat videre bonorum

II. Quocirca Deo sua damus: nobis tamen ad lucrum.

quæ habes diuisorem, nec dicat tibi: da quod tuum est, sed quod meum: perpende iustitiam esse, nec meram misericordiam; hoc scito nihil peius apud Deum audiri quam verbum hoc *Meum* in ore diuitis: quandoquidem licet tantopere bona temporalia execretur, dicat ea esse sibi propria. Et concludit D. Aug. *Quid ergo dubitatis pauperi dare de meo? aut quid extollimini cum datis de meo?* Statuta igitur hac hypothesi, quidquid largiri potes, Dei est: hac via tibi hoc appropriás, eo modo quo illud ipsi tradas, melius dixero, tibi ipsi. D. Chryso. egregie perpendit Abrahã hospitalitatis exemplum. A longe tres cõspicit aduenientes, quos eo tempore iudicabat homines, postmodum tamen esse Angelos intellexit, quibus corde profuso, animoque liberali mensam domumque offert in obsequium. Illum D. Chrisost. cum ipsis consideratione ingreditur, aitque expendens id quod Abraham ad illos: *Domine, si inueni gratiam coram te, ne transeas seruum tuum*: & hanc mihi seruo tuo presta gratiam: hospitem te hodie excipiam: quæ phrasis, quænam hyperbole viri iusti huius digne laudet magnanimitatem? *Quis pro dignitate laudauerit iustum hunc?* dicere: *Si inueni gratiam in oculis tuis, hoc est admirabile: beneficium enim, inquit, das, non accipis. Vere enim res huiusmodi hospitalitas est, qua magis accipit, quam dat; qui illud prompte & alacriter exercet.* Res stupenda hospitum exceptionem proprium vocat beneficium, cum hoc ipsis impendatur. Tu Abraham beatus, ipsos excipis, tu impensas erogas. Tu effundis, illi recipiunt, ipsi gratitudinem demonstrent. Tu sancto studio detineris: porro digitum ori superpone, satis enim multa operibus facis, vt opus non sit tibi gratiam verbis referre. Hoc si facerem (respondet) ignorarem dantem recipere: dum Angelos recipio, eisque mensam offero, si recipiant, honore me afficiunt: ipsi taceant, loquar ego, quasi qui mihi beneficium recipiam.

Genes. 18.

D. Chrys. Ho. 41. in Genes.

III. Hoc Abraham confitetur.

Cui statim D. Chrysost. adiungit quid notatu dignum argumento nostro conueniens. Tandem Abraham mensam sternit, cibum adfert, propriis seruit manibus, & adstat conuiuis epulantibus discooperto capite: cumque ætate esset decrepitus, vires tamen animumque ostendit adolescentis. *Adstabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio, alacritateque multa imbecillitate sua factus superior, & robur quoddam accepisse.* Centenarius erat, & reiuuenescit ex conuiuio quod exhibet Angelis. Notare loquendi modum: quod hospitibus vires renouentur (si sint homines) ex conuiuio, nihil dubito, hic enim effectus est conuiuii: porro Patriarchæ, nec quidẽ

Nota IV. Qui ex mensa Angelis apposita ipse roboratur.

mensæ accumbenti, quique stando diutius fatigaretur, quid hoc? Explicat se D. Chrysost. Quæro: numquid illi conuiuiũ aliis exhibebat bonorum suorum impertitor? Omnino. Vt ergo significaretur id quod datur magis ad profectum venire distribuentis, quã accipientis; dicatur & exemplo probetur in Abraham: etenim ex ferculis Angelis appositis, licet ieiunus, vires sibi accumulat, sibique magis quam purissimis illis substantiis famulatur: *Robur quoddam accepisse.*

Nota

Sententiam profero rarissimam, & absconditam: ait sponsa Deum suum ac sponsum contẽplata in solio Regali vel thalamo, ex quo suauis adeo fragrãtia spirabat, vt illam optime sentire potuerit. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Legit Orige. *Odorem eius.* Et alludit ad factum, inquit, Magdalenæ quæ prius vt stagnum erat congelatum, postmodum Seraphico ardore incalescens. Accedit noua nunc luce illustrata ad domum Pharisæi, vbi Saluator noster accũbebat, se sacris illius aduoluit pedibus, effundit super eos alabastrum vnguenti, ex capillis suis mundissimum conflans peditergium, illos à lachrymis quas effuderat, & aromatico liquore abstergit. Tibi attende ô Magdalena: si namque ista vnguenti effusio non nisi debite sit impensa Saluatori: rationi non conuenit tam cito facti te pœnitere, quod quisque facile iudicabit, qui te viderit pedes abstergentem, illudque in capillos & caput tibi resumentem domumque reducẽtem: nemo perturbet illam; è diuinis pedibus vnguentem imbibat, & neruos eius atq; arterias penetret, nec eam quisquam vt operis accuset pœnitentem. Applaudite conceptui Origenis. Ratio est: volebat enim Christus in hac Magistra etiã Apostolorũ nos instruere: quod alteri das, tibi remanere: & quãuis illi eiusque pedibus, pauperes interpretor, hoc dispertias, & de domo tua tollas; tamen ad illam reducas; vnde quod Magdalena modo tribuit, hoc ipsum recipit: hoc quod aduexerat, reportat & quidem perfectius: quandoquidem illud pedibus impendens, ad caput attollat. Nimis diu Adamantii verba distulimus: *Dicitur vngere pedes Iesu & detergere capillis suis, & recipere quodam modo ac recuperare per crinem capitis sui ad semetsam, vnguentum.* Vt autem conceptui addatur robur, legatur D. Bern. qui eleemosynam appellat vnguentum. *Sed est vnguentum, quod ambobus longe antecellit.* Recuperat id quod dedit, melius dixerim, id quod non dedit: quandoquidem ita accrescat in beneficiis, & augeatur in misericordiis propter vnicam ex illis quã Domino præstitit: quod nemo sic intelligat: dando dat, quinimo

Cant. 8. Ho. 2. in Cant.

V. Et Magdalena vnguentum non effusum secum refert.

Luc. 7.

D. BERN. Serm. 12. in Cant.

quinimo multum accreſcit, quod poſſidens, modicum erat. Ex huius cognitione SS. PP. inuectiuas componunt acerrimas contra diuites: qui ſi vel aliquam erogent eleemoſynam (eſt hoc rarum) tot præmittunt inquiſitiones pauperemque tot ſubiiciunt examinibus, vt ad vnam eius oppoſitionem, modo illi dicant: vade, operare, modo verbis à ſe demittunt oneratum aſperioribus, nunc gyronagum accuſant, nunc vitę eius ineunt ſcritinium: cum Dei ſolius deberent reminiſci, cuius gratia mendicat. Audite Chryſoſt. *Si Abraham ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe, nuſquam Angelos hoſpitio recepiſſet: forſitan enim non putans eos Angelos eſſe, cum reliquis repuliſſet; ſed quoniam omnes ſuſcipiebat, ſuſcepit & Angelos: non enim ex vitæ accipientium mercedē retributurus eſt tibi Deus ſed ex voluntate tua, ex bonitate & miſericordia tua.* Deus enim opus tuum compenſans intentionem tuam & miſericordiam, non autem bonam malamue vitam accipientis intuetur. Manum Doctori Doctor porrigat D. Ambroſius. *Deinde non requiras, quid vnuſquiſque mereatur, miſericordia non de meritis iudicare conſueuit, ſed neceſſitatibus ſubuenire, iuuare pauperem, non examinare iuſtitiam.*

VI. Pauperes curioſe ne ſcruteris.

D. CHRYS. Ho. 11. ad Hebræ in mora.

Nota.

D. AMBR. l. de Naboth c. 8.

Ad ſecundam modo diſcurſus partem progrediamur nec enim mihi ſufficit probare eleemoſynarios eſſe Reges & magnates: ad hoc enim ſatis eſt annotatio quædam Emiſſeni. Expendit viduam annoſam pauperem templo Dei duo minuta totum victū ſuum offerentem quæ meruit à Chriſto in Chronicis eius inuenire ſui memoriam: ait igitur *Quam multiplicata ſunt iſta duo æra, quæ à ſolis ortu vſque ad occaſum inceſſabiliter nominantur: Quā magna ſunt iſta duo minuta, quæ in cælorum pretium conuertuntur.* Porro his addo eleemoſynarium iam hiç medium beatum cenſeri. Moyſes propheticam impertit benedictionem duodecim tribubus Iſrael, & benedicens Nephtalim, id eſt *Æquiparatio:* quo nomine vir eleemoſynarius indicatur (interprete Lirano) hanc enuntiat ſententiam. *Mare & meridiem poſſidebit.* Dominaberis ô Nephtalim Mari & meridiei. Quærit Lyran. per hunc intelligens diuitem benefaciendi ſtudioſum, quare pars illa, quæ in ſortem cecidit huic Tribui, fertilior eſſet in terra promiſſionis, & ferendis fructibus præmaturior? Reſpondet: per mare ſatis proprie vita præſens deſignatur: quis enim non aduertat quā exiguam indomitum hoc feroxque elementum promittat ſecuritatem, quot fluctibus, turbinibus & tempeſtatibus ſit inquietum? Et quis illas in hoc vitæ non experitur exilio? Per meridiem autem quando ſol ſplendidius lucet in

Luc. 21.

Emiſſe. Ho. de vidua.

VII. Eleemoſynæ compenſatio.

In catena Bibl.

Deuter. 33.

in altissimo orbis sui gradu sublimis, patria venit cælestis, claritate & luce abundans, ad quam sponsa anhelabat. *Vbi Pascas, vbi cubes in meridie.* Benedictionem igitur impertiens possessionis Maris & meridiei quid aliud significat quam quod præsens sæculum tempestate iactatum, & vndis impetitum furiosis permutabit in portum & gloriam: omnia illi in cælum conuertentur & beatitudinem, etiam hic. Credite Lyran. *Per hoc ergo quod dicitur mare & meridiem possidebit, significatur quod misericors post bonam dispensationem bonorum præsentis vitæ, bona cælestis patriæ possidebit.* Amodo ad illa bona cælestia iure gaudes.

Cant. 1.

Lyra ibi.

Psal. 4.

VIII. Vir misericors sanctus dicitur.

Extendamus latius hoc argumentum: *Scitote, quoniam mirificauit Dominus Sanctum suum.* Deus amicum suum ac iustum amplificauit. De se loquitur Dauid, non superbiens, sed Dei beneficiis gratus, quibus illum de manu Saul incolumem seruauit, regnū Israel eius tradidit potestati &c. D. Hieron, legit: *Misericordem suum*, & rationem eius assignat: *quia virtus misericordiæ pollebat in Dauid.* Erat Dauid misericors, eratque Sanctus. Siste gressum ô Dauid: quamuis enim tuæ pietatis exercitia fuerint, iniuriarum remissio, & calumniarum obliuio, & hæc tibi nomen pii conciliarint: vt ipse Deo profiteris: *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius*; tamen qua ratione Sanctus voceris ignoro, quamuis enim in mundo sancti sint, idque fide vera credamus: tamē iuxta nominis huius etymologiam *Sanctus id est sine terra*, nulla terræ commixtione pollutus, totus spiritus: qui fieri potest vt tibi viuenti hoc possit congruere? Patet responsio. Dauid nonne misericors? Vtique: quid ergo illi deest ne beatus sit? vt perambulet & possideat regna cælestia? Et qui in hac vita ex tanta liberalitate commendatur, dicatur in ea gloriosus, quasi re ipsa foret *Sanctum suum, misericordem suum.* Misericordia & gloria tanto nexu sibi sociantur, vt sicut charitas in Patria illos Reges constituit: ita in præsenti exilio certo quodam modo glorificat, hac phrasi loquamur, nec quid inferius de diuite liberali, quam de glorificato Sancto proferamus.

Psal. 131.

Ioan. de Mata de Festis Dom.

IX. Ratio sumitur ex D. Bern.

Rationem hanc promouet D. Bern. Epistolam congratulatoriam scribit cuidam Episcopo sancto, qui viuens omnia pauperibus erogauerat, & superscriptio talis legebatur. *Pauperi Episcopo, pauper Abbas.* Adiungit. *Laudarem vos & iure laudarem, si me non reuocaret illa sententia: Neminem laudaueris in vita sua.* Et cum multa variis periodis & circumlocutionibus dixisset, tandem ex eo victus quod Deus sibi plurimum de viro misericorde

D. Bern. Ep. 32. Eccli. 11.

congratuletur, ait, *Verum quomodo me possum cohibere à laude illius, qui post aurum abire iam desiit, & sperare contempsit in pecunia thesauris. De quali nimirum scriptura sic loquitur : quis est hic & laudabimus eum?* Quis silentio se premat ne Prælatum adeo potentem laudibus efferat, qui diuitiis renunciauit, qui aurum abiecit, qui temporalem contempsit felicitatem: & de quo S. Eloquium effatur : quicumque talis euaserit, dignis celebretur encomiis. Modo premit argumentum. Si D. Bern. dicat consilium dari à Spiritu S. ne quemquam adhuc viuentem extollamus : *Neminem laudaueris* &c. Qua ratione modo nos hortatur vt similes prædicemus: *Et laudabimus eum?* Sibi repugnare videntur sententiæ: nequaquam: ibi etenim in communi fit sermo, verum si de misericordi viro in singulari loquamur, adeo sublimis est, Rex, & reliquis supereminens, vt eum in hac vita laudare non prohibeamur: quia ex virtute charitatis, non est in hac vita, licet illa viuat, sed ad aliam vt beatus pertinet. O sancti Reges: tunc enim perfecte tales estis & sapientes, quando dedicatis temporalibus donis infanti Deo spiritualia in compensationem recipitis. Idcirco vos Euangelista Magos id est sapientes inscribit. *Magi* Et Propheta Regius vos Reges viderat. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ*: quod vt tales Ecclesia picturis exhibet: quia Deus Dauidi Regi pio vaticinium piorum Regum reseruauit.

Psal. 71.

Discursus VII. *significationes mysticæ ac morales proponuntur quas in auro, thure & myrrha terreni Reges Principi gloriæ dedicarunt.*

D. Maxi. Ho. 8. Deo Epipha.

II. Sed mystica est earum significatio.

SVpra modum admiratur D. Maximus quid subesse possit mysterii quod Infans Deus aurum, thus & myrrham sibi offerri voluerit: quærit igitur. Munera hæc diuinæ, ni fallor, repugnant Maiestati eiusque videntur humiliare dignitatem : an Deo aurum? Licet enim metallum sit pretiosum, & ab hominibus æstimatum: Deus tamen ita illud dedignatur vt ab eo fugiat. Terræ thesauri cum gloriæ Principe quæ conuenientia? Quod si thus illi sociemus Gentilium manibus ita prophanatum est, vt illud in aris suis Deorum falsorum cultui consecrarint. Myrrha qua præseruantur è corruptione cadauera, & corpora vnguntur mortua: quomodo conuenit ipsi vitæ & sanctissimæ carni Saluatoris, de quo testatur Dauid: *Non vidit corruptionem?* dona sunt hęc quæ vt indecentia potius reiiciēda, quam vt obsequia & cultus diuinæ debitus celsitudini acceptanda.

I. Munera hæc Deo videntur indigna.

Psal. 15.

D.Maxi. Ho.8.Deo Epipha.

tanda. *Quantum enim pertinet ad gloriam Christi, munera hac inspecta carnaliter, maiestati eius omnimode videntur indigna. Nam quo Domino immortali aurum, quod vtique solis est mortalibus & vsui & amori? Qua omnipotenti Deo thus, cuius ardore etiam simulachra à Gentibus honorantur? Aut quo ei myrrha fœtidorum corporum condimentum cuius carni nulli erat dominatura corruptio?* Tandem resoluit D. Maximus: *Deferunt autem munera, qua non tam munera, quam mysteria probarentur.* Et mysterium reuelat. In auro cum sit adeo pretiosum, vt vsum & amorem sibi rapiat humanum, redemptionē agnoscit, quæ peragenda erat prætioso rubroque auro sanguinis Christi, quo seruus homo ad antiquam reuerteretur nobilitatem. *In auro ostenditur captiuitatis nostra pratiosa redemptio:* In thure prius idolis sacro, modò autem vero Deo, præsagiunt euertenda simulachra & mutatis manibus, id quod idolis cæca Gentilitas diuinitatis adscribebat cum non haberent, dandum Saluatori in qua vera latebat diuinitas. *In thure autem, & superstitio dæmonum cessatura & futurus vera religionis cultus aperitur.* Per myrrham immortalitas & futura signabatur corporum resurrectio: nam ex sua Christus nostram mereretur. *In Myrrha vero qua exanima solent corpora conseruari, prafiguratur carnis nostra reparatio & resurrectio mortuorum.*

II. Sed mystica est earum significatio.

I. Munera hæc Deo videntur indigna.

Psal.71.

Psal.3.5.

Vel nisi dicamus cum D. Fulgentio, id quod fides nos docet, esse Christum Deum, hominem, & Regem, & vnico verbo totum eleganter comprehendit. *Thus enim ad sacrificium, aurum pertinet ad tributum, myrrha ad sepulturam pertinet mortuorum.* Singuli tria dona supremo Regi deferebant: supremum terræ metallum, subditorum ac seruitutis tributum: aromata incensi ad diuinum eius cultum: myrrha mortem eius præsignabat. In auro quod Christus solus virtute polleat plene satisfaciendi: In thure quod Patri sit nos reconciliaturus; myrrha talis mortis nobis indicat necessitatem. Aurum, thus & myrrham appendit Rupertus: myrrham perpendit: quia statim ab initio mortis præsepi sociauit, octiduanus tantum perferens Circumcisionem. Aurum gloriæ indicium, qua de sepulchro gloriosus assurgeret & immortalis. Thus cuius fumus & odor in aera ascendit, admirabilis eius Ascensiones celsitudinem præfigurat.

D.Fulgen. Serm.de Epiph.

III. Alia.

Rupert.in Matth.c.2.

Etiam in sensu morali mysterium inuenit pijssimus Emissenus, aduertens ab Ecclesia (quod idem competit animæ faciendum) semper hæc munera deferri: aurum sapientiæ, thus exemplorum sanctorum, & myrrham mor-

IV. Moralis.

mortificationis. Aurum offerunt Doctores ac Magistri: thuris incensum Martyres & Confessores: myrrham pœnitentes. Offerimus Deo quod illius est: aliquid ei offeramus quod nostrum est, vel vt melius dicamus, nobisipsis. *Quia ergo Christo obtulimus sua, offeramus ei & nostra. Quod eum & Regem & Deum & hominem esse credimus, suum est; nostra vero sunt, quæ nobis à Deo donata sunt: habet enim Ecclesia aurum in sapientia; thus vero in sancta & bene redolente Deo conuersatione: myrrham autem in amaritudine pœnitentiæ & carnis mortificatione. Aurum igitur offerunt Doctores: thus Martyres & Confessores: myrrham iam pœnitentes & Confessores.* Offeramus, hortatur D. Bern. aurum, hoc est, *substantiam huius mundi*, nos ab inordinata habendi cupiditate denudantes, quæ cordibus humanis tam fortiter inhæret. Thus sc. orationem qua cælestia & æterna consequi desideremus. Myrrham dedicemus, mortificationem & opera pœnalia. Sistit autem in eo quod thus orationis inter vtrumque medium collocetur: vera quippe oratio socios habere debet sibique collaterales, mundi contemptum, qui in auri oblatione demonstratur, & afflictionem spiritus in myrrha. *Duas igitur alas habeat oratio nostra, contemptum mundi, & afflictionem carnis, nec dubium quin cælos penetret.*

D. Bern. Serm. 3. in Epiph.

Ex his perpendit D. Iustus Vrgelitanus orationem à Spiritu S. vocari *Virgulam fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris*: ita commentatur. *Orationes dicit quæ ex cordis compunctione apud Dominum à Sanctis ascendunt.* Et seipsum interrogans cur oratio vocetur fumus incensi, & myrrhæ, respondet: quia proprium est fumo lachrymas prouocare, per illas corde distillante: *Solet enim fumus lachrymas excitare.* Effectum hic noto orationis, ex qua lachrymæ profluant & afflictio spiritus. Porro non hoc nos effugiat, myrrham incenso coniungi, hoc est mortem orationi, ex hac quippe, si talis sit qualem esse conuenit, ardentia nascuntur pro Deo moriendi desideria votaque martyrij. His adiungo conceptum Caietani: perpendit enim quod surgens ab oratione die quadam Christus & ab Apostolis percunctatus; quid de ipso sentirent, statim mentionem inferat Passionis suæ ac mortis. An ergo Domine nullum de hac disserendi materia tempus magis opportunum? Quando Petrus altissimā de diuinitate tua emittit confessionem, vt video, statim passione pœnisque illam obtenebras, quę humanitatis tuę clarissimum dant testimonium. Quid conuenit illud: *Tu es Christus filius Dei viui*, cum illo: *Crucifigetur?* Hic siste. Christus surgebat ab oratione, & in linguam prodit

Cant. 3.

D. Iustus Vrgelit. in Cant.

V. Myrrha cur thuri iungitur.

Luc. 9. Caiet. ibi.

quod

quod in illa concipitur, desiderium nimirum moriendi: & hoc ita certum est, vt in altissima dignitatis suæ confessione, minus effari non possit: nos instruens perfectam orationem matrē esse votorum pro Deo vitam cum sanguine profundendi. Loquitur Caieta. *Et inde incipit eis manifestare mysterium Passionis & mortis suæ, simul vt accendat eos ad martyrium: hæc enim omnia intermedio orationum tempori congruunt.* q. d. Quando homo seceditad orationem cum Deo collocuturus: si affectu & desiderio non ferueat ad martyrium: tepida est hæc oratio: feruens etenim hoc producit in anima desiderium.

VI. Cur thus etiam auro apponatur. Leuit. 2.

Aliam proferamus instructionem: adiungitur incensum auro, vt orationem auro eleemosynæ piisque charitatis operibus fulciamus: quia hæc illam adiuuat, & sursum attollit, cum & ipsa victus sit sublimis. Apposite Victor Antioch. interpretatur præceptum Domini in L. Leuitici: *In omni sacrificio meo offeres sal:* ac si defectu salis sacrificium Deo foret insipidum. Nec dubium, inquit, orationi etenim interno sacrificio apponendum est sal, id est misericordia: hæc enim diuinæ mensæ fercula addit sapidissima. Auctoris sunt hæc verba: *Obseruamus præceptum hoc secundum mysticum sensum legemque spiritus si omni dono sacrificij nostri, quod plurimum per orationem exhibetur, aliud donum quod in vsum proximi cedat, hoc est, eleemosynam adiunxerimus.* Eo modo quo ad cibum sale vtimur, sine quo non sapit. *Aut poterit comedi insulsum quod non est sale conditum?* Ad mensam Dei vnum sine altero non recipitur. Discursui finem imponat breuis historiæ Euangelicæ enarratio, licet oculum retroflectamus: diuini namque solis fulgor ex propinquo conspectus nos cogit oculos concludere. Egrediuntur Hierosolymis Reges vbi velut in alma vniuersitate didicerant per Scripturas locum quo gressus suos deberent dirigere viamque prosequi. Iterum apparet stella viæ dux, eorum gaudia multiplicans, & nouo lumine delectans. Bethlehem perueniunt veterem tantorum Regum patriam. Aduertunt nostri stellam omissis aliorum domibus immobilem fixamque stetisse super humile tuguriolum adeo profunde vt locum quem notabat, intelligerent. Quid stella prætendis adeo sublimis, tanto hoc tuo descensu? Pueri coronare humilitatem: & vbi Creator iacet adeo humilis, quomodo stabit creatura sublimis & eleuata? Sistit immobilis, etenim ad conuitum Dei & hominis, quis planeta quamuis velocissimus vel ad passum vnicum progredietur? Cum invsitata loquitur luce, cum loquaci radiorum lingua, vibrantibus sagittis, quibus cor-

Victor Antioch in c. 9. Marci.

Iob 6.

VII. Stella cur immota steterit.

da penetras, & regalia peruadis pectora. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent*, vt pedibus tuis Principes cernui prouoluantur. *In corda inimicorum Regis.* Prius inimici, nunc amici & confœderati. Donec ad Aquilonem perueniat, tremit acus inconstans: etenim lapidis magnetis attactu in solis horologio horam designat. Sol Christus est & petra: acus stella non sistit donec aduenerit, tunc autem immota manet quia ad Aquilonem peruenit; hic ita firmiter quiescit, vt nec palearum nubes, quibus contegitur, nec loci humilitas qua excipitur, nec vmbræ institurum quibus obuoluitur impedimento esse possint quo minus eum manifestet.

Psal. 44.

O diuina mysteria à Dauide descripta! *Magnus Dominus & laudabilis nimis &c. fundatur exaltatione vniuersæ terræ mons Sion.* Ædificium ita sublime in terra D. erigit Deus, vt in eo idem lapis futurus sit fundamentalis, qui est in cælo. *Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt.* Iam video conuocati Principes, turmatim Reges accurrere; & pompatico comitatu perillustres. *Ipsi videntes sic admirati sunt &c.* Quomodo *Sic*? Ea vident quæ conceptui & imaginationi quam habere poterant, adeo erant aliena. Ciuitas regia. Rex natus, Palatium columnis suffultum ex Iaspide Aldabastro, & Paphyrio, mutatur in cunas, præsepe & vile tuguriolum. Verumtamen fide plenius instructi: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*: hic corda eorum commouet: ingrediuntur, perque fidem cognoscunt illum quem oculis non cernebant corporalibus: adorant id quod credunt, sceptra demittunt, & per ipsos anima loquitur, in terram sceptra proijciendo regalia: *Procidentes*: Quis hoc admiretur, quærit Abbas Gangericus: *Quis enim abyssum hanc considerauit & non exponit.* Sed pedem cohibete ô maximi Heroes: si flamma qua ardetis locũ vobis concedat, & dicite mihi: qua ratione vestram non mutat voluntatem extrema, quam conspicitis, paupertas? Porro respondebo, quod in extrema hac abiectione illos Deus confirmiter suæ naturæ recipiat; quinimo hoc Orige. notauit in Iob: cum enim diabolus ei filios suos interfecisset, facultates, & domum vnius ex illis: Patriarchæ tamen domum in futurum reliquit intactam, & ita refert Euangelista: *Intrantes domum.* q. d. (notatore Caietan.) quod egressis hospitibus, B. Virgo ingrederetur, eligens sibi cubiculum quo Reges aduenas exciperet.

Psal. 47.

VIII. Dauidis psalmus eis applicatur.

Ganger. Serm. 1. de Natiuit.

Orige in Iob Caiet. in Math. c. 2.

Vel dicamus quod auctoritate fulgens illos recipiat; quandoquidem Matrem inueniendo cum filio, stella accurrerit, aliamque inuenerit vt eleganter Emissenus.

IX. Triplex stella

Stella filius eſt, ſtella Mater eſt, alia venit, deſignans in gratiam vtriuſque feſtum celebrari. Lucidior ſtella Chriſtus ex minori naſcitur Maria, & Maria ſtella brachiis ſuis virgineis Solem complectitur. *Stat ſtella ſuper ſtellam : Maria enim ſtella maris interpretatur. Stella itaque filius, ſtella & Mater. Stella oritur de ſtella, ſed maior qua oritur, quam illa de qua oritur.* Et conuerſus ad ſupremam omnium Reginam ac Dominam, hæc addit: *Quanta igitur tunc tibi exultatio fuerit*, ô *Virgo beatiſſima Maria, quis cogitare valeat, quando eum quem nuper genueras, iam quaſi Deum adorari videbas.* Quantus lætitiæ & exultationis Oceanus puriſſimam hanc inebriauit animam, quando vt Deum adorari conſpiciebat, quem recenter de nuptiali hoc thalamo admirata fuerat egredientem? Si filio tuo vt ſupremo Imperatori fidelitatis præſtent iuramentum: ſi ſe illi humiles proſternant Reges & Monarchæ: ſi manibus veſtris vt in altari araque diuina munera illi conſecrent, nos animas vt ſpolia pedibus his luciduſſimis ſubiecta dedicamus. Aurum in intellectu illuminato: thus in voluntate inflammata: myrrham in perpetuam eius memoriam quod amodo tolerare incipit; atque ex hac oblatione mediante Matre & gratiæ cæleſtis œconoma gloriam ſperamus conſequi ſempiternam. *Amen.*

Emiſſen. hodie.

CONCIO

CONCIO QVARTA
DE TRID. SALVAT. ABSENT.
ET EIVS IN TEMPLO
INVENTIONE

Remansit puer Iesus in Hierusalem. Luc. 2.

SALVTATIO.

HOdie liceret nobis effari eodem planè modo animam B. ſemper Virginis Organizari ſeu animari : quo corpus organizatur: vt enim hoc abſente anima ſqualles, ipsâ verò præſente illudq; informante perfectionem ſuam accipit & organizatur: ita conſiderandum, nobis eſt animam Sacratiſſimæ Virginis ex abſentia triduana filij ſui, pignoris quo nullum illi charius : imo velut animæ ſuæ, langueſcere mœrere, & quaſi interire: illo autem inuento quaſi reuiuiſcere, perfectionem ſuam ſplendoremque accipere ; quinimo potentias ſuas & organa: vt in noua anima, nouiſque potentiis, noua ac læta huius gaudij de inuento Ieſu gaudia recipiat. Virginalis illa facies qualem terra vmbris obſcuræ noctis obcæcabat, ad formoſiſſimi ſolis præſentiã denuo pulchra reuiuiſcit. Dum Patriarcha Iacob ſuperſtitem & incolumem adhuc viuere intelligit chariſſimum ſibi filium Ioſeph, quem ſibi imaginabatur mortuum humanis valedixiſſe, & licet ſi viueret, dolorẽ illi adferret grauem, ait textus : *Reuixit ſpiritus eius.* Vel vt legit D. Chry. *Reexcitatus eſt ſenex decrepitus, terram expectans.* Et ſimilitudinem adfert lampadis cuius radiorum clariſſimus fulgor ab oleo dependet, quo deficiente moritur, & cuius alimento reuiuiſcit. Idem contigit roſæ marceſcenti vel candido lilio aliquanto tempore à trunco ſuo reſciſſo ac ſeparato : etenim in aquæ vaſculo vigorem flaccida eius folia recipiunt. Lampadem diuinam nominat

Geneſ. 45. D. CHRYS. *Ho. 65. in Geneſ.*

D.BERN. Serm. 2. de Assumpt.

minat D. Bern. *Lampas ardentissima* : B. Virginem, Rosam ac Lilium conuallium. Sponsa gaudio supramodum inardescebat ex filij præsentia, balsamum erat enim illi & oleum cæleste. *Oleum effusum nomen tuum.* Ad maius Matris meritum, & nostrum documentum radios suos contrahit, & quasi lux illa ardens expirat, ac fertilis illa planta, marcescit sed hodie inter aquas scintillas emittit, vel mare id est castissimos oculos, qui crystalles effundunt abundantes, & gemmas prætiosissimas. Propitium sibi habebit Prædicator Euangelicus patrocinium diuinæ illius Maiestatis: vt autem gaudia illius & gratiam enarremus, illam postulemus vt nobis eam obtineat, velut eiusdem fons copiosissimus, dicentes: *Aue Maria.*

Cant. 10.

Discursus I. *In hac vita familiaris ac continua cum Deo non habetur conuersatio: numquam patitur perpetuo se videri, quinimo nonnumquam ab animabus perfectis faciem suam abscondit.*

Genes. 45. D. CHRYS. Ho. 65. in Genes.

NOcte quadam beata, & ipso meridiano sole clariori, in quo medio Angelo, ex quorundam opinione, vel per seipsum, vt alij sentiunt voluit Deus consolari viresque præbere Patriarchæ Iacob timenti aduentum ro-

Ioan. de Mata de Festis Dom.

burque fratris sui Esau: hic enim longo temporis interuallo (quod omnia in obliuionem trahit, adducitque mortem) grauiter ferebat sibi à fratre paterná ereptam benedictionem: accedit ergo Deus ad Iacob, extendit brachia, viribus adnititur, & satis crudum ingrauescit prœlium: quamuis amorosa foret contentio: cumque tota nocte in luctando perseuerasset, ad ortum auroræ, voce graui sic eum deprecatur: *Dimitte me: iam enim ascendit aurora*: brachia solue ô Iacob iam diei crepusculum irradiat. Mouet hic Oleaster difficultatem, & ait: quid refert auroræ splendor, & diei lux? qui nocte viribus pollet, an ad ortum diei fugit? quid hoc, inter tenebras obtinere victoriam, & ad clarissimos planetæ formosissimi radios se victum ostendere? Noui quorundam responsum: vt enim Deo proprium est orationi feruenti petita concedere qualis erat illa Iacob: vt ait Oseæ: *Fleuit & rogauit eum.* Et ille tempus Incarnationis postulabat abbreuiari, quod illi tunc reuelabatur, idem est ac si illi diceret. Quod pauper qualis tu petat à diuite, qualis ego, hic autem non faciat, res non est diei neque visu ac scitu digna: & quandoquidem nunc, quia non expedit, nec tempus illuxit, petitio tua consensum nequit impetrare: dimitte me, nemo me videat: ex hoc enim meæ libera-

I. Probatur allegorice in Iacob.

Genes. 32.

Osea 12.

 litati

litati maculam attraherem: *Dimitte me &c.*

Hugo Cardinalis ait hic instrui Prælatum, & qui curam habet animarum, vt aliquando contemplationem intermittat, & ministerio sibi magis proprio invigilet: *Quasi dicat Angelus Prælato contemplationi vacanti: desine à contemplatione & curre ad opera vitæ actiuæ.* Et hanc adiungit sententiam. *Sæpe enim melius inuenitur Dominus per operationis laborem, quam per otium contemplationis. Cant c. 3. In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni. Quid igitur facies? Et ipsa dicit. Surgam & circuibo ciuitatem.*

HVGO CARDIN. II. Et instruuntur Superiores.

Oleaster hic.

Sed acumen audiatur Oleastri. *Nolebat cognosci quantum ad effigiem: nolunt enim superni ciues sese tam palam ostendere, ne familiarius cognoscantur.* Non patiebatur Angelus, vt enim Iacob (tantus licet amicus) facie ad faciem intueretur. Cælestes spiritus, personæ alterius, vitæ Deus, & multa familiaritas sibi non conueniunt: nec ea est ipsorum praxis: quocirca se subducunt: & quando iam cum Patriarcha ad ortum auroræ videre poterat, rogat ille dimitti. Occultæ Angelorum facies continua conuersatione videri non possunt. *Dimitte me* &c.

Deus sibi populum Israel specialibus beneficiis electurus in peculium, leges illis præscribens & ceremonias: Moysi præcepit vt montem ascenderet, & ipso fastigium eius premente, cælum nubis mittit vmbraculum, quo sextiduo opertus latebat, vsque dum septimo die illucescente Dominus illum ex obscuræ nubis caligine euocaret. *Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Sinai tegens illum nube sex diebus; septimo autem die vocauit eum de medio caliginis.* Pressit Oleastrum secessus hic Dei cum Moyse, mora hæc sextidua nubes & montis caligo. Quæro igitur an frequenter Scriptura nobis non describat Deum in igne, flammis sole, & splendoribus? *In sole posuit tabernaculum suum; ignis ante ipsum præcedet.* Et alter Propheta: *splendor eius vt lux erit.* Si totus splendor sit vt quid modo caligo & quod mireris cum Moyse amico suo & familiari? Quænam esse potest causa tanti secessus diuini & familiaritatis cum seruo adeo fideli? Sed rationem audiamus. *Voluit ad septem dies eum in monte expectare, ne ex familiaritate superbiret.* Vim rationis expendamus. Expectet Moyses septiduo, ne pectori eius superbia irrepat ex tam subita cum Deo familiaritate. q. d. ita ex messe & facultatibus suis homo in arrogantiam erigitur, ita temerarius & superbus, vt si diuinis magis abundaret, Deumque semper intueretur, de se posset iactanter gloriari. Vt autem Moyses nouerit vitam

III. Similiter in Moyse.

Exo. 24.

Psal. 18.

Psal. 96.

Abac. 3.

Oleast. in Exod. 24.

vitam hanc nō nisi peregrinationem esse, & in ipsa cælum portatile, conuersationē cum Deo negari posse; eius delicias aciculis alligatas, & tandem mutationibus & constantiis esse subiectas: non quàm primum montē ascendit, Deum clare cōtempletur, sed hæreat aliquantisper: nam si ex vna parte vocetur: *Vocauit eum Dominus*: nihilominus ex altera moram trahat sextiduanā. *Tegens illum nube sex diebus.* Apparet Angelus Gedeoni eumque pacifice salutat: *Dominus tecum, virorum fortissime.* Ecce Deus te sibi in Ducem elegit populo suo Israel: vt oppressum eum de manibus liberes Madianitarum. Incipit sermones cum eo commiscere, & quando eum opportune iam cognouit cęlestem esse spiritum: inter flammas fumumque sacrificij quod offerebat, euanescebat Angelus. O cælestis spiritus volatum cohibe, an modo dū te cognoscit Gedeon, auolas? Tantillum morare donec ille te gratus dimittat. Cur ita festinas? Vt opinor ita respondet: Auolo, quia me quis sim agnoscit: non multa permittitur communicatio tempusq; cū Angelo, quando vir cui loquitur, non quis sit agnoscit; porro cū illum agnoscit, tam breui tēporis spatio cælestibus cum terrigenis adhæret: nam superflua familiaritas inuisibilis substantiæ non conuenit creaturę visibili & mortali, nec vllam patitur moram, & licet per flammas ascendat, ipsæ velum oppandeat inuisibili eius essentiæ hominumq; oculis. Acumen Caiet. vno verbo cōplectar. *Itaque eum primùm Gedeon cognouit illū esse Angelum, & Angelus incepit recedere.* Priusquā agnosceretur, quietus manebat, sed cognitus nō sistit, at citius auolat: *Statim incepit recedere.* Abire eumq; adhuc loquentē deserere idem sunt: ac si dedecori sibi duceret longiorem cum illo miscere sermonem.

IV. Angeli vt cognoscū tur, statim se subducunt. *Iudic.6.*

Caiet in Iud.6.

Explicat D. Chrys. miraculum de multiplicatione quinque panū narrante historiam D. Mattheo, licet à D. Ioan. fusius hoc conuiuiū exponatur, cum regale sit & diuina benignitate dignissimum. Vnam ex his circumstantiā euoluamus. Manibus suis Creator panes sumit, terra fertili, quæ pro vno centum retribuit, illis benedicit, iubetque distribui. Perpēdit D. Chry. Saluatoris nostri manus, & finē cur velit distribui panes, & ait: Quis vidit vnquam panes diuisos conuiuis antequam mensæ accūbant, apponi? Noueris ô Domine: cum enim tuū sit hoc cōuiuium, liberalis necesse est vt illud effusio comitetur, integri dentur illis panes, & hoc modo excipiantur: hoc enim patentius potentiæ tuæ præbebit argumentum, quorum abundantia apud eos qui te cognoscunt maiorem conciliabit auctoritatem: diuidant illos inter se, non confracti de manibus prodeant

Matth.14. Ioan.6.

V. Nulli datur hic panis integer.

Apostolicis: arguent eum hic nescio quandam auaritiam ciborumqueparcitatem. Sed notandũ hic occurrit mysteriũ. Nemo dubitat quin illo qui panes multiplicauerit, integros dare potuerit, porro cum panis eiusque manducatio in S. Litteris Dei denotet cognitionem. *Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus:* assidere autem mensæ familiaritatis sit argumentum; in hac vita Deus numquam integrum largitur panem, diuisum autem sic; nec integre se præbet comedendum, nec exhibet videndum: quocirca diuidatur panis: quia partes tantum ac panis reliquiæ populi destribuuntur. Audiamus conceptum: *Non integri quidem panes: vt ostenderit illorum panum has esse reliquias*: q. d. nisi mensa esset, & Dei festiuitas, atque in hoc mundo, panes tribuerentur integri: porro pateat omnibus esse tãtum reliquias & fragmenta panum Dei: cuius familiaris conuersatio non est continua, sed per horas, tempus occasiones, puncta, locaque distributa.

D. CHRYS. Ho. 5. in Matth.
Eccli. 15.

Insignes habuit D. Ioannes Euangelista reuelationes sed vna me figere pedem cogit: ait: *Factum est silentium in cælo quasi media hora.* Quis tale quid imaginaretur? In patria illa cælesti, vbi adimi Sancti omnes ex cantu trahunt stipendia: *Exaltationes Dei in gutture vel in faucibus eorum:* vbi inquam, ipsomet referente D. Ioanne, *Requiem non habebant die ac nocte dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Quæ nouitas hæc adeo peregrina? Angelicis manibus musicæ instrumenta quid hoc? In cælo & silentium? Per cælum hoc non intelligitur Empyrium, in quo triumphãt electi Dei, sed Ecclesia hæc militans, cum D. Gregorio: *Regnum calorum præsentis temporis Ecclesia dicitur.* Hac firmata hypothesi tota cessat admiratio. Si in gloria fieret: ibi numquam beati à laudando Deum cessant: perpetuis bonis fruuntur cælestibus, quæ continuis grati laudibus extollunt: in hac autem valle lacrymarum: sicut non habetur perpetua cum Deo conuersatio, potest debetque vocari silentium, pausatio, interruptio: nonnumquam etenim bono fruimur, & mox illo recedente priuamur, estque tempus adeo modicum vt noluerit D. Bernard. sicut & D. Ioannes, hora fuerit integra, sed quod illam diuiserit mediam, integram enim scimus Deum in hac vita dare nemini. Loquatur solitâ suâ ac mellifluâ elegantiâ D. Bernard. experientiâ doctus: *Nascitur in corde iubilus quidam scilicet mellifluus cordis riuus, quem nemo scit, nisi qui sentit, nec etiam ipse qui sentit: quia cito pertransit. Felix hora, sed breuis mora: quia factum est silentium in cælo quasi mediâ horâ.* q. d. Quoties sensi in anima mea suauitatem quan-

Apoc. 8.
Psal. 149.
Apoc. 4. VI. Et cantantibus fit silentium m: diâ horâ.
D. GREG. Ho. 12 in Euangel.
Genes. 42. VII. Et Deus, Ioseph, loquitur per interpretẽ.
D. BERN. Serm. 2. Pascha de Emaus.
Nota

quandam ac dulcedinem, riuum lactis & mellis, velut terræ promissionis, iubilum, consolationem adeo magnam, vt nullus eam, nisi sentiens agnoscat: melius dixero, nec eam sentiens agnoscit: quia transeunter tantum adest, citoque auolat: Beatam horam te dixero, sed non horam, cum nisi mediâ horâ licet ea perfrui. Cui continuò præclaram annectit allusionem ad historiam Ioseph: hic enim Prorex in Ægypto imperans, cognoscēs fratres suos ab eis tamen non agnitus, quasi paterni idiomatis ignarus, per interpretem illis loquebatur. Deus hic agnoscitur: qui licet iustos tanto amore prosequatur, in hac tamen vita se abscondit, & raro proprio loquitur idiomate, nec videri se aperte permittit: *Sed adhuc loquitur Ioseph per interpretem fratribus suis, adhuc dissimulat suam nobis exhibere dulcissimam visionem. Quid enim? Mortales sumus, in exilio degimus, nec illam perfectæ visionis lætabundam beatitudinem, præ multitudine gloriæ habere valemus. Quis enim posset inter illa superfluentis iubilationis gaudia spirare, quæ dabuntur in patria: cum illa etiam stilla dulcedinis, quā nobis in via exhibet in patria peregrina, totam mentem inebriet, & totam cordis latitudinem nouis deliciis coangustet?* Nulla datur capacitas, nullus sinus qui pleno gurgite bonis hic gaudeat æternis

Genes. 42.

VII. Et Deus, vt Ioseph, loquitur per interpretē.

patriæ cælestis prælibet voluptates, huius ignis vel scintilla tantum, huius pelagi vel gutta solum gustanda conceditur: præcipuum autem excusatum negatur, & de continuis beneficijs ac fauoribus omnis hic viuens expellitur.

Eximius ille Pater spiritualis ac doctus Rupertus de se narrat: Manum vidi de cælorum vertice descendentem, dum orationi vacarem, quam cum meæ conarer coniungere, se eo modo in altum retraxit, quo meam ego extenderem: per hoc intelligit id quod modo tractamus. Eius sunt hæc verba. *Mouit & excussit se manus illa, oleo suauior, pennâ volucris agilior, motuque suo dedit intelligi, quod ille cuius erat manus, nollet se apprehendi.* O manus diuina, balsamo suauior, auibus velocibus agilior, qualiter mihi significasti velocissimo tuo motu, quod ille Dominus, cuius erat manus, nolit nostra suam in hoc mundo perpetuò teneri constrictam: sed si quando consolationem infundat, ita breuis sit, vt statim euolare conspiciatur. Introducit Salomon cælestem spōsum amicæ sponsæ suæ blandientem: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni.* Exurge ab otio tuo sancto, & sublimi sublimium contemplatione, omnibus valedic: *Surge.* Hæc audiens D. Bern. totus attonitus ait: *Quis hoc dicit? Absque dubio*

Rupert. l. 5. in Cant.

Cant. 2.

D. Bern. Serm. 58 in Cant.

sponsus: Et nonne ipse est qui, paulo, ante suscitari dilectam tantopere prohibebat, à suauissimo nimirum suo somno? *Ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam*. Quænam igitur hæc tam repentina mutatio? Sedeat, Domine mi, dulcissimis tuis inebriata brachiis, quibus ita demulcetur, & lætatur quod illis eam fulcias: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Quieta sedeat, vt quid toties repetis: *Surge propera, veni*. Idem cõtemplor (inquit præfatus Sanctus) in vltima nocte vitæ Saluatoris: cum enim dixisset dilectis sibi Apostolis Petro Iacobo & Ioanni, quos in hortum secum adduxerat agoniæ suæ testes futuros. *Dormite iam & requiescite*: confestim illos surgere iubet, sibique comites adhærere *Surgite, eamus; ecce appropinquat qui, me tradet. Venit in mentem simile quid ex Euangelio: ea quippe nocte qua Dominus tradebatur, cum fatigatos productioribus vigiliis discipulos qui secum erant, dormire demum & requiescere præcepisset: in ipsa hora surgere cogit. Surgite, eamus, inquit. Ecce appropinquat qui me tradet. Nunc quoque similiter, vno pene momento & prohibet suscitari sponsam & suscitat: Surge, inquiens, & veni. Quid sibi itaque vult tam subita ista mutatio voluntatis siue consilij?* Ipse D. Bernard. nodum soluet, quem tam strictè proposuit. Suauis ille animæ somnus, significat in S. Pagina consolationes diuinas & gloriæ dulcedinem qua anima recreatur: vt autem constet bona hæc non esse firmiter radicata, sed mobilia, non stantia sed itinerantia: quamuis illam vt amicam, columbam, & formosam excipiat, & hoc quidem multum apud Deum censeatur, nihilominus ex eius brachiis subito discedit. Idcirco ea dicit quæ dicit, & facit quę facit: *Agnoscite eos quas vobis commendaui, & non semel vicissitudinis vtique sanctæ quietis, ac necessariæ actionis: & quod non sit in hac vita copia contemplandi nec diuturnitas otij.* Quid hoc elegantius? Profectò, nihil.

VII. Et sponsa dormiens excitatur.

Matth. 26.

Matth. 26.

Idẽ effatus est Discipulis illius Gillebertus circa thronum Salomonis ex ligno Libani fabrefactũ, cuius reclinatorium erat aureum, gradus seu ascensus ex purpura: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon* &c. Attendite quam pretiosus, splendidus ac rutilans fuerit thalamus iste nuptialis, quo Deus vehitur amore flagrans animæ vehementissimo. Verè igitur Doctori visus est fulgor iste fulgur esse, & huic illum comparat, nam in ictu oculi euanescit, & pertrãsit. *Fulgor iste, fulguri comparatur, in momento fit, in ictu oculi.* Vnde exclamat. *Vere insignis dies, vbi diuina Maiestas se manifestat. Nihil insignius, sed nihil succinctius, diem dixi, hora est.* O fulgidum diem, quando se

Cant. 3.

Gillebert. Serm. 18 in Cant.

Deus

Deus reuelat, ad transitum gaudij & lucis est ipsa breuitas. Porro est qui male vocauerit illum diem integrum, non est enim, sed hora est, punctum & momẽtum. Oculos coniiciamus in supremam omnium Reginam Mariam: cum enim cælum esset & thronus Dei, in qua ita firmiter ipsa diuinitas residebat, ad cuius spiritum gaudia redundabant, libera tamen non fuit ab hoc pelago vicissitudinum. Adest illi Archangelus legatus, concipit Virgo Verbum, Matrem Dei se lætatur, intactam miratur Virginem, sine dolore peperisse gaudet, gloria circumdatur, acclamant Infanti chori cælestium, visitant puerum in cunis Pastores, adoratur à Regibus. An huic consolationi, seu lætitiæ alia potest æquipararì? Verum illam aqua dilutam inspiciamus. Octiduanum dolet sanguinem effundere purpureum: iam quadraginta dierum infantem appellat Simeon doloris materni gladium. Herodes furit quæritque ad necem. Noctu secedit in Ægyptum septennali hærens exilio. Hodie duodennus perditur, & amantissima illa lux eclipsim patitur, cum defectibus Lunæ eiusque incrementis: quinimo manet formosa: quia spiritualiter perdere non potest Deum Mater Dei, Deoque plena: imo fuit *Pulchra vt luna*, dum voluptate crescit, & tristitia decrescit.

IX. Et hodie in B. Virgine demonstratur.

Gillebert. Serm. 18 in Cant.

Discursus II. *Absens seu perditum bonum & tale cognitum, grauiorem prouocat in illo requirendo solicitudinem: vnde quandoque Deus absentiam interponit, vt quæsitus & inuentus, magis meritoria dulciorque fiat animæ eius præsentia.*

Amorosa dulcique quærimonia, eius induens affectum quæ te nostra induit natura Deus meus, discursum hunc ingredior, nixus doctissimis verbis Gilleberti discipuli quondam D. Bernard. qui verba illa sponsæ: *Quæsiui illum & non inueni*: Ori imponit B. Virginis Mariæ, & attonitus eius nomine ita fatur: *Ego me totam ad quærendum impendo, & tu te suspendis sponsus & frater?* Et ilico. *In te omne desiderium meum, vt quid non ante te? Vt quid absconditus est à te genitus meus, qui totus est per te? Dissimulas & differs, & auertis faciem tuam à me, & facta sum conturbata. Propterea queror, & causor & clamito: non inueni illum, felix conditio quando datum fuerit mihi dicere, dilectus meus mihi & ego illi: nũc vero ego dilecto meo, sed nondum ad me conuersio eius.* Totam me impendo (inquit Maria) ad te amandum & in tui amorem, & huic animæ præsen-

Cant. 3.

Gillebert. in Cant. Ser. 3.

B. Mariæ planctus describitur.

præſentiæ tuę ſuſpendis delicias. Diſſimulationibus & dilationibus fugis ab ipſa tui amante & amata Matre: quocirca in ſulſum degenero pelagus & in aquas conuertor amariſſimas. O fauſtiſſimum illud tempus, in quo dicebam exultans: *Dilectus meus mihi & ego illi.* Sed modo queri poſſum, quandoquidem tali ſpiritus anxietate quæram illum: quod ego illi, ſed neſcio qua ratione verificari poſsit illud: & ille mihi, ſi ipſum minime inueniam? Ipſe ſol eſt, ego luna, radiis illius careo, nubibus inuoluor triſtioribus & peplo contegor nigriori. Quis vnquam arbitraretur in lingua mea poſſe hoc inueniri: *Non inueni?*

Cant. 2.

Huic modo argumento reſpondeamus, cum ſubtile ſit & doctrinam ac conſolationem inuoluat, pro virtutum ſectatoribus. Non mirentur: dum enim Deus ſemel iam cognitus & ab anima dilectus, delicias ſuas ſubtrahit, nihil aliud facit, quam ſi aquam fornaci iniiciat, qua vehementius accendatur, & grauiori eum quærat diligentia vt quem cum inuenerit vberiori gaudio ex tanti boni poſſeſsione mulceatur. Poſtquam Saluator noſter patraſſet miraculum illud adeo celebre vt ipſum mare Tyberiadis lingua ſua illud buccinaret, ipſum in Regem turba voluit exaltare (tantam habent beneficia, collata potentiam): vt autem mundanas ſemper fugit dignitates, fugit in montem ipſe ſolus, & Diſcipuli nauigio digreſsi, quæſierunt illum donec inuenirent: *Cum aſcendiſſent in nauim* (inquit Euangeliſta) *venerunt trans mare in Capharnaum, & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad illos Ieſus.* Ad quæ verba ſic D. Chryſoſt. Notandum quod adeo proficuus Chriſtus diſcipulis ſuis hoc tempore fuerit, abſens, atque alio præſens: etenim ad eorum vtilitatem & ſalutem cuncta dirigebat: *Non præſens tantum Diſcipulis ſuis Jeſus, ſed à longe abſens, eorum ſtudet vtilitati.* Expendamus modo quod illis inde poterat ſequi commodum? Deus & abſens an vtilis eſſe poſsit animæ? Si ſol deficeret, bonum, & vita & lux: nam hæc omnia Chriſtus eſt, & deficiat quomodo quadrat, quod ſecedens & abſens: *Eorum ſtudet vtilitati?* Reſpondet D. Chryſ. cum quæſiſiuiſſet: *Quamobrem autem dimiſit Diſcipulos Ieſus, & rurſus apparet ſolus ſuper mare ambulans? Vt eos erudiret quam graue ipſis eſſet ſolos relinqui, & maius ſui faceret deſiderium.*

II. Cur Deus ſe animæ ſubtrahat.

Ioan. 6.

III. Ad excitandum ſui deſiderium.

D. Chrys. Ho. 42. in Ioan.

Duo Diſcipulos hoc ſuo receſſu docere intendit. Nimirum, quam funeſtum eſſet & triſte Deum abeſſe, quamque meritorium ardenti affectu illum requirere, qui ex procraſtinato eius conſpectu & abſente præſentia naſcebatur. Ardet anima, ſpiritus in-

inflammatur, dirumpitur flagrãs anima quæ vel semel tantum Dei gustauit dulcedinem, ipsum tamen non cernit quamuis hoc ei cedat in vtilitatem: nam in rebus etiam diuinis vestigium habet aliquod veritatis prouerbium illud, quod in humanis dicitur: familiaritas parit contemptum: vt autem talis non oriatur, imo potius desiderium accendatur vehementius, præsentiam sui suspendit Deus: & hoc est illud D. Chrysostomi. *Vt maius sui faceret desiderium.* Et patuit in Discipulis vt notat D. Chrysost. quandoquidem in mari & tenebris metu perterriti fluctuent donec illum inueniant: argumentum hoc est amoris Apostolorum euidentissimum: quod per hæc velut in via & periculosa crescebant eorum erga Magistrum suum desideria. Explicet se D. Chrysost. *Vt autem sero factum est descenderunt Discipuli eius ad mare, & ad vesperum vsque Iesu reditum expectarunt: inde ob immensum in eum amorẽ adhuc eũ quærere non cessant. Non dicunt, vesper est, tenebræ nos comprehendunt: Quo ibimus? loca periculosa sũt periculosum tẽpus; sed Magistri desiderio nauem ascendunt, neque abs re Euangelista tempus significauit: vt ex eo vehementissimam eorum dilectionem ostenderet.* Occurrunt passim periculis, transeunt angiportus, pernauigant loca periculosa Christum absentem quæsituri, quod pro eo iam præsente non faciunt: vtilis ergo illis est omnique animæ fuga hæc & recessus Dei.

Ioan. 6.
III. Ad excitandum sui desiderium.
IV. Probatur Discipulis.
D. Chrys. Ho. 42. in Ioan.

Historiam lego proposito maxime quadrantem. Cum Moyses populum Dei Dux præcessisset eum ad terram deducturus Promissionis, iamque ad ripas peruenisset Iordanis, ex cuius altera parte primi erant limites terræ Promissionis, naturali motus desiderio, quo quisque feruet, gloriosum operum suorum quæ iam incepit finem assequendi: Deum instanter deprecatus est vt ei terram Promissionis liceret ingredi transmisso Iordane. Negatur illi, quinimo perpetuum illi de hoc transitu silentium imponitur, tantum illi conceditur vt ascendens in cacumen montis & inde terram oculis suis contempletur cuius possessionis tam flagranti desiderio tenebatur. *Iratusque est mihi Dominus* (ait populo) *propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. Ascende ad cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad Occidentem & Aquilonem, Austrumque & Orientem, & aspice: nec enim transibis Iordanem istum.* Intercurrit hic Oleaster, & ait: Domine mi: quandoquidem Moyses adeo vicinus sit, vt nec passus illi desit, satisfacito eius desideriis, vt ex hoc moriens capiat consolationem,

V. Similiter in Moyse.
Deuter. 3.

quod diuisorem egerit nouarum coloniarum populi Israel quas eduxit de terra Ægypti. Seueritatem spirat si saltem hoc illi non concedatur in tantarum molestiarum, peregrinationis, laborumq; compensationem. Eximium audite responsum. *Qua in re aduerte Deum in hac vita non satiare suos, sed bonis, à longe ostensis, desideriũ excitare*, in ordine ad eiusdem assecutionem: vt autem Moyses amicus erat Deo familiaris, terra autem Promissionis gloriam præferebat: vt multum illi conceditur eiusdem conspectio, possessio vero nequaquam: quia vehementiori desiderio prouocatur & ad eius consecutionem animatur.

Olcast. ibi.

Accedit ad ostium sponsæ sponsus, pulsat & clamat: quando autẽ illa, licet prius tardior, portum aperit: *Iam ille declinauerat, atque transierat.* Actionem hanc attendit Gillebertus & ait: *Cur abis Iesu bone? Cur declinas? Cur defraudas dilectã à desiderio suo?* Cur illi votorum eius, quibus te quærit anima non adfers complementum? Si clames, indubie ingressum postulas: ingredere in cor eius: patet enim: si vero intrare nõ intendis, vt quid clamitas? O sublime documentum! Cupit intrare, & hac intentione vociferatur: sed dum porta illi aperitur se subducit & trãsit: quo charitatem accendit, amorẽ inflammat: vt crescẽte sollicitudine, crescat & animæ meritũ: nec enim sciremus quam feruenter Deum diligeret, nisi vehementes affectus quibus Deum quærit, in illa noscerentur. Domo egreditur, plateas pertransit, & fora, durius à custodibus excipitur: hæc omnia feruentis sunt amoris argumenta. Verba Doctoris nolim subticere. *An forte hoc modo in maiorem auiditatem & ardentius desiderium cõcupiscentiam protrahis, dum copiam subtrahis? ita est, istæ amoris fallaciæ ipsum amorem magis inflammant, ad eius cumulum proficiunt, cum sic decipiunt.* Et concludit. *Quibusdam vix agnitus est, & iam elapsus est, non se patitur ab aliquibus tangi.* Beneficium est fauorque concessus animæ: hac quippe amati absẽtiâ feruentius amore Dei incalescit.

Cant. 5.

Gillebert. Serm. 24. in Cant.

VI. Idcirco sponsus pulsans, tamen abit.

D. Greg. Ho. 5. in Ezech.

Vidit Ezechiel Propheta mysticũ illũ Dei currum ex cuius rotis & throno flammis igneq; accenso fulgur egrediebatur: quod summa celeritate modo se manifestabat, modo occultabat. *Hac erat visio discurrens* &c. D. Greg. per sancta hæc animalia quæ hũc Dei currũ protrahebant viros intelligit perfectiores: ignis & fulgur denotat Spiritum S. Quid ergo significant discursus illi, varij regressus: modo manifestare se, & illico se subducere? Id quod præ manibus habemus. Quam familiarem & beneuolum se aliquando Deus exhibet! quantis affluit deliciis, quantaque feruet charitate? quam aridus alias &

Ezech. 1.

contractus? Ipsa animæ dulcedo qua ad ortum solis ab illo reficeris & dum illum ad vesperã quæris ipse horror, eo diriguntur vt in anima nostra sui generet auiditatem, atque idcirco dum eo gaudemus, recessum meditatur. *Inter perfectos autem discurrit spiritus: quia etsi ab eorum cordibus ad momentum recedit, citius redit.* Abscessus autem hic facit, vt non modo nõ tepescat, sed potius incalescat, quæ forte continuatâ præsentiâ periclitaretur.

D.Greg. Ho.5.in Ezech.

Ipsa Resurrectionis & gloriæ Saluatoris festiuitate tendebant in Emmaus bini illi Discipuli hoc itinere celebres. Occurrit illis Christus, sermones comscet, ad itineris perueniunt terminum, aitque textus: socium rogauerunt: *Mane nobiscũ Domine: quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies?* Ipse autem *finxit se longius ire*, vsquedũ velut importuna violẽtia, & verbis vrbanioribus cogerent illum vt maneret. Non leuiter pertransit Caiet. illud: *Finxit se longius ire.* Quæ poterat ratio mouere Deum, qui est ipsa veritas ac synceritas; tales exhibere demõstrationes ex quibus colligi posset, velle se illud, quod non erat facturus? Cui seruit hoc (Domine mi) tot velle te precibus vrgeri, si mansurus sis? Hanc dicit Caiet. fuisse rationem: *Ad excitandum amorẽ Discipulorum, & vt tali merito disponerentur ad hoc, vt aperirentur oculi eorum.* Astutiæ fuerunt & amoris stratagemata, fraudes Deiq; doli: quia eo modo quo verbis ab illo perceptis corda eorum media ex parte captiuabantur, ita recessu suo & absentia augebatur ignis, quo anima eorum inardescebat. Eo fine se habet, quasi abire contenderet. *Ad excitandum amorem.* Idem affirmat in eodem casu præclare D. Bern. *Et ideo fortasse subtraxit se, quo auidius reuocaretur, teneretur fortius: nam aliquando finxit se longius ire: non quia hoc volebat, sed volebat audire: Mane nobiscum Domine &c.*

Luc.24. VII. Et Christus finxit se longius ire.

Caiet. ibi.

D.Bern. Serm.74.in Cant.

Puncto huic finem imponant bini illi familiares binique soles Ecclesiæ D. Ambros. & D. Aug. Exorditur D. Ambros. perpendẽs quod sicut animam numquam in perpetuum Deus deserit, quæ est vera absentia, ita relinquere illã ad virtutis exercitiũ, vel ad probationem, vel aliis de causis, cedit in eius ita derelictæ vtilitatem. Ad hoc explicat hanc Dauidis petitionem: *Non me derelinquas vsquequaque*, id est, *Penitus, ad nimietatem*, vt habet Græcus textus. Nõ me Domine derelinquas omnimode. Cuius D. Ambros. rationem ponit: *Quia nullus potest esse perfectus sine fauore Dei, neque tutus: ideo rogare debet, ne penitus eum derelinquat Deus: nam supra rogauit Dauid, ne relinqueretur, dicens: ne derelinquas me Domine Deus meus, hic ait: ne derelinquas me vsque-*

Psal.118.

D.Ambr. ibi.

VIII. Deus diuerso modo deserit hominem.

vsquequaque, id est nullum. Supra forte, quasi adhuc imperfectus, & in magnis perturbationibus positus se derelinqui timebat: hic autem iam fortior, non timet derelinqui vt teneretur, sed rogat ne penitus derelinquatur. Plerumque autem derelinquit Deus quos vult probari, penitus autem derelinquit, quos deserit. Quia non contradicit aliquem à Deo deseri, quem probare intendit vel exercere, quod illi cedit in beneficium, sed seueritatem indicat, quando Deus sic aliquem deserit, vt nūquam reuertatur. Manū porrigat D. Ambr.

Nota

D. Augustinus, à quo baptismum accepit. *Sed ne timeas O sponsa, ne desperes, nec existimes te contemni, si paulisper subtrahit tibi sponsus faciem suam: omnia ista cooperantur tibi in bonum, & de accessu & recessu lucrū acquiris. Tibi venit, tibi & recedit. Venit ad consolationem, recedit, ad cautelam, ne magnitudo reuelationum extollat te &c.* Vel te conseruat in humili cognitione paucarum virium quas ipso absente habes: vel excitat nouasque flammas amori tuo adauget, tandem expecta, spera, continere & patienter age.

D. Avgvs. l Scala Paradisi c 8.

Euangelicam repetamus historiam: Cum igitur diuersis itineribus viri ac mulieres in domos suas reuerterentur, & Maria Mater, ac Ioseph domum repetijssent, dum vterque cogitat sibique persuadet puerum Iesum in alterius comitatu congredi: dum toti sunt solliciti quo radiis formosissimi solis illius recrearentur, & ne terra absentiæ eius interponeretur; qualis eclipsis, quantæ tenebræ, quæ vmbræ producebantur in pectoribus illis virgineis Mariæ & Ioseph? Hoc primum foret Matris eloquium. Domine vbinam hæsit puerulus? An ergo tecum non est regressus? Responderet Ioseph. Verbum dixi: sed sagitta est brachio emissa fortiori, quæ virginis cor perfodiens, ex eo scintillas eduxit, & suspiria ac lacrymas ex oculis, dum anima eius liquefacta est in campana vitrea feruentissimi doloris. Tantus est dolor ei amissæ, quantus erat amor habiti. *Amor meus quantus est in possidendo, tantus est dolor in amittendo*: loquitur D. Aug. Perduntur nonnulla, & vere perduntur, atque vt talia illa deploramus & lugemus plurimum: Pater, filius, sponsus, facultates. Sed dum diuersis contingunt temporibus, locus datur consolationi, dum inter pœnam intercurrunt induciæ. Porro B. Virgo iacturam hic patitur patris, filij, thesaurorum: quid miramur si fluctus intumescant, ventis concussi contrariis, & in spiritu eius tempestas exurgat non vulgaris? Quisnam ô Domina cæleste cor illud lugubri contexit amicta lætitiæ diuinæ receptaculum? Puer non comparet: candida columba quis dulciū oculorum tuorum turbauit serenita-

IX. Mariæ dolor exprimitur, & desiderium videndi Christum.

D. Avgvs. l. 10 de Ciuit. c. 10.

nitatem? Puer non comparet. Quis te diuitem argenti & auri fodinam: *Et aurum terræ illius optimum est*, ex tantis diuitiis ad tantam deiecit paupertatẽ? Puer non comparet. Quis dubitat, quin ardentem proferens querimoniã dolore filij suspenderetur? dolor erat ex Iesu perdito: desiderium, an forte verbum aliquod de dilecto sibi pignore perciperet.

Genes. 2.

Hoc tibi Ezechiel Virgo prædixit: *Prope est dies accisionis, & non gloria montium*. Legit Brixianus. *Et non echo montium*. Nulla iam ô ter maxima Regina fulget gloria, nec echo auditur in montibus. Mons es, mons quoque filius, & dum neuter loquitur, nec echo resonat Paterni Verbi in auribus Matris, dum filij deficit Echo, omnis à Matre gloria recessit. *Non gloria, non echo montium*. Et cum iam mihi fili mi non respondeas rogo te Pater mi cælestis, vt audias me. Lege veteri præscriptum erat, vt si quis auium pullos è nido tolleret, Matrem sineret in agrum auolare. Absentem lugeo formosam gratamque mihi auem ex nido & vmbraculo brachiorum meorum: & libertati meæ vitæque renuntio: cum filio orbata lugeam: & cum ab æterno vester fuerit, illum mihi in tempore dedisti, vt etiam meus foret: nec illum contempler, nec vitam nec volo libertatem. Si culpa mea sit quod debito illum honore & deliciis non exceperim: atque idcirco ex Materno ad Paternum recesserit pectus: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me*. Qua ratione vel vnico viuam momento, sine vita, sine corde: est enim mihi Iesus cor, & vita, finis & meæ omnis gloriæ terminus: labia mea non claudentur, nec lingua obmutescet. *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam*: Donec animam meam ardere conspiciam, requiem membris meis fatigatis non impertiar, nec sollicitudini meæ soporem: *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino*. Donec brachiis meis illum constringens dicere possim quod toties de brachiis illius expertus sum. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*.

Ezech. 7.

D. Augus. l. 10 de Caiet. c. 10.

Deut. 22.

Psal. 50.

Isa. 62.

Psa. 131.

Cant. 2.

IX. Mariæ dolor exprimitur, & desiderium videndi Christum.

Discursus III. *Sicut ad Dei præsentiam omnia conueniunt felicia: ita eo absente omnia conuolant sinistra: & iustus ille debitusque tantum est dolor, quem prouocat iactura spiritualium*.

SErenum cælum animam esse bene dixeris gratia Dei dotatam, gloriosam ac beatam illam appello. E contra vero nouitius inferni dicitur peccator, naufragia patitur, & falsa est omnis eius voluptas: vt enim bonam con-

ſcientiam quies ſequitur & ſerenitas, ita malam inquietudo turbat & tempeſtas. Proceſſum criminalem obiecerunt Scribæ & Phariſæi Saluatori noſtro: quare diſcipuli eius non tam frequẽter ieiunia celebrarent, nec triſtitiæ ſigna darent, vt ipſi, & illi qui eo tempore claſſem frequentabãt Ioannis Baptiſtę. Reſpondet illis. *Numquid poſſunt filij nuptiarum, quamdiu ſponſus eſt cum illis, ieiunare?* Tempori nuptiarum iucundo repugnant triſtitiæ ſigna, plãctus, & ſuſpiria: cuncta gaudiis replentur. Apoſtoli mei comitantur me, qui ſponſus ſum Eccleſiæ. Veniet tempus quo abſentem me ab illa & quantum ad præſentiam corporalem, ab illis, & tunc ieiunabunt: *Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Egregie notat Victor Antiochen. quid cauſæ eſſe poſſit, cur Chriſtus iam moriturus, tempori quo ad illius effectum internos viuebat, titulos det nuptiarum adeo ab omni dolore alienos? *Tempus nuptiarum.* Reſpondet: ita conſtanter adhærere gaudia diuinæ præſentiæ, vt quatenus ſignificaret nullã eſſe poſſe triſtitiam, vbi Deus eſt hoc nomine nuptiarum illud cõpellet: quia mille demulcet animã conſolationibus. Adſpiro ad eius verba. *Dominus autem tempus, quo in carne cum Diſcipulis familiariter verſabatur, nuptias vocat, quia omnem ægritudinem omnemque animi moleſtiam ſecludere ſecundum ſe natum erat. Is enim iuſtã lugndi cauſam habet, qui bonum quod deſiderat, non obtinet: ſi quidem optati boni abſentia ſua natura affligere ſolet.* Nulla mecum eſt ægritudo, nec illam mihi collaterales experiuntur: mihi etenim conſpectui alligatum eſt omne lenimentum.

Matth. 9. 1.

Deo præſento omnia lætu & nuptiæ.

Victor Antioch. in Marc. To. 1: Bibloot. PP.

Aſcenderunt cum Chriſto in nauim Apoſt. (ita refert D. Matth. furere incipit aquarum elementum, fluctus mittit in nauim, & vndis cæli oppugnat ſidera. Narrat autem Euangeliſta: turbato tantopere mari, & metu conſternatis Apoſtolis, ipſe Chriſtus dormiebat, vel ſaltem præ laſſitudine corporis præferebat ſe dormientem. Somnum hunc admiratur Caiet. *Ipſe vero dormiebat*, & ſcrutaturus huius ſomni rationẽ, vel diuinæ ſuſpenſionis cauſam, quęrit; quid tandem foret? Si diſcipuli paſſuri erant naufragium, periculo expoſiti, tẽpeſtatibus iactati, oculos non claudat, vt videntes quod ab illis conſpiciatur vires animumque recuperent. Qua de cauſa, Deus meus clariſſima illa occludis lumina: in quibus ſerenitas conſiſtit, mariſque tranquillitas, teque periculo exponis ne forte quiſquam deluſus te iudicet aſperum, amicos tuos grauiſſimis oppreſſos anguſtiis derelinquentem. Nemo Chriſtũ reprehendat (monet Caiet.) fingat ſe dormire, & diuinas occludat por-

Matth. 8. 11.

Et vigilante nulla tempeſtas.

III. Eo vero abſente omnia ſiniſtra.

Caiet. ibi. portas. *Ne motus fluctuum in mari ipso spectante fieret:* si namque Saluator noster motum inspiceret, nullum in mari periculum oriretur. Hic latet acumen. Quid ergo referret, si Christo mare cernente, fureret hoc elementum, vt idcirco cogatur oculos claudere? Iam patet solutio. Ita cohæret, & sequitur tranquillitas & pax oculos ac præsentiam Christi, vt, ne dicatur quod ipso spectante mare fluctibus intumescat, simulet se dormire, & quasi non videre: si namq; apertis adstaret vigil oculis nec aqua turbaretur, nec mare fluctus mitteret in nauim: quia vero tempestas eo tempore conueniebat, omnibus pateat, quod eam minime videat, non attẽdat, imo dormiat: *Ipse vero dormiebat.* Ostendat se velut absentem: nam præsens tantam non pateretur, licet in creaturis irrationalibus, commotionem.

Matth. 8.

II. Et vigilante nulla tempestas.

Ad secundam procedamus partem primam magis confirmaturi. Sicut enim absente Deo, nullũ ad esse præsens potest esse gaudiũ: & illo præsente fausta omnia, ita ex euidenti consequentia patet, quod doloris iudicia, & lacrymarum effusio esse debeat omne animæ studium dum illum perdidit, & peccatoris dum illo se priuatũ agnoscit. Argumentum hoc prosequitur D. Iren. & hanc profert sententiam qua firmiter punctũ hoc stabiliamus. *Communio Dei, vita & lumen, & fruitio eorum quæ sunt apud eum, bonorum. Separatio autem Dei, mors, & separatio lucis, tenebræ & separatio Dei, amissio omnium, quæ sunt apud eum, bonorum.* Communicatio cum Deo, eiusque gratia, vitam ipsam, lucem & participationem omnium bonorum includit: & è contrario separatio à Deo, eiusque gratiæ amissio, quid nisi mortem, horrorem & tenebras inuoluit? & vt vno verbo omnia dicamus: omnis boni priuatio est, quandoquidem summum nempe Deum auferat.

III. Eo vero absente omnia sinistra.

D. Iren. adue. s. hæres. l. 5. c. 27.

Modo occurrit acumen D. Augustini. Recẽset hic omnia & singularia beneficia, quibus Deus, Israelitas cumulauit, ab eo tempore quo illos in manu potenti & brachio excelso eduxit de Ægypto, vsque dum illos terræ promissionis possessores ac dominos institueret. Variis plagis Ægyptios multauit, ranis, muscis, aqua sanguinea, tenebris, morte primogenitorum &c. exsiccauit pedibus eorum Mari illud quasi syluas erigens in altum, vt sicco pede transmearent, ministrat illis seruum honorarium, columnam ignis & nubis. *Parantur Ægyptiis digna & innumerabiles plagæ, ignominiæ ad vindictam, cyniphes processerunt, vineas bruchus absumpsit, fructifera ligna locusta vastauit: terrorem ex grandine, vlcera, tumultus, voces, flammas, addicta pecora, armenta prostrata, aquas in sanguinem mutatas &c.*

D. Avgvs. Serm. 97. de temp. de filiis Israel.

An

An quis vnquam vidit aliquos vt Iſraelitas liberali adeo manu à Deo benedici? Sed tanta in benefactorem ſuum ingratitudine debacchati ſunt, vt illum deſpexerint, & ſingulis horis velut hebetes, cõtempto Manna, cepe & allia Ægypti deſiderarint. Notate conceptum (inquit D. Aug.) ipſe calami ſui cõceptus eructans præclariſſimos: etenim optime alliis inhiant: nam culpæ eorum reſpondet alliorum deſiderium. Planta hæc proprietate ſibi innata lacrymas excitat & torrentes aquarum ex oculis. Viri igitur, qui Deo terga verterant, toties in deſerto idololatriæ crimine ſe coinquinantes, quid aliud optare poterant (ſi rem penitus inſpicerent) niſi pepones, voluptetum ſuarum aloë gloriarum ſuarum amaritudinem, & felicitatum inquietudinem? Dicat ipſe D. Aug. *Murmurant, petunt capas & pepones. Merito inſulſi, & quos non gratiæ ſales condiunt, vilem expetunt cibum capas, ait, vt extorquerentur eis lachrymæ ex delicto collectæ.* Populo vili, vile nutrimentum, ex cibo dolorem trahant & triſtitiam: cum aliud nihil ex peccati ſemine colligatur. *Lachrymæ & peccato collectæ.*

IV. Quia peccatum lacrymas excitat vt allia.

Nota

Inter tot diſtinctas oblationes & diuerſæ legis antiquæ ſacrificia hoc ſingulare nominabatur, quod pro peccato offerebatur: nam licet omnia in eum finem dirigerentur, vel in proteſtationem diuini cultus: verum hoc in illum finem inſtituto, mandauit Deus: *Non ponent ſuper eam oleũ aut thus; quia pro peccato eſt.* Oleaſter indicauit cæremoniam hanc myſterio grauidam, nec immerito: ſi namque Iſraelita criminum ſuorum à Domino flagitabat indulgentiam impetrando miſericordiam: nihil eſt quod eam ita ſignificat, quam oleum ſuauis liquor, & thus ſeu thymiama fragrantiſſimum. Quare in aliis hæc requiruntur ſacrificijs, in hoc autem nedum non permittuntur ſed etiam reijciuntur? *Quia pro peccato eſt.* Sed aduerte (mouet Oleaſter) ſymbolum eſſe lætitiæ, quam in iis producit qui ſe illo perungunt: vnde Saluator noſter ieiunantibus præcepit, vt in ſignum lętitiæ ſe oleo perlinirent. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum.* Incenſum autẽ orationis & familiaritatis cum Deo, quandoquidem anima per illam ad Deum aſcendat, eſt euidens figura, & peccator, qui ſuam per peccatum amiſit, ſed nec ſignificatiue quidem & vmbratice, lætitia poteſt demulceri nec enim ea gaudere poteſt, ſine Deo. Audite qualiter vno verbo præfatæ prohibitionis cauſam indigitet: *Non vult Dominus peccatorem lætari.* Non attendit iucundum, hilarem, culpiſque immerſum: nihil ita furorem eius excitat, indignationem irritat: thus non imponatur, nec oleo conſper-

Leuit. 4.

V. Nec peccatorem decet lætitia.

Matth. 6.

Oleaſter in c. 4. *Leuit.*

ſpergatur. *Quia pro peccato eſt.*

Eccleſiæ militantis Aquilam non deſeramus D. Auguſtinum egregia proferentem. Poſtrema vitæ Chriſti nocte accedit Apoſtolus Apoſtata Iudas dux electus & caput ſacrilegorum: & cum illis ſignum hoc dediſſet diſtinctiuum: *Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt*: immundis ſuis labiis oſculũ infigit faciei Magiſtri ſui formoſiſſimæ. *Et accedens oſculatus eſt eum.* Non poſſum ſatis mirari cum D. Auguſt. proditoris huius diſcipuli proteruiam, benignitatem autem & clementiam Saluatoris qua ſe tangi dignatus eſt: impudentiam qua Iudas illum tangere præſumit: vnde huic illius ſubſcribo ſententiæ: ***Proditorem oſculo libenter ſuſcepit; non quia Deus Dei filius mortem timebat, ſed quia nec impios pro ſe perire volebat.*** Nullus hoc timori adſcribat, quod Chriſtus ſacrilegam hanc permiſerit actionem; ſed quod oſtenderit nullius ſibi gratum eſſe licet adeo ſacrilegi & perditi, qualis hic erat, interitum. Modo videamus quo medio potuerit Iudas hic ad meliora perduci: numquid acceſſu ad faciem? Videor audire D. Auguſtin. Non parum anxius & ſollicitus Saluator noſter arma quærebat & bellicos in armamentario ſuo apparatus, quibus confringeret, & tantum emolliret duritiem, vt ita illum ad meliorem vitæ frugem reduceret: & nulla inuenit fortiora, potentiora, efficaciora, & quibus ictum infligeret illi certiorem, quam ſi Iudæ præſentiam ſuam non negaret, eum ſibi ſtatueret lateralem, ab eoque oſculum acceptaret. Et ſi Deo ita vicinus non proficeret, ſicut nec profecit: ſaltem potentiſſimo vſus eſt Chriſtus medio, quo cæcitatem cordis eius illuminaret, nempe quo oculis illius lucem appoſuit, qua pectus eius triſtitia demerſum recrearet, eum ſibi proximum ſtatuens; ex cuius vicinitate nemo non exhilareſcit, modo Iudas non ſit. Et in ſubſequenti ſermone huic inſiſtit, quod Euangeliſta capto & ligato iam Chriſto dicat de S. Petro? *Petrus vero ſequebatur eum à longe.* Longiori itinere ab illo diſſitus progrediebatur: ergo ſecurius affirma: negabit illum. ſi namque longius ab illo non ſe proriperet, non negaret: ***Petrus ſequebatur à longe: neque enim negare potuiſſet, ſi Chriſto Domino adhæſiſſet.***

Ex præmiſſis vt conſequentiam huius diſcurſus infero neceſſariam, doceo quod ſentiendum ſit, quanti referat Dei iacturam pati. Totus hic mundus vallis dicitur lacrymarum, & Chriſtus lugentes beatificat: *Beati qui lugent.* Porro ſciendum eſt qua de cauſa, ſeu cuius intuitu: cum bonum eius ſeu malum in hoc conſi-

Marginal notes: VI. Cur Chriſtus oſculum à Iuda voluerit accipere. — *Matth. 26.* — D. AVGVS. *Serm. 117. de temp.* — *Matth. 26.* — D. AVGVS. *Serm. 118. de tempore.* — *Matth. 5.*

Gen.ſ28. 1. Reg.15. 2. Macha.9. Ezech.8.

consistat. Hic temporales deplorat iacturas vt Esau ille reprobus: ille honoris ac dignitatis damnũ quod timet, cum Saul: alius quia corporis infirmitate languet qualis Antiochus: alter defleт præteritarum voluptatum carentiam: vt vidit Ezechiel mulieres lugentes Adonidem. Deus amittitur, in quo continentur facultates, vita, honor, salus, consolatio, & non est qui corde doleat. Vnicus Augustin. iam conuersus deplorabat id quod in iuuentute sua confitetur, quod legens virgilium Poetarum primicerium cui multum afficiebatur, infaustam defleret Reginæ Didonis mortem, & nequaquã animæ suæ naufragium. Audite quam intensi doloris verba. *Quid enim miserius misero non miserante seipsum, & flente Didonis mortem quæ fiebat amando Æneam: non flente autem mortem suam, quæ fiebat non amando te.* Quid compassione dignius, quid miserius (inquit Dei amans D. Aug. Deo collocutus) quam quod aliquis ex lectione mortis Didonis ex eo quod illam Æneas non amaret copiosissimas fũdat lacrymas, quarum nec vnam pro proprio interitu & incommodo profundat, quod consistit in nõ amãdo te Domine, summum solumq; bonũ? Notãt Naturalistę flumina versus Orientem fluẽtia, meliora esse ijs quæ ad Occidentem vergunt: illa quippe gẽmas aurumq; proferunt. Ratio philosophica hæc: quia solẽ inquirunt, & ab eo virtute vicinori, & consequenter efficaciori feriuntur. Lacrymæ currentes versus Orientẽ, effusæ propter Deum, peccata, bona spiritualia, fertiles sunt animamque ditant quæ vero tendunt versus Occidẽtem temporalium, maculant, inquinant, & ad paupertatẽ deducunt. Tales inquit D. Aug. ego defleo, quia male lacrymantur. *Hos gemo, quia male gemunt.*

VII. Quæ vera sit ratio lacrymandi.

D. AVGVS. in Psal.37. *Rugiebam a gemitu.*

Discurrit circa præsentem materiam paulo fusius D. Amb. solita verborum elegantia, versum explicans Dauidis, in quo Rex ipse propria edoctus experientia de se loquitur: *Exitus aquarum* (vel vt legit ipse) *decursus aquarũ deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.* Commentatorem nunc audiamus: *Habuit Dauid multa quæ fleret, vel incestũ filiæ, vel interitum filiorum sed hic non fleuisse se dicit, sed quia non custodiuit legẽ Domini. A sancto viro plus culpa quam ærumna defletur. Fleuit itaque, quando ei Nathã de vriæ morte, indignationem Domini nuntiauit, & peccatũ suũ de præuaricatione legis agnouit. Fleuit quãdo numerato populo repente percussus est.* Rationes multas præ cæteris mortalibus habuit Dauid vt in grauissimos doloris fletus effũderetur: cur non defleret incestũ filiæ, filiorũ mortem, persecutionem Absolonis filij sui, bella mouentis quibus patrem regno priuaret & vita? non ille hostis erat manife-

Psal.118. D. AMBR. Serm.17. in Psal.118.

VIII. Hæc in Dauid laudatur.

Nota.

IX. Similiter in Petri negatione

Matth.16.

manifestus, non subditus seditiosus, sed filius vteri sui: hæc illi & similia sinistra multa, quæ S. Pagina commemorat poterant mouere lacrymas, luctumque gratissimum. Modo videamus cur oculi eius vt fontes fluant: *Quia non custodierunt legem tuam.* Cōmittit adulterium, labitur in homicidium, vana motus arrogantia iubet recenseri populū: lacrymatur sed felices lacrymę, quas tā sublime prouocauit argumētū. Huius igitur doctrinæ Dauid lector sit Cathedraticus, doceatq; nos quid agendum: nec enim filiorum interitus, nec hostium furor, nec sinistra in bellis fortuna, motiua sunt nec sint humani luctus, sed peccatum amori diuino refractariū. *Quia non custodierunt &c.*

D. AVGVS. in Psal. 37. Rugiebam à gemitu.

Psal. 118. D. AMBR. Serm. 17. in Psal. 118.

VIII. Hæc in Dauid laudatur.

Nota.

IX. Similiter in Petri negatione.

Discursus nostri epilogus sit singularis quędā cōsideratio, spirans ingeniū D. Aug. In duabus occasionibus notamus ex Euāgelio D. Petrū Ecclesiæ Prælatū luxisse grauiter. Primò: cum enim altissimā illā de diuinitate Magistri sui cōfessionē edidisset ille vero de morte sua, & opprobriis inferret sermonē, tāta cor eius inuasit amaritudo, vtiq; Christū feruēter amātis, ex talis sermonis auditu, vt Christū accesserit, quasi eum reprehensurus (hoc enim termino vtitur Euāgelista) Domine ne tale quid mihi proposueris, nec oculi mei mortem tuam, & opprobria contēplentur, cui omnis vita debetur & gloria. *Et assumens Petrus cœpit increpare eum, dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Secundo: post trinam illam negationē: etenim à Christo cōspectus velut percussus silex scintillas euomuit, ignē emisit suspiriorum, & ardentium carbones lacrymarum: *Et egressus foras fleuit amare.* Oritur modo dubium. Cum in vtraque occasione tantus fuerit D. Petri luctus & dolor, cur in secunda tātū vice, qua Christū abnegat, fleuisse dicitur? Quis ambigit, quin amator adeo feruens, tunc quoq; plangeret? Cur eius non enarrant Euangelistæ suspiria? Respon. pro me D. Aug. *Flere cœpit amarè: quia Dominū suum cœpit amare.* Sed nō soluitur difficultas: an ergo prius Dominum non amabat? testentur hoc promissa eius in cœna facta: *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Respondet. Antea licet amor Christū respiceret, & pœnas eius causâ: porro vocare eas possumus illegitimas, cū proprium tātum amorem, & Christi præsentiā spectaret hæc refragatio; sed quādo amarè flet quia ipsum abnegauit, culpas deflet, deflet peccata, dolet Dei offensas: cū autem hoc vnicū deflere debeat, quādo Petrus eā ob causā lacrymatur, tales lacrymæ celebrabūtur: priores autē vt paruæ vtilitatis censebūtur: *Flere cœpit amarè: quia Dominum suum cœpit amare.*

Matth. 16.

Luc. 22.

D. AVG. Serm. 121 de temp.

O suprema Angelorū Regina Maria, filiū tuū spiritualiter perdere non poteras, cum illi intime vnita fores; porro quoad corporalē absētiam, & doloris argumenta

 qui-

quibus anima illa purissima cruciatur & cæleste cor illud pectusque affligitur maternum, Dei cælum: doces nos dolere id quod dolere nos conuenit, si nostra fuerit tanta miseria vt Deum amiserimus.

Discursus IV. *Ad maiorem Patris sui gloriam se filius ex oculis suæ Matris absentat: quo nos docet amori paterno Dei amorem proferendum. Doctrina hæc eos tangit quo mundo & parentibus valedixerunt; sunt enim illi qui grauius turbant eos & remorantur.*

CAlamum arripuit D. Bern. & in sapientia spiritus optime versatus agens de nuptiis celebratis in Cana Galilææ, non immerito admiratur responsionem Christi Saluatoris, qua Matri filius obsequentissimus pro defectu vini supplicanti respondit: *Quid mihi & tibi est mulier?* Hæc duo inter se opponit & ait: *Sed quem non moueat, quod in nuptiis illis respondit Dominus benignissimæ ac sanctissimæ Matri suæ dicens: Quid mihi & tibi est mulier? Quid illi Domine? Nonne quod Filio & Matri? Quid ad illam pertines quæris: cum tu sis benedictus fructus ventris eius immaculati? Nonne ipsa est, quæ saluo pudore concepit, & sine corruptione te peperit?* Mysterium non cupio Domine verbi huius adeo distincti ab eo quod humanum potest formare iudicium. Eius es, filius es, quem castissimis suis concepit virgo visceribus, & in illis velut ditissimo palatio hospitem excepit; quid plura? Mater tua est, vinculum hoc est quo fortius nullum, nodusque strictissimus aula cordis sui, & cuius impendiis infans natus es, educatus, quæque tui semper curam egit sollicitam, & ais: *Quid mihi & tibi?* An magis quam non? Cum vna adeo tecum sit: respondet D. Bernard. *Manifeste iam video, quod non velut indignans, aut confundere volens Virginis Matris teneram verecundiam dixeris: Quid mihi & tibi?* Hæc responsio animum non indicat indignatum, nauseabundum, multo minus auersum ab vrbanitate tam dilectę Matri debita: sed singulare redolet mysterium: vt illi qui semel mundo nuntium remiserunt & nuptias cum cælesti sponso contraxerunt, magis spectent veri Patris gloriam quam amorem terræ corporalem: vt autem hanc insculpat doctrinam etiam Matri suæ auersionem, qua non laborat, ostendit. Non illam illa merebatur: sed ita feruenter animabus afficitur, vt ad earum instructionem, amoris prætereat indicia declarare illi, quæ ipsum plusquam

D. Bern. Ser. 2. Dom. infra Octa. Epiphaniæ.

I. Exponitur Christi interrogatiua responsio.

Luc. 2.

II. Ne conuersi de parentibus simus nimis solliciti.

quam seipsam diligebat: *Vtique propter nos* (D. Bernard.) *vt conuersos ad Dominum, iam non sollicitet carnalium cura parentum, & necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale: quamdiu enim de mundo sumus, debitores nos constat esse parentibus; at postquam reliquimus nosmetipsos, multò magis ab eorum sollicitudine liberi sumus.*

Huic argumento calcar addit Rupertus: & subtiliter aduertit quod vsque ad illud punctum non legatur in Euangelio de Christo magis quam vna eaque summa obedientia Matri suæ dilectissimæ, vna à brachiis eius suspensio, vna à mandatis eius dependentia vna inquam verbis eius & precibus submissione. Patet hoc hodie: quandoquidem omni omissa replica, dum inuenitur, cum illa & Ioseph veniat in Nazareth. *Descenditque cum eis & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Verumtamen cum hic Diuinitatis suæ proferre inciperet testimonia per operationem miraculorum, & fundationem Euangelicæ Prædicationis, & Paterni honoris augmentum, his verbis Matrem affatus est, quo nobis indicet quod cultui diuino, Euangelio, aliisque negotiis adeo præclaris omnes quæcumque aliæ postponendæ sunt obligationes. Quocirca dum primam prædicationem instituit, ostendit quid in hac materia sit agendum. Rupertum audite. *Præcipit autem & qui sese dignus esse cupit vt propter Euangelium patrem & matrem relinquat, & renuntiet omnibus quæ possidet. Hoc igitur primò ipse fecit, quia descendens à Patre, cum diues esset, pro nobis pauper factus est: domum quoque & matrem & affines carnis suæ deserens, ad Euangelizandum pauperibus exiuit. Dicit itaque Matri suæ in initio miraculorum paulo post successura prædicationis functione; Quid mihi & tibi est mulier?* Numquam in Christo commotionem erga familiares suos & amicos secundum carnem inuenimus, nisi quando maiori bono se possunt opponere: vt autem Saluatori nostro hoc censebatur summum conuersio animarum, hominum redemptio, huic soli gnauus intendit; reliqua licet sibi intime coniuncta videtur non agnoscere, vel eorum minime recordari, quando Paterni honoris agitur negotium.

Et subsequenter confert Rupertus illud quod Deus in Exodo quarto legis scriptæ in duabus tabulis præcepto mandat: *Honora patrem tuum & matrem tuam*, illi Leui, quando viri omnes ex tribu Leui Moysi manus præstiterunt auxiliares in vindictam idololatriæ vituli, & gladios suos sanguine propinquorum ac parentum intinxerunt. Moyses igitur moriturus illis suam impertit benedictionem, aitque: benedicti

[Margin notes: I. Exponitur Christi interrogatiua responsio. — Luc. 2. — II. Ne conuersi de parentibus simus nimis solliciti. — Rupert. in Ioan. — III. Quod ipsius Christi alio firmatur exẽplo. — Exodi 20. — IV. Quomodo parentes honorandi.]

vos à Domino ô Leui quandoquidē parentibus vestris temporalibus, Deum spiritualem omniū patrem præposueritis: ille ergo Dominus qui præceptum de honorandis illis parentibus dedit, illos de tribu Leui celebrat & extol it quia parentes & carnaliter propinquos non honorarunt, nec illis obedierunt, cum enim interueniret honor Dei, quidquid illum non tangit, vel perturbat, abscindendū est: *Quia profectò nulla est exhonoratio patris vel matris dū eis non qualibet causa, sed solius præfertur honor vel opus Dei.*

Deuter. 33.

Appositè explicat D. Ambros. responsum à Christo datum renuntianti sibi quod Mater & cognati foris stantes quererent illum tunc officio prædicationis intentum: *Quæ est mater mea & qui sunt fratres mei?* Contemplatus autem Antistes Mediolanensis affectum quo prosequitur animarū salutē, dum earum intuitu Matri suæ renuntiat, hoc format argumentū. *Etenim si propter te Dominus suæ renuntiat Matri, dicens: quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? Cur tu Domino tuos cupias anteferri?* Si Redemptor noster ad tui instructionem, tuique gratia à se affectū abdicat ita naturalē; vt dicat, se illā vt Matrem habere, qui fecerit voluntatē Patris sui eique seruierit: qua fronte ô anima, poteris tu quidquam Deo præponere? Sed fortius quid habet mihique aperit locus ille D. Ambrosij. Esse potuit vt Christus indicaret, quandoquidē homo proprio inhiet lucro, vt opus aliquod aggrediatur heroicum, quale est, valedicere parentibus suis, audita de præuiæ Dei promissione, & viso eiusdē exēplo, quo strictius obligetur, vt autē nō dicat: non mihi in hoc præmisit Christus exēplū: etiam Matris suæ, sensu prælibato, obliuiscitur: quo proteruia humana superatur, & omnia postponit temporalia, quæ remorā illi possent inicere, & detinere, quādo spiritualia illis conferuntur.

Matth. 12.

D. Ambr. l. in c 14. Luc.

V. Alia ratio huius profertur.

Theodoret Genes 21.

Hinc infero quam stricte teneātur parentes (si Christiani sint) filios suos à via cæli non auocare, quos si Deus ad statum perfectionis id est Religionis vocauerit, nequaquam illis moram iniciant vel obicem: sæpe namque illos hoc affectu diligere, damnationē illis adfert & interitum. Terse admodū notauit Theodoret. casum illum Genesis. Præcepit Deus Abrahæ, vt vxori Sarę consulenti morem gereret, & Ismael ædibus suis eliminaret. *Dure hoc accepit Abraham pro filio suo.* Videamus modo quod illi viaticum dederit, & quibus sociis comitum iunxerit. Panē accipit & vas aquæ, quibus matrē & ablegat & filiū. *Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem & vtrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum & dimisit eum.* Admiratur factū hoc & quærit: Bone Patriarcha, nonne rigorem spirat pio adeo tuo pectori

VII. Allegoria de Abrahā

Genes. 21.

VI. Vnde parentes filios à diuino cultu reuocare non possunt.

D. Bern. Ep. 111.

pectori indignum, suppetunt tibi facultates; ne ita tui immemor à te discedat. Ita conuenit (respondet Patriarcha & eius nomine Theodoret. vt nullus comitetur illum seruus, nullus conferat diuitias.) *Non datis illi seruis vel ancillis, auro vel argento iussi abire puerum.* q. d. Hac actione trahit Deus filium meum ducitq; in desertũ, & à turbinibus laboribusq; mundi subtrahit: & tantum abest vt illi remoram opponam, vt etiã & illius omnino obliuiscar: deliciæ meæ, sollicitudo & diuitiæ diuinam non impediant & retardent vocationem. Fateor ex meis prodiit visceribus, sed magis Deo quam mihi illũ debeo; vadat nec ego illum cucullo exuam, ne dicatur quod Abraham viam ingressus perfectionis auocauerit.

Theodoret in Genes. 21.

VII. Allegoria de Abrahã.

Habitum claustralem assumpserat Clarauallis optimæ spei adolescens, parentibus pari nobilitate & diuitiis ortus insignibus. Vrgebant hi premebantque filium vt cucullũ exuens parentes mundumque repeteret. Litteras dat illis D. Bern. in cuius Conuentu & disciplina tyro hic militabat, & inter alia hæc grauissima & seuerissima adiungit: *O durum patrem! ô seueram matrem, O parentes crudeles & impios imò nõ parentes sed peremptores, quorum dolor salus pignoris, quorum consolatio mors filij est.* Vere filicidas parentes vos appello: si namque parentibus conuenit dare vitam filiis, vos ipsis satagitis illam tollere: & statim: *Domus ardet, ignis vastat à tergo & fugienti prohibetur egredi?* Mare procellosum euasit, in portu nauigat, an eum denuo periculis vultis obiicere? Ardet mundus, & illi portus occluditis quibus vitet incendium? ô *durum patrem!*

Genes. 21.
VI. Vnde parentes filios à diuino cultu reuocare non possunt.

D. BERN. Ep. 111.

Quis mecũ non admiretur insolitos & præmaturos illos Baptistæ saltus maternis adhuc latẽtis in visceribus? Ne precor, sis eius homicida ô puer, quæ tibi vitam inspirauit, periculosis adeo & accelleratis motibus. Illũ D. Chry. contemplatus assueta hæc dicit elegantia. Non te terreat quod cernis: vsque dum enim Christus visitat Ioannem honorem defert ventri quo vehitur & maternum reueretur hospitiũ; porro Deum sentiens se vocantem, feruens suum cohibere nequit desideriũ: & quamuis periculo exponat matris vitam ex qua suam ipse hausit, contendet perrumpere carcerem, ante naturæ tempus, & egresũ de vẽtre præuenire. Verba eius vobis non sunt subtrahenda: *Non fert Ioannes præsente Domino contineri: non fert naturæ expectare terminos: sed contendit rumpere carcerem ventris: accessit, inquit, qui soluit vincula, & quid ego sedeo vinctus, & retineor vt maneã?* Apage carceres, tollite remoras: dignior est illa, quę intrauit matre mea Elisabeth: eminentior pater est Verbum patre meo Zacharia:

VIII. Saltus Ioannis Bapt. quid indicet.

D. CHRYS. apud Metaphra. Mense Iulio.

VE

vt quid ne cohibent illi, vt quid carcere constringunt, vt quid vinculis alligant? *Contendit rumpere.*

IX. A pietate laudatur hic adolescens.

Viua fides & lux adolescentis Euangelici laudatur mirum in modum à D. Ambrosio, qui mortuo patre suo, cadauer reliquit frigidum, & petens à Christo, quem sequebatur, licentiam tradendi sepulturæ patrem suum iam extinctum: *Permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum:* nec obtinens: non tamen abijt illum terræ mandaturus. Quis huic filio impietatem non imputet & inhumanitatem? Sed ipse talis foret qui carnis & sanguinis cum oculis intueretur: nam D. Ambros. spiritualibus illum oculis contemplatus millenis extollit laudibus. *Nec dum morientis clauserat oculos, nec dum rigentia membra condiderat: statim vt comperit aduenisse Dominum, oblitus paternæ pietatis affectum, maiorem pietatem credidit, plus Christum diligere quam parentem.* Nemo illum vt crudelem sugillet, bene quidem vt pium extollat: pietas etenim quam Deo detulit, quem in amando patri præferre tenebatur, pietas fuit, quam etiam illi seruauit: nam carnales parentes licet mortui, filijs remoras inijciunt, dilationes causant & procrastinationes: vt autem tales diuino cultui non obijciantur, filij prudentis munus est humano cuilibet renuntiare obsequio.

Luc. 9.

D. Ambr. Serm. 79.

Quid plura? Triduo iam elabente inuenit afflicta mater pignus sibi charissimum, tali delibuta gaudio, vt Euangelista quia nimis excessiuum fuit non fidat illud verbis aut calamo, sed pie committat contemplationi Calamum à scribendo suspendit D. Lucas, & amicam solum refert Matris dolentissimæ quærelam: *Fili, quid fecisti nobis sic?* Imperatrix serenissima, oculorum lacrymæ, cordis suspiria, animæ tristitia & spiritus angustiæ; in oculis, in corde, in anima, & spiritu remanent: porro causa mutatur: cum enim prius essent pœnarum obiecta, modo sunt gaudiorum argumenta. In medio Templi inuenitis duo lumina cælestia, ô Maria & Ioseph misericordiam necessitati maxime opportunam. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui;* velut vmbram feruente æstate gratissimam velut clarissimam dissipatis nubibus serenitatem, velut Iridem spe vermiculatam cohibitis aquarum diluuiis. Hodie se Christus vmbram tuam reddidit, & brachiis tuis constrictus talis conspicitur: serenitatem in dilatatis illis contemplaris oculis, qui gratissimo suo aspectu tuis conciliant serenitatem. Quocirca liceat modo peccatoribus supremæ Reginæ bene apprecaris quandoquidem inuentâ, nunc cæle-

Luc. 2.

X. Epilogus.

Psal 47.

Luc. 15.

cælesti drachma, nos ad hoc inuitet: *Congratulamini mihi: quia inueni drachmam meam, quam perdideram.* Congratulationes etenim, quibus illam salutaremus, nobis etiam conuenient: *Spiritus S. superueniet in te.* Aduentus erit super aduentum: vt existens, sicut erat in eius anima charismatibus donisque plena, in ipsum amplius superueniat, vt sitientibus filiis Adæ larga dispertiat torrentes aquarum donorum suorum, vtque ex sibi superabundanti, cunctis super effluat: si vero omne bonum virgineis hodie brachiis Mariæ contineatur, ea intercedente gaudeant omnes consolatione, pace, gratia & gloria: *Ad quam &c. Amen.*

Luc. 15.

CONCIO QVINTA DE BAPTISMO CHRISTI

Vidit Ioannes Iesum venientem, ad se &c. Ioan. 1.

SALVTATIO.

IN Baptismo Christi Saluatoris solemnitas est hæc primo gressui consecrata, quo mundum, seipsũ manifestaturus, intrauit, dilatantur & aperiuntur cęli: *Aperti sunt cœli.* Dubito núm vt apertis ianuis humilitatem attendant & dignationem Dei sui, descendant & inclinent se versus Creatorem suum qui humili adeo schemate baptizandus adstabat; vel vt dignitatem ac celsitudinem contemplarentur, ad quam D. Ioannes Sanctorũ maximus per Dei sublimatur omnipotentiam: Caput diuinum eius qui est Angelorum & hominum hominis inclinatur manui, cuius digitus index fuit, & sagitta horam signans vicinumque nostræ redemptionis tempus, Agnum demonstrans cuius sanguine perficeretur: *Ecce Agnus Dei.* Similiter festa celebramus non nomini D. Ioannis: sed cognomini Baptistæ, eiusdem enim est vtrumque dignitatis: & dubito num hoc dignius non iudicetur: nomen eum primum illi parentes imposuerunt miraculose licet & ex Angelico præcep-

to:hoc vero cognomen Deus armis eius gloriosis insculpsit. Si nobis de aquis sit concionandum propitium habebimus Spiritum S. ex antiquo affectu inter vtrumque iam ab exordio mundi: quãdo *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Gratiam igitur sibi dilectus promittat qua de dilecto sermonem instituat: hoc enim concepit Emissenus: *Proxima sibi sunt Spiritus & aqua vnde Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Requiramus mediante sacratissima Baptizati & gratiarum Matre gratiam, dicentes: *Aue Maria.*

Genes. 1.
Emisse. Fe. 2 post Domin. Passio.

Discursus I. *Sacramento omnium ianuæ, & nostræ salutis principio se Christus in Baptismo suo offert: tanta submissus humilitate & similitudine peccatoris, quanta in vita sua sese monstrauerat: desiderans vt nos sibi deuinciret, patentius se Deum ostendere in ignominiis, hominis gratiâ toleratis.*

NEmo sibi conceptũ formet abiectum & inferiorem dignitate Saluatoris, quicumque viderit illum tanta humilitate submissum. Non se præcipitet arrogans homo: quia cum talis sit, non intelligit qua ratione radii splendidissimi & gloria fulgentissima possint vmbris conuenire tenebrosis: in illa quippe humilitate, quam hodie præfert Saluator noster, maximus est: & super profunda aquarum Iordanis cælum fundat Ecclesiæ suæ tam Militantis quam Triumphantis: etenim in aliquo suo opere nostrum considerans honorem, illo sibi dignitatem conciliat, nec ipsum sibi indignum iudicans aut indecorum. Nobilem hanc Dei conditionem perpendit D. Ambr. in hodierno Euangelio: & verba quædam profert quæ cum adeo sint præclara, non illa digne referrem, si calamo meo illa præsumerem exprimere: *Quanto enim abiectior humilitas, tanto diuinior prouidentia: iniuriarum enim acerbitate Deus progreditur, & remediorum suorum vsu, qui nullis remediys indigeret, Deus probatur:* cum enim ad diuinitatis suæ probationem non haberet quo altius ascenderet, vult vt hæc extensio humilitatis descensui adscribatur: quocirca tantum se demittit. Hic sistamus *Iniuriarum suarum acerbitate Deus progreditur.* Vox *Acerbitas* amarum significat, & nondum maturum, à cuius acerbitate sensus abhorrent, iuxta illud Prophetæ Hieremiæ. *Patres comederunt vuam acerbam.* Et quamuis reliquis omnibus Saluatoris opprobriis possit hic titulis affigi: sed nulli quam Baptismo eius conuenientius: etenim nominibus:

I. Christus se humiliat nostri gratiâ.

D. AMBR. *l. 2. in Lucam de Iesu baptizato.*

Nota.

Hiere. 31.

nibus vitæ suæ mysteriis quantum sapio, quasi Deum homini hominemque Deo permiscebat: tantum ex vno quantum ex altero assumens: vt illum in vno cognoscerent & in altero: vt probatu facillimũ est. Nascitur, reclinatur in præsepio inter arida spicarum spolia; sed continuò cælũ quasi confunderetur videre tali schemate suum iacere Dominum, stellam educit, vt eius manifestã omnibus det notitiam. Octiduanus purpureum effundit infans sanguinem: & vbinam se patentius Deus hominem prodidit? sed se Deus in nomine Iesu hoc est peccatorum condonatore manifestat: hoc enim vnicum est diuinitatis indicium. *Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus*? Fame laborauit vt homo, vicit diabolum vt Deus: in morte Pilatus & Iudas eum confitentur iustum: quid plura? humana diuinis & ima summis copulauit: hic autem *Iniuriarum acerbitate progreditur.* Credo latere hic mysterium, trãsitus eius ex Galilæa ad Iordanẽ. Galilæa interpretatur *Rota volubilis*: Iordanis, *Fluuius iudicij*. Hic mundus inuertitur, & omnia permutantur: optime rota Christus cum se tantorum exponat iudicio quo peccatorẽ eum esse iudicent.

II. Et hoc sibi honori computat

Marc. 2.

3.p.q.39.

III. Cur Christus baptizari voluerit.

Doctorem placet audire Angelicum plures adferẽtem rationes & congruentias huius baptismi. Vt nimirum Christus sanctificaret aquas: vt in illis vetus sepultus Adam immergeretur: vt primò operibus, & postmodum verbis prędicaret. Sed aliã adferamusquæ sententiæ respõdet D. Ambrosij ex D. Aug. *Quatenus adhuc à diabolo se, donec tentatio perficeretur, occulta, & qui illum velut lauacro indigentem & inter pollutos peccaminibus ablui aquis cõspiceret.* Stratagema fuit hoc Ducis vt baptizaretur, hoc vt baptismo velum appanderet naturali dæmonis ingenio: vt quem ad baptismum cerneret accedentem, non Deum sed peccatorem arbitraretur. Similem apud D. Hier. rationem inuenies ex S. Ignatio Martyre circa Virginis Mariæ desponsationem: *Vt partus eius celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine sed de vxore generatum.* Concipere & parere debebat Virgo, semper Dei Virgo Maria, quia vero conueniebat vt eo tempore diabolicum ingenium tale nesciret secretum, velũ ei oppanditur dum Maria viro desponsatur: hic autem actus fiat (ex censura omnium Sanctorum) profundissimæ humilitatis: vtq; in illo perseueraret, voluit Deus vt talem haberi à communi hominum æstimatione, donec secretum euulgaretur. Cum hac igitur humilitate, vult D. Augustin. vt similitudinem habeat humilitas Baptismi: cumque illa adeo magna sit, ex illa inferatur,

D. Avgvs. *l.3. de mirabil. S. Scriptura c.5.*

D. Hier in *c.1. Matth.*

D. Avgvs. *in Enchirid. c. 49.*

Quæ [illegible] qualis

qualis hæc foret. Vnde sic præfatus D. August, *In aqua voluit Dominus baptizari à Joanne non vt iniquitas eius dilueretur, sed vt magna commendaretur humilitas.* Quamuis enim omnes Christi humilitates eiusque studia in hac virtute fuerint heroica & altissima; præsens tamen cæteris ita præfulsit, vt quamuis magnæ sint, paruæ tamen esse censeantur: *Magna humilitas.* Idcirco vsque ad trigesimum expectauit annum, vsque ad dierum suorum florentissimam ætatem, & vitæ plenitudinem: quia actio adeo profunda, omnes vitæ suæ humilitates implebat: quare concinne hanc D. Ambros. appellat acerbam: *Acerbitate iniuriarum suarum Deus progreditur.*

IV. In baptismo summa Christi patuit humilitas.

Confirmationem huius habemus ex Seraphico Ecclesiæ Doctore D. Bonau. egregio plane discursu. Tres statuit gradus humilitatis, per quos ascendens, sicut alios retrorsum superat, ita semper sursum ascendit, fitque sublimior. Subiicere seipsum voluntaria resignatione alteri maiori, humilitatis actus commendatur: cum volũtas nostra ita ab aliena sit imdependens voluntate. Crescit quando se submittit æquali sibi, suum in omnibus ius illi cedens. Porro tertius gradus fit, qui ædificio huic clauem imponit, & vltimam manum, quando inferiori se submittit, & qui prærogatiuas possidet, alteri eas consignat. Hinc colligit D. Bonauentura summam humilitatis perfectionem, qua Christus hodie præfulsit. Sese hominibus adæquauit, quasi vnus esset ex illis dum Verbum caro fit: *In similitudinem hominum factus &c.* Porro quando perficitur in Christo gradusque ascendit, tunc est quando non tantum se creaturæ confert æqualem, cum tamen inter ipsum & Creatorem distantia sit infinita, sed cum caput sit, pedibus tamen eius se prosternat. Et sicut D. Ioannes pœnitentiam prædicabat à se baptizandis; ita intelligerent circumstantes Christum egere pœnitentia. Quocirca sileant omnes eius abiectiones actusque humilitatis, & huic sese submittant: hæc enim vexillum attollit, & sibi satisfactum credat humilitas: nec enim ea maior esse potest humilitas. An non ita D. Bonauentura? *Humilitas habet tres gradus. Primus est, subdere se maiori, & non præferre se æquali. Secundus est subdere se æquali, & non præferre se minori. Tertius & summus est, subdere se minori: & hunc gradum hic tenuit Christus & ideo omnem humilitatem impleuit. Vides quomodo augmentata est eius humilitas à præcedenti tractatu? subiecit enim hic se seruo, se vilificat, & seruum suum iustificat & magnificat. Sed in alio considera quomodo creuit humilitas: nam vsque modo conuersatus est humiliter, quasi inutilis & abiectus, hic*

V. Tres gradus humilitatis.

Phil. p. 2.

D. BONAV. l. de Medit. vita Christi c. 16.

hic autem, quasi peccator voluit apparere.

D. Bern. Ser. 1. Epiph.

Argumentum prosequitur D. Bern. *Venit enim tanquã vnus è populo qui solus erat sine peccato: quis eñ crederet filiũ Dei? Quis putaret Dominũ maiestatis? valde quidem humiliaris Domine.* Itaque in hac adeo profunda humilitate, ignominias sibi honori duxit, cum sciret ex earum toleratione nostram promoueri vtilitatem. Luctatur in horro Christus vicinæ mortis angustiis ex viua repræsentatione scelerum totius mundi, ex Apostolorum suorum socordia: cum tres sibi familiares quos sibi sumpserat in comites, obdormirent, vnus autem ex reliquis vigilaret venditionem executurus, & ait D. Lucas: *Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum.* Arduum videtur hoc D. Bernardo, & insuetum: vnde percunctatur. Quid hoc est consolari? *Quis, quem?* Quis, quem confortat? Angelus Deum? Creatura Creatorem suum? Et cur spiritus Angelicus? Nam licet illo homo sit inferior: modo cum Christus sit homo, veniat homo eum confortaturus; quod si forte nullus in hac vita sit idoneus, ex altera procedat Moyses, seu Elias: norunt enim viam: *Porro Angelus confortans eum?* Respondet ergo. *Vsque adeo siquidem praualuit ea quæ fortis est vt mors dilectio, vt Christum Angelus Dei confortauerit. Quis quem?* Pedem fige ô cælorum indigena: quis quem pergis consolaturus? numquid consolatorem: qui si talis non esset (inquit Bernard.) ab Apostolis discedens alium non promisisset Paraclitum: *Ego rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis.* Quo igitur officio potes Deo famulari, cuius auctoritati detrahitur & dignitati, si dicatur quod suprema illa, & independens Maiestas consolationem, verba, & societatem admittat Angelicam? Nemo reluctetur: hic enim vere liquet ab amore Christi pectus possideri, ipsa morte fortiori & efficaciori: vt enim illa in potentiæ suæ signum & spolia vitas ostẽtat subiectas, & omnem humiliatam celsitudinem: cum tunc homo videatur maxime contritus & humiliatus: vt eum nec magnificent diuitiæ, nec pompæ superbũ extollant & redactus sit in puluerem, ex quo prodiit efformatus; ita in Redemptore nostro operatus est amor id quod in cæteris ipsa mors. Quia vero solus calcare torcular patique decreuerat: vt hominem doceret, nullam illi in cruce, tribulatione & aduersitate defuturam consolationem: hanc in se admittit, licet dignitati suæ disconueniat: quia gloriabatur in qualibet humiliatione, modo salutem nostram illa respiceret.

Luc. 22.

VI. Cur Christus Angelum admiserit consolatorem.

D. Bonav. de Medit. vita Christi 36.

D. Bern. Serm. 1 de S. Andrea.

Ioan. 14.

Assertum illud volo ex illo quod

quod ait Euangelista: quod baptizato Christo *Aperti sunt cæli*, à summo vsque deorsum, illud nimirum spatium quod Iordani correspondebat horum mirabilium theatro. Hoc autem ita factum est secundum D.Tho. *Non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis*: vt Ezechieli factum legimus: *Aperti sunt ei cæli*. Adfert autem D.Tho. multorum sententiam dicentium, tantū micasse splendorem, lucisque copiā super Redemptorem nostrum, ac si globus orbium istorum cælestium aperiretur omnes suos radios & luminis claritatem in terras dimittens: *Circa Christū baptizatum tantus splendor fulsit in baptismo, vt viderentur cæli aperti.* Idem asserit noster Hugo. *Apertum est cælum, id est tantus fulgor apparuit quod videbatur cælum esse apertum. Factus est enim circa eum splendor inæstimabilis, tanquam reseratione aeris & firmamenti illucesceret splendor empyrij cæli & infunderetur terris.* Quasi cælestes portæ, & nubes obstantes velut vela, cortinæ, & linteamina cæli empyrij, beatorum habitaculi, omnimodis aperirentur & humanis oculis via pateret clarissima.

D.Thom. 3 p. q. 39. a. 5.

Ezech. 1.

VIII. Ratio apertionis cælorum.

Hugo. in c. 3. Lucæ.

Hac igitur asserta veritate dubium oritur. In reliquis Redemptoris nostri mysteriis, nec quando Oriens Reges adduxit: occasio sane talis erat, in qua cæli nouum proferentes sidus abscondi-tas suas debuissent reuelare diuitias, & lucem suam absconditam non tamen aperiuntur, nec iter pandunt liberum, imo concluduntur; & quamuis in aeris illis regionibus Angeli appareant Pastoribus vigilantibus noua lætaque nuntiantes: siquidem fulgorem quendam secum deferāt: qua de causa dicit Euangelista: *Claritas Dei circumfulsit illos*: attamen continuo lux illa subtrahitur, & cælum omnino non patet. Quid igitur noui contingit hodie, quod ita libere, & absque metu lucem suam, cælum in terram illum demittat quasi desiderans in terram descendere. Noua vtique quod iuxta D. Thom. cælum sit apertum: quia in baptismo Christi virtus & efficacia demonstranda erat huius Sacramenti. *In Baptismo Christi ea demonstrari debuerunt, quæ pertinent ad efficaciam nostri baptismi.* In quo tria concurrunt ad quorum significationem de supernis signa adesse cōueniebat. Effectus enim non est de terra sed de cælo: quocirca quasi ille desursum mitteretur cælum aperitur. Vel quia in hoc Sacramento fides operatur Ecclesiæ, & baptizatus illam profitetur: & sicut fides visibile reddit id quod erat inuisibile illud credendo: ita in Sacramento fidei videatur cælum apertum: vel tandem quia baptismus aperit portas, tollit impedimenta, remouet obstacula intrandi in regnum cælorum; ne autem

VIII. Et claritatis luminis.

Luc. 2.

D.Thom. 3 p. q. 39. a. 5.

autem Baptizatus tardus sit ad ingressum in cælum, ipsum venit & descendit ad illū: *Quia per baptismum Christi specialiter aperitur nobis introitus Regni cælestis.* Ad rem igitur: quod tanta tamque copiosa lux appareat, hoc nihil aliud esse iudices, quam quod hæc sequatur ipsam virtutem humilitatis quæ præcessit: quia *Gloriam præcedit humilitas*: & profundiori humilitati lux splendidior appareat: cum autem actus iste humilitatis in Christo fuerit maximus illustrior sequitur lux, radii clariores, nec moderate videtur, sed liberum pandit iter ad cæleste palatium: quod si in aliis eius actionibus non permittatur hæc cælorum apertio & lux copiosa, in hoc tamen nullatenus: vbi Christus se clarius manifestat & sibi cōciliat auctoritatem: *Aperti sunt cæli.*

Ibid. a 4. ad. 2.

Prou. 15.

Ibid. a. 4. ad 2.

IX. Cur in Iordane baptizetur Christus.

Occurrit nobis insignis D. Thomæ cōceptus. Quærit, an expediens fuerit Christū in Iordani baptizari: & videtur quod nō: & rationem adfert in cuius solutione declaratur quantū meo iudicio in hoc discursu dici potest: Iordanis interpretatur descensus, inclinatio, profunditas: in baptismo autem non descendit sed ascendit anima: nam ad huius significationem de Redemptore nostro dicitur, quod baptizatus *Confestim ascendit de aqua*: ergo incōuenienter descendit ad Iordanem in eo baptizandus: quandoquidem nomen effectui non respondeat: *Iordanis interpretatur descensus, sed per baptismum aliquis descendit magis quam ascendit. Vnde etiā Matth. 3. dicitur quod baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua; vnde videtur inconueniens fuisse, quòd Christus in Iordane baptizaretur.* Libet audire responsū. Verū quide est quod in baptismo, & per ipsum ascendat & proficiat anima: verum in quantum in domo Dei: descensus præcedit ascensum: Sacramentū ex quo tantus est ascensus, instituatur in fluuio qui descensum significat: vt hinc pateat humilitati respondere triumphum & gloriam: & sicut Redemptor noster hic ad infimum descendit humilitatis gradum, ita quoque copiosissimam accipiat lucem, & statim ei cæli aperiantur. Sed quid mea verba profero? præstat suis loquatur Doctor Angelicus: *Ad secundum dicendum: quod in baptismo est ascensus per profectum gratiæ, quæ requirit descensum humilitatis, secundum illud Iacobi 4. Humilibus autem dat gratiam: & ad talem descensum referendum est nomen Iordanis.*

Matth. 3.

Nota

Conceptum profero D. Petr. Chrys. ingenio cōformē. Ita Deus honori suo assumit abiectiones nostras, infirmitates & miserias, vt illos omnes experiri voluerit, & in omnibus quidē illis quas secum inuoluunt, & potissime circa illud quod dicet reprobis in die iudicii scrutinium instituens omnes

omnes

X. Christus honori ducit nostras miserias.

omnesq; examinans rationes cõputus admittens ex computu operum misericordiæ: ita vt conuenientes computus rationes sint illi daturi qui se strenuos illis impenderint. Inhæret autem modo illud referendi: *Esuriui & dedistis mihi manducare* &c. (quod de membris suis nimirum pauperibus exponit.) E contra verò reprobis sistite (fatur D. Chrysol.) meâ quidem censurâ dixisse sufficiebat, non dedistis mihi cibum, potum, consolationem &c. quare in te velut in proprio capite statuisti famem, sitim &c. tibi namque vtique glorioso non quadrant hæ mortalitatis nostræ miseriæ: non referantur: diuinæ etenim repugnant dignitati. Dubium ipse soluat qui proposuit. *Gloriatur in cœlo Deus, vnde pauper erubescit in terra, & hoc reputat in honorem sibi quod pauperi computatur iniuria. Dixisse suffecerat: dedisti mihi cibum, potum: sed præmisit, esuriui & sitiui.*

Matth. 25.

D. Petrus Chrysol. Serm. 14.

Nota XI. Etiam Pater se humiliat.

Vltimum audiamus in hoc casu conceptũ. Humilitas est virtus Deo adeo propria: vt etiam ipse æternus Pater, cum iam pati non possit, nec se humiliare, de se data occasione humiliter loquatur: & hodie filium conspiciens in similitudine peccatoris & humilis, eum vt filium suum agnoscat: quod si circumstantes spectes, actus fuit humilitatis: cũ illum indicarent esse patrem hominis miserabilis, infirmi cæterisque communis, & qui vt talis cum illis properabat baptizandus. Exprimat hunc conceptum verbis suis Archiepisc. Seleuciæ D. Basil. *Et quid mirum si filius ea interdum sibi tribuat, quæ nonnihil abiectionis præ se ferunt, quando ipse etiam Pater qui carnem non assumpsit, propter auditorum salutem, multa de se humilia exponi sustineat? Illud enim Adam vbi es. Genes. 3. Et descendam & videbo vtrum clamorem opere compleuerint. Genes. 18. Et alia id genus multa quæ in veteri testamento passim occurrunt, sicut colligere lubet, diuina celsitudine & dignitate sunt plane indigna.*

D. Basil. Seleu. Con. 2. de Lazari resuscitatione.

Non miror quod filius se demittat & suam in humilitate statuat celsitudinem: cum etiam Pater, qui homo non est, nec mortalem induit carnem, cum iam operibus & reipsa nequeat se humiliare, tamen verbis hoc faciat, vt saltem verbis pateat illum agere quidquid possibile est in ea virtute quæ diuinam tantopere manifestat magnitudinem, & tantum abest, vt suam obtenebret. Vnde illa quæ in vtroque Testamento legimus humilitatis indicia celsitudinem extollunt ad quam Deus infimam euehit humilitatem: quandoquidem hanc verbis demonstret quam nequit operibus exercere. Cum igitur Baptizetur Christus, sub aquis conspiciatur, humanæ Baptistæ dexteræ inclinetur: ne talis sit homi-

hominum qualis Michol ingratitudo: quæ Dauidem vt vilem despexit actione occupatum humillima: *Despexit eum in corde suo.* Quanto ergo profundius se Saluator inclinat, descendit, humiliat, & demittit: tanto fortius nostrum sollicitat affectum, & vrgentiores producit rationes ex apparatu humilitatis exteriori.

D.Basil. Seleu.Con. 2. de Lazari resuscitatione.

Discursus II. *Ad infimum omnium elementum, sub aquis descendit Christus: cum enim sub illis peccatum teneret hominem, ascendens de Iordane secum illũ eduxit. Proponitur peccati grauitas, quod tam facile committitur.*

INgreditur Redemptor noster Iordanem, & capiti suo diuino superefluentes videre cupit aquas: terram cælestes eius culcant pedes, nec obstupeo: descendit enim manum porrecturus homini in centro propter culpam demerso secumque extulit. Primum discursus nostri lapidem ponat Theologus Nazianzenus. *Ascendit Iesus de aqua secum quodammodo demersum educens & eleuans mundum.* Submersum vidit abbreuiatum mundũ, hominem dico, quem velut abiectum peccata detinebant loco non honorabili nec excelso, sed proprio suo pressus pondere ad ima descenderat, descendat Saluator, & pondus ab humeris auferens, reddet illum multo leuiorem, vt ipsi comes ascendat. *Secum quodammodo &c.*

D.Greg. Nazianz. Orat. de sancto lumine.

Notanda venit animaduersio D. Venantij Episc. declarantis symbolum Apostolorum, breuiarium & epitomen fidei quam profitemur. Articulum exponit mortis Christi, à qua vita nostra dependebat, & ordinem miratur diuinæ prouidentiæ, genus passionis, eiusq; modum. Quod moriatur concedo: ad hoc enim venit; porro quod suspendatur, & moriatur in aere, in sublimi cruce, nec terram immediate contingat: quid erit? Huius nonnullas adfert rationes & congruentias. Prima sit, vt aerem purificaret: nam etiam stellas astraque cælestia humana sic inquinauerat culpa, vt, ac si illis lues adhæreret contagiosa, si huius essent capacia, necessariũ fuerit aerem purificare. *Quia nec ipsa sidera in conspectu Dei pro humano crimine erãt pura erant tota polluta: & ideo suspẽsus est in aere, vt simul terras & astra purgaret.* Applaudite rationi, eleganter enim exprimit quam contagiosum sit peccatum: quandoquidem etiam clarissimos inficiat cælos nullius peregrinæ impressionis capaces. Secundô dicit: *Aut quia inter cælum & terram grandis erat discordia, vt tolleret se mediante scandalum.* Bellum erat declaratum, publicæ vige-

I. Cur Christus in cruce & aëre moritur.

D.Venan. Episc.Pictau Ser. in Symbolo Apost. To.2.Bibl. PP.

vigebant simultates, & occursus inter cælum & terram, Angelos & homines: vnde penetrans aerem terræ vicinum, fœdera componit amicitiæ: testatur hoc D. Paulus. *Pacificans per sanguinem suum, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt.* Nemo dixerit hoc elegantius.

Coloss. 1.

Porro tertiam enodemus rationem argumento nostro conformem. *Aut ideo: quia ante grauis latro in Cruce configebatur.* In aere & Cruce suspensus mori dignatus est: quia præsciebat scurrum latronem in ea prius crucifigendum. Quid hoc ergo ô Domine refert, quod te spectante homo flagitiosissimus crucifigatur, vt tu in aere & clauis confixus expires? Quid times? quid metuis? Quid in hoc disco mysterij? Notandum illud: *Grauis latro.* Grauis adeo & ponderosa culpa est, vt si fieri posset, vnius tantum peccatoris conspectus eius impediret ascensum; quocirca non moriatur in terra, sed in aere confixus: vbi amore quam clauis tenacius confixus, descensum sibi iudicet impossibilem: si namque humanæ tantum rationi aures præbeamus: tanti ponderis peccatum est, vt ipsi celsitudini, ne ascendat, obicem poneret: *Quia grauis latro* &c.

II. Vt indicaret peccati grauitatem.

Nequissimis latronibus hoc Dauid imprecatur: *Descendant in infernum viuentes.* Incognitus ex aliorum sensu ita explicat: quod Dauid hic reproborum postulet conuersionem: quia vero magni refert ad eorum conuersionem meditatio mortis? hoc optat vt ipsi descendãt & alta mente perpendant pœnas illas & cruciatus quos quoad præsentem iustitiam eorum peccata mereantur: vt hæc illos meditatio refrænet & à peccando cohibeat. *Hic Psalmista orat pro malis & schismaticis vt conuertantur ad Christum. Vnde notandum quod inter alia quæ peccatorem monent ad conuersionem, est mortis consideratio, & meditatio pœnarum inferni. Idcirco dicit. Descendant in infernum viuentes. Illi autem viui descendunt, qui hic viuentes mentem inclinant ad ipsum meditandum.* Glossa autem interlinealis per eos qui viui descendunt in infernum intelligit nefarios qui datâ operâ, ex malitia, & vt peccent, peccant. Ita capit D. Aug. *Scienter peccantes, scientes quia peccant, & tamen perennãtes.* Et confirmat D. Gregor. *Viuentes ergo in infernum descendere, est scientes, scienterque peccare.* Et alio loco idem Sanctus Gregor. adhortatus: quod si fuerint peccata (quæ Deus auertat) sit & verecundia, & in peccando prudentia, ne hoc sumatur honori & famæ quod maxime inhonestum est & indecorum: statuit differentiam inter descendere viuentes & mortuos in infernum. Mortuos dicit qui quid agant non rite perpendunt: viuos autem qui publi-

Psal. 54.

III. Quinam viuentes hi sint.

Incogn.

D. AVGVS.

D. GREG. l. 8. Mor. c. 7.

publice & aperta fronte Deum offendunt. *Mortui autem in infernum descenderent, si mala nesciendo perpetrarent; cum vero sciunt mala & tamen faciunt, ad infernum viuentes miseri scientesque descendunt.* Et hac phrasi luculenter explicat Rupert. quod vidit D. Ioan. in Apocalypsi sua: ferocem sic illam bestiam & falsiloquum Prophetam. *Qui missi sunt viui in stagnum ignis.* Ait enim: *Quid est enim viui, nisi scientes?* Vel nisi dicamus, tales viuos descendere: quia tanti ponderis est peccatum vt morti locum non tribuat, nec hanc attendat: imo videtur antequam illa accedat, ipse se peccator promouere viuumque se cum illis præcipitare in infernum.

D. Greg. 3 p Pastoral. Admonit. 32

Rupert l. 11. in Apoc. c. 11.

Nota

S. Theophilus qui cathedram Antiochenam sextus à B. Petro gubernauit, & cui domum suam in Ecclesiam obtulit, & postmodum D. Lucas librũ suum Actus Apostolorum illi, inscripsit, interpretatur id quod cum D. Matthæo alii referunt Euangelistæ, dum Apostoli cernunt Christum marinos calcare vortices, vndas pelagi fluctusq; refrænare, quod, vt docet D. Thom. doti corporis agilitati non est adscribendum (vt nonnulli sibi persuaserunt) illæ quippe dotes resultant ex redundantia gloriæ animæ in corpus: & in Christo talis non fuit vsque ad mortem, occultans illam & cohibens. Tantum in monte Thabor ad modicum temporis hoc permisit: sed omnia fiebant virtute supernaturali ac diuina. *Christus ante Passionem permittebat carni suæ agere & pati quæ propria erant: nec fiebat talis redundantia gloriæ ab anima ad corpus: & ideo dicendum est, quòd omnia ista facta sunt miraculose per virtutem diuinam.* Aliam igitur Theophilus dat rationem & eam omnino singularem huius agilitatis Christi, cur elemento hoc aquarum volubili non mergeretur, cuius vortices corporis humani pondus sustinerent. Aduerte (inquit) siquidem habuerit corpus, & consequenter graue dicet aliquis, ego tamen dico graue non fuisset: si namque culpa corpus efficiat graue, nec illa cadere in diuinam poterat Maiestatem, gradiatur super aquas, pedes suos eius fluctibus imprimat, vndasque calcet, non submergetur: deficit enim illi hoc quod ad ima deprimit: nec in illo reperitur, quod potissimum grauat, opprimit & deiicit Ipse suam exponat rationem, & verbis quidem succinctis. *Supra mare ambulabat: quia nullo peccati pondere premebatur.* O graue pondus! quandoquidem quia nullam habebat imperfectionem, licet non fuisset id quod erat, Deus & Dominus absolutus, se illi frementes pelagi fluctus submisissent: *Quia nullo*

IV. Vnde Christus potuerit super mare ambulare.

D. Avgvs.

D. Greg. l. 8. Mor. c. 7.

D. Thom. 3. p. 28. a. 2. ad 3.

V. Quia peccatum non habebat.

D. Theop. l. 1. in Euang. circa Ambulantem super mare. To. 1. Bibl. PP.

nullo peccati pondere &c.

Proditor ille filius, ipsi naturæ fœdifragus, qui copiosa multum manu formatisque legionibus prodiit in arenam vitam illi ablaturus à quo illam acceperat, Absalon est parricida. Præcepit Dauid ducibus exercitus sui, cunctisque militibus: commota quippe sunt viscera eius, quæ numquam immorigera & discola filiorum vinci norunt inhumanitate, filio suo vitam seruarent, si forte eorum manibus incideret occidendus. *Seruate mihi puerum Absalon.* Verumtamen cælum sibi sumpsit eius supplicium, dum capillis suis arbori implexús velut laqueo suspendendus tamdiu hæret, vsque dum militum quispiam hoc Ioab exercitus Generali significaret. *Vidi Absalon pendere de quercu.* Grauiter arguit illum Ioab, aitque: *Et quare non confodisti eum cum terra?* Hic loquendi modus me latet: si namque Absalon suspensus hærebat in aere: *Inter cælum & terram*, in sublimi: quomodo poterant eum in terra cōfodere? si medius inter cælum & terram, qua ratione poterat in terra ictum librare? *Cum terra?* Optime, ait, Ioab & prudenter loquitur, hæc sententia sapientem confirmat. Erat Absalon mortalium nequissimus, & venumdatus vt faceret malum: & quamuis his nubibus surfum inhæreret, ipsa culpa tamen ita nebulonem deprimebat vt ad eductionem gladij, vel lanceæ vibrationem, ipsum in terra superaret quem ipsa culpa iam in terram depresserat.

2.Reg 18.

VI. Quod Absalon in terram depressit.

Descendebat Christus absoluta concione de monte loco altiori, altiori concioni designato: & inter illos qui ei comites adhæserant & in montis planitie venturum expectabant, occurrit illi leprosus pro corporis munditie supplicaturus: *Cum descendisset Iesus de monte, secuta sunt eum turba multa: & ecce leprosus veniens &c.* Non modice miratur D. Chrysost. viri huius tarditatem: qua ratione doloris patiens tanto potuerit expectare tempore: cum illi probe nota esset cælestis Medici potentia, benignitas eius & clementia, qua prouocabatur singulis accedere momentis sibi opportunis & Christo non importunis? cur ad mōtis non ascendit acumē vbi Redemptor noster residebat? Quia ascendere nō poterat, respōdet D. Chry. sed hoc propositā auget difficultatē. Si pedes illi defuissent si paralysi laborasset, vel neruorū contractione, viribus ad motum elumbis, optime solueres; porro lepra incessum non retardat, pedesque non debilitat: vadat, proficiscatur & ascendat: quocumque enim momento moram trahit, periculo se exponit multa perdendi. O præclarum Græciæ Doctoris ingenium! vir hic leprosum se nouerat & peccatorem: & licet in quan-

Matth. 8.

VII. Et leproso ascensum prohibet.

Nota

quantum infirmus poterat montem ascendere, in quantum tamen peccator, nullo modo: culpa quippe deprimebat volentem ascendere: & quamuis coram ipso Deo sit, vires non habebit nec animum quo vel ad vnum progrediatur passum, donec Christo de monte descendente ad planitiem, facile possit accedere, nec pedes attollet, quos in terra quasi confixos luget & coagulatos. Aurea hoc lingua Chrysostomi proloquatur. *Quia lepra erat grauatus & peccatorum baiulans pondus sursum non poterat ascendere.* Lepra & culpa, duo sunt pondera: etiam ex illa sola, ob huius significationem, non se moueret; quid erit, si ambæ præmant illum infirmitates?

D. CHRYS. Ho. 21. in Imperfect. in Matth.

Omnino raram statuit Origenes differentiam inter iustum & peccatorem: quamuis enim ambo vt viuentes & rationis compotes constent duabus partibus essentialibus anima & corpore: in quarum vnione vita nostra componitur: & ex quarum separatione mors nostra profluit. Porro peccatoris anima, cum sit spiritualis, certo tamē modo carnea mihi videtur, iusti vero tota spiritus: cum enim reprobus non nisi de graui terra agat, proprietates eius & conditiones animæ illius coagulantur: ita vt quam à Deo in creatione leuem accepit & agilem, ipse suis sceleribus eam deiiciat, grauemque

VIII. Est enim anima peccatoris grauis & carnea.

reddat. Verba profert Isaiæ quibus Deus populi sui proponit abominationes. *Incrassatum est cor populi huius*: ita legit D. Matth. Per cor intelligitur anima, & miratur illi coniungi *Incrassatum*: quod significat pingue, crassum, repletum. Quid igitur efficit id quod leuissimum est, adeo ponderosum? Non aliud quam ipsum peccatum. Et quid terrestre ac graue corpus post se trahit vi diuinæ contemplationis vt se in aere subleuet? Virtus. Hoc igitur sensu dicere possumus, animam peccatoris esse carneam, corpus autem iusti, spirituale. O quanta hoc dicit elegantia Adamantius. *Anima quæ peccat, crassior efficitur: talis namque est natura peccati, propter quod scriptum est: Incrassatum est cor populi huius. Sicut autem peccatum incrascescere facit: ita è contrario virtus subtilem animam reddit, & vt extorqueam quodammodo vocabuli nouitatem, omne quod in ea corporeum est, abstergit & perimit, & purius eam incorpoream reddit. Quod autem crascescat, & ita dicam, carnea efficiatur anima peccatoris, indicatur ex eo quod scriptum est: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quia caro sunt. Carneas sine dubio nominat animas crassiores & peccatrices.* Nemo, monet Origines, obstupescat, ex vocabuli nouitate, dum anima vocatur caro: non quod caro sit: sed quia sicut vir-

Isa. 6. Matth 13.

Orig. Ho. 2. in Ps. 38. dixi custodiam.

Nota

Genes. 6.

tus vitam tollit, destruit & resecat quidquid in ea carnale est: ita peccatum eam incrassat, obesam reddit & in duram, grauemque conuertit materiam.

Mulier illa, in quam, referente D. Luca Christus oculos suos coniecit: quod curua esset & ad terram inclinata, vt sursum se nequaquam posset erigere. *Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere:* Mulier, inquam illa, quæro cum D.P.Chrys. quid aliud significat, quam oppressum peccati pondere & dæmonis iniquitate, ita grauari, & deorsum deprimi: vt cum omnis affectus ad ima declinetur, ita animam eius erigi, & aliquantulum respirare sit impossibile: cum terreno semper contagio agglutinetur, quo deprimitur & sursum aspicere prohibeatur. Habeo eius verba. *Videtis quia hæc mulier depressa, nequissimi spiritus onere suspirabat, qui semper oneribus peccatorum deprimit homines.* In hoc verbo comprehenditur acumen. Cum enim diabolus tãtis polleat viribus, tantamque impendat operam qua deiiciat, & præcipitet quempiam: nihilominus culpam assumit, qua fortius illum quam omni suo robore ac diligentia humiliat: nullaque arma culpæ fortitudini comparari possunt: qua semper vtitur, quam pluris facit, qua & effectus producit frequentiores. *Qui semper oneribus peccatorum deprimit homines.*

Luc. 13. IX. Cuius typum refert mulier incurua.

D. PETRVS CHRYSOL. *Serm. 105.*

Discursus III. *Humili illa actione Redemptor noster, ipsa tamen sanctitas & innocentia, tollit etiam à perfectioribus, omnem præsumptionis & iactantiæ rationem.*

IVsto adeo debitoque stupori, dubio adeo graui, & admirationi ex eo ortæ quod Christus baptizari voluerit, humanus debet intellectus, iuxta D.Chrysost. hanc abiicere rationem: quod nimirum se ad tam profundam demittere dignatus sit humilitatem: vt arrogantiam humiliaret, fastum deprimeret, præsumptionem nostram deiiceret, & ardentes superbiæ fremitus sopiret: sunt etenim carbones quibus ignis ille gehennalis accenditur. *Quando Ioannes prædicabat dicens: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum; tunc venit Iesus vt testimonium acciperet à Ioanne: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: & vt confirmaret prædicationem ipsius: vt videntes homines, Christum cum esset sine peccato, quasi peccatorem baptizari, dicant apud se. Si ille de cuius innocentia ipse Baptista testimonium dedit, baptismum se necessarium habere putauit; quomodo nos contemnimus pœnitentiam, qui sumus*

D. CHRYS. *Ho. 4. in Imperf. in Matth.*

I. Probatur ratio thematis ex D.Chrysost.

sumus coperti peccatis? diuino gestum fuit hoc consilio & prudentia, vt Christo accedente Baptista de diuinitate eius illustre ferret testimonium, indice digito demonstrans eum esse qui peccata laxaturus aderat, tantum abest vt ipse illis inquinaretur: vt adstantes ex hoc humilitatis caperent argumentum, nec de perfectione gloriarentur, si & ipsi baptizarentur: quandoquidem ipse Christus, qui peccator esse non poterat, in se baptismum experiretur, quo fastuosum omnem reprimeret & arrogantem.

D. CHRYS. Ho. 4. in Imperf. in Matth.

I. Probatur ratio thematis ex D. Chrysost.

Genes. 18.

Patriarcha Abraham charitatis suæ studiis virtutum exemplar heroicarum eminus conspexit aduentantes tres Angelos quos iuuenes splendidos arbitratur: & in domum hospites inuitat, mensamque apponit: quibus recumbentibus ne famulatum suum vllo defraudaret merito, suam nihil moratur grauitatem, ætatem non attendit canescentem, nec seruorum multitudinem quorum manibus ac sollicitudini fidere poterat opiparam Angelorum exceptionem: sed ipse velox *currit ad armentum*, vitulum tollit tenerrimum, & coctum apponit comedendum. Hæc anxia sollicitudo stupori est D. Chrysostomo: quocirca sic ait. O Patriarcha, quod ante ferculi huius charitatiui oblationem, diligens gnauusque fueris, ne tibi tolleretur, libenter annuo: porro cum iam eos hospites habeas & domi residentes, cur ita festinas, lente progredere: nec enim Angeli discedent cum semel domus tuæ limen intrauerint: accepto enim habent delatum à te obsequium: esto securus. Nemo miretur (inquit D. Chrysost.) quia priusquam in ædibus suis videret Angelos, timet ne ex talibus hospitibus superbus efferatur, suoque merito hoc adscribat: vt autem tale quid de se non opinetur, imo præsumat, licet iam illos agnoscat, & pateat se fecisse quod poterat, iudicet tamen se nihil fecisse: quia collatus cælestis curiæ magnatibus adeo splendidis tenebras in se damnabit etiam iustissimus. Sic enim ipse: *Nunc quia adduxit viros, & quia quod optabat, perfecit, neque sic ab alacritate desistit, sed magis feruentem demonstrat amorem*; sed sequentem notate sententiam. *Nec quia securus fuit, ideo fit negligentior*: mimis magna securitas in conspectu Dei, præsumptio notatur & arrogantia: nequaquam autem vt iudicium laudatur & propriæ cognitiones argumentum.

II. Et hæc in Abraham laudatur.

D. CHRYS. Hom. 41. in Genes.

Proficiscor animo cum populo Israel ad optatam promissionis terram, per arentia illa prata, siti fatigato, hoste acerbissimo, Conuolat ad ducem suum Moysem & summum Sacerdotem Aaron: hi autem ad Deum confugiunt, à quo cum schedula donationis aquæ mittuntur ad petram, cui ex

Dei nomine loquerentur, qua facta diligentia, & nulla alia necessaria, torrentes illa crystallinos ex accensis venis suis effunderet. *Loquimini ad petram, & illa dabit vobis aquam.* Accedit Moyses comite fratre, petram tangit, imo ferit virga legislator: & ratio sit quia vel ordinem sibi à Deo præscriptum non obseruauerit: siue ob quandam animo illius illapsam incredulitatem & diffidentiam: stomachatur Deus iuratque duobus his vterinis, terram non calcarent, ad quam possidendam eduxerat filios Israel de Ægypto. *Quia non sanctificastis me coram filijs Israel* &c. Ad quæ verba sic sua adiungit commentator Oleaster. *Tremenda potius quam interpretanda sunt verba hæc.* Nemo meam hic præstoletur interpretationem sed animi potius suspensionem, dum ex eo quod audio tremore concutior. Moyses vir ita Deo familiaris, cui quasi sibi coæquali tanta loquitur teneritudine familiaris tantamne pro leui culpa seueritatem incurrit? Incurrit. Ne quis præsumat sibique persuadeat se solum stare, nec vnquam lapsurum; cum altissimæ corruant cedri, & in Dei præsentia fortissimæ quatiantur columnæ. Conclusionem quam infert, audite. *Nemo ergo quantumcumque iustus & sanctus præsumat de se, nemo sibi fidat, videns turres ipsas cecidisse.* Et ita notat Auctor præfatus:

Num 20.

III. Et ex Moysi lapsu nobis commendatur.

Oleaster hic.

quod Moyses experientia doctus quando legatos misit ad Regem Edom transitum postulans filijs Israel per regionem suam, referens illi portenta & prodigia magna valde, quæ Deus operatus fuerat in Ægypto quibus populum suũ de Pharaonis eripuerat potestate: addiderit: *Misit Dominus Angelum suum*, qui illum in libertatem vindicaret. An ergo ô Moyses ignoramus te huic facinori à Deo prædestinatum? Cuinam potestas data fuit maior, auctoritas amplior, iurisdictio illiminatior quæ vsque hodie numquam audita fuit, numquam visa & ipsa comprehendẽs elementa aquam, aerem, ignem & terram, ex puluere producens muscas, ex aqua sanguinem? Qua veritate nunc affirmas illa non tui brachii potentia, sed angelico peracta ministerio? *Misit Dominus Angelum suum*: Ratio est: tantummodo abest vt quid præclarum de se præsumat, & gloriosa sibi adscribat facinora, quando Dei recordatur, vt se virum censeat de vulgo communem, nec sibi quidquam audeat attribuere, Deo autem omnia; & quamuis tanquam socium ad hoc opus se Moyses posset annumerare: vt tamen ad latus suum ipsam aduertit sanctitatem, in se multos notauit defectus, ex quibus sui non recordabatur. *Nam licet etiam ipso populum de Ægypto eduxisset, non tamen hoc audet sibi*

Num, 20.

sibi iam tribuere sed Angelo.

In illo solemni Psalmo *Miserere*, dicto pœnitentiali: eo quod in eo Dauid culpam suam agnoscat & defleat, quintum versiculum excipio enodandum. *Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Tibi soli & in facie tua præsumpsi proditor mandata tua transgredi ô Domine. Huius veritatem non capio: *Tibi soli:* Dauid enim vt Rex & homo publicus contra multos deliquit: nemo negat: in regnum cui malo suo exemplo petra fuit scandali, quasi tacitam concedens ad talia malefacta licentiã. Deinde in seruos suos deliquit quos diuinæ offensæ fecit sequestros. Nec non in fidelem regno militem Vriam, cui litteras dedit proditorias quibus in bello derelictus occideretur, sicut de facto cæsus occubuit, cui prius honorem calumniator abstulerat. In tot igitur delinquens, qua veritate plangit: *Tibi soli peccaui?*

Psal. 50. IV. Quomodo Dauid soli Deo peccauerit.

Num. 20.

2. Reg. 11.

Incognitus sed de doctrina probè cognitus proposito prius dubio, eleganter respondet: *Nonne peccauerat contra proximum, auferendo sibi vxorem, & eum morti tradendo cum multis alijs?* Verum est, multos grauiter offendit: sed vt erat Dauid Rex, monarcha, & supremus Dominus, superiorem non agnoscebat in terra qui causam eius susciperet discutiendam, aut castigandum: idcirco fatetur se soli Deo peccasse: solus etenim ille poterat illum ad suum citare tribunal: hic enim in mundo potentioribus & magnatibus modica seruatur iustitia, quæ tamen pauperibus satis est rigorosa: nam sicut habent superiores ita habebunt quoque iudices. *Quia ergo Dauid ista peccata committendo erat Rex, & in terra superiorem iudicem, à quo puniri deberet, non haberet: ideo soli Deo se peccasse confitetur, & hoc est quod dicit Glossa Tibi soli peccaui: quod ideo dicit, quia Rex est omnibus superior, & ideo solum à Deo, qui est ipso maior puniendus.* Subtilis est hæc interpretatio, sed illa D. Greg. Magni nostræ melius seruit intentioni. Stricte & in rigore terminorum dicere nõ possumus hominem in hominẽ peccare: quia peccare in aliquem hoc inuoluit, quod fateatur eum contra quem peccat, sanctum esse, iustum & ab omni imperfectione liberum: & quis est hic, & laudabimus eum? Ergo soli Deo qui est ipsa puritas, peccamus: & in eius præsentia omnium limpidissimus fuliginem patitur quam abstergat, velut candelabrum Templi, cui emunctoria apponebantur aurea, quibus noua lux deficienti reddebatur illam à sordibus sæpius emundando: coram Deo quippe candela clarissima lucens, mucum patietur, quo lux sua obtenebretur. Moralis adest Doctor. *Homo homini*

Incogn. in Psal. 60.

V. Prima ratio.

VI. Secunda proposito conformis.

D. Greg.

Ioan. de Mata de Festis Dom. S

mini non peccat: quia eũ aut par, aut grauior culpa inquinat: Deus solus iustè peccata vlciscitur: quia ipse solus est, in quo non potest inueniri quod puniatur; quia ergo solus Deus parcit, solus iuste iudicat, ipsum solum offendit qui peccat. Quo enim se quisque peccando dissimilem Deo facit: eo tremendam superni iudicis Maiestatem offendit. Clamet ergo ad Deum peccator, clamet iniquitatum suarum conscius, clamet totis medullis cordis & dicat? Tibi soli peccaui: quia tu solus es sine peccato. Quia tibi soli Domine conuenit ex ipsa tua natura, tuam non negare posse naturam, & id quod es, cum sis regula prima, homines autem peccatores: idcirco quamuis omnes offenderim creaturas, dico, ligatæ sunt illis manus ne me puniant: quia defectibus sese omnes sentiunt inquinatas: solus ille me puniat qui non potest habere peccatũ, & ideo *Tibi soli peccaui.*

Eximius Ecclesiæ doctor D. Hieron. thalamum figit in celebri illa Salomonis sententia qua principium dat Libro suo Ecclesiastes, *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Iudicaret fortasse aliquis, ita D. Hieron. quod Salomon hac vniuersali propositione, *Omnia vanitas*, nimium calamum promouisset, & quærit: hi omnes creaturæ bonæ sunt, in quantum de potenti illa & sapienti manu Dei prodierunt, nam singulis iuxta naturam suam, proprietates dedit & mysteria, vt illi seruirent, qua veritate illas appellat vanas? Et concedamus tibi terram eiusque incolas vanos esse, ob inconstantiam & modicam in illis & illa securitatem, frustra sæpe & vane se defatigando: an saltem Angeli & cælestes virtutes, immortales illæ substantię tanta perfectione laudabiles ab hac regula non excipientur? Quomodo vanitas dici potest Seraphinus pulcher admodum dum & diuinæ assistens Maiestati? Dubium verbis suis proponat D. Hier. *Si omnes creaturæ bonæ sunt, & à bono Creatore conditæ, quomodo vniuersa vanitas? Si terra vanitas: numquid & cæli, & Angeli, & Throni & dominationes, Potestates, cæteræque virtutes?* Responsum libenter audio: fateor, ait ipse, quod si primordia creationis earum inspiciamus, bonæ & valde bonæ vocandæ sunt, & tales ipse conditor eas commendauit. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona:* quod adhuc clarius patebit si Angelos hominesque consideremus. Porro si illas æquipares aliis infinities perfectioribus, vanæ censentur & exiguæ substantiæ. Profert exemplum. Si velis candelam in candelabro suo lucentem comparare stellæ fixæ in firmamento, vel hanc soli, vel solem hunc materialem Christo Redemptori nostro, tali ex iustitia: quamuis can-

Eccle. 1.

VII. Quomodo omnes creaturæ vanæ sint.

D. Hier. Epi. ad Pamachium in defensi libror contra Iouinianum

Genes. 1.

candela, stella & sol luceant: tamen soli huic collaterales, vmbrę sunt, tenebræ sunt, vanitas sunt, & vanitas appellandæ: Salomon igitur considerationem suam in Deum coniecerat: illam inde ad creaturas deflexit: & cum inter ipsas & Deum, licet iustissimi conueniant homines & purissimi accedant spiritus, tantum sit interuallum, merito quæcumque extra Deum sunt, censet appellanda vanitatem. *Sed quæ per se bona sunt, vt à bono creatore condita, ad comparationem meliorum, vanitas appellantur: verbi gratia: lucerna lampadis comparatione pro nihilo est; lampas stellæ comparatione non lucet; stellam lunæ confer, & cæca est: lunam sole iunge, non rutilat; solem Christo confer, & tenebræ sunt. Omnem igitur creaturam, si Deo contuleris, non subsistit.*

VIII. Quia respectu Dei nihil sunt.

D. HIER. Epi. ad Pamachium in defensi libror contra Iouinianum

Raras admodum & omnino singulares offendo in Lazari resuscitatione circumstantias: in quibus hæc elucet, quod institis ligatus prodierit de sepulchro, eo modo quo conditus fuerat: cumque taliter se eorum Christo cunctisque circumstantibus præsentasset. *Ligatus institis, & facies eius sudario erat ligata:* præcepit Christus discipulis suis: *Soluite eum & sinite abire.* Calamum non euasit mysterium hoc adeo præclarum Patris mei & Angelici Doctoris: vnde sic ipse. Nemo miretur si Lazarus tali schemate prodeat, etiam resuscitatus. An ergo in conspectum non venit Christi Redemptoris? Venit omnino: non eam ob causam illi imperat. *Lazare veni foras.* Licet ergo sit in altera vita, in qua nullum committitur denuo peccatum, attamen tot videbit in se laqueos, catenas & vmbras, vt si Deo vicinus statuatur, dicant hęc ligamina quid in hac materia sentiat, nosque doceat hanc veritatem, omnem ab omnibus inanem tollens pręsumptionem, *Quia adhuc in corpore constituti, alieni à molestijs esse non possumus, etiam à peccatis surgentes.* q. d. Tu in mundum non redis? Licet ergo vita tua tanta iustitia & & sanctitate præfulgeat vt esse debet eius qui se luxit mortuum, & viuum gloriatur: attamen lateri diuino adstans vincula geres imperfectionum, & argumenta humilitatis &c.

Genes. 1.

Ioan. 11.

Nota

IX. Allegoria de Lazari ligaminibus.

D. THOM. in c. 11. D. IOAN.

Inter tantum sacrificiorum varietatem, quæ Deo consecrabantur notandum occurrit quod Sacerdos ingressus templum vel tabernaculum, hoc primum intendebat, vt pro se Deo preces offerret, & peccatorum precaretur indulgentiam: vt patet in Exodo. Hoc aduertit noster Oleaster, & dignam ingenio suo profert sententiam. *A sacrificio pro Sacerdotis peccato, incipit præparatio Sacerdotis: quoniam prima Sacerdotis cogitatio, cum ad sacrificandum Domino accedit, debet esse, cogitare se*

X. Sacerdos primò pro se oret. Exo. 29.

Oleaster ibi.

se peccatorem, & sacrificio atque oblatione indigere. Hæc prima in sacrificio Sacerdoti occurrat cogitatio, qua se vilem reputet peccatorem, quando accedit Deo futurus proximus, & sacris adstare debet altaribus: quocirca pro se primò offeret suam profitendo necessitatem: sola quippe suprema Dei Maiestas culpa caret: & quamuis lætetur indultum sibi vt sacro-sanctas tangat aras, thuribulum è manu suspendat ornamentis induatur pretiosis; non idcirco tamen inaniter præsumat, sibique persuadeat se sanctum esse, sed potius *Sacrificio atque oblatione indigere.*

XI. Allegoria de tegendo Altari.

Præfatus Auctor notat in cap. sequenti mandari à Deo vt altare Thymiamatis aurea lamina cooperiatur: erat autem altare hoc in quo aromata suaue fragrantia Deo incendebantur. Quæro igitur: Si altare constructum sit ex ligno setim incorruptibili & pretioso, quod aurum illi comparatur? Cur præcipitur illud operiri, licet metallo tam pretioso quod ita industrie elaboratum est? quanto magis cum expollitū & sine mixtione, non contectum multò sit acceptius. Ad quid in Altari coopertum? Ex ipso Dei mandato solutionem eliciamus: dicit enim. *Facies quoque Altare ad adolendum thymiama de lignis Setim, vestiesque illud auro purissimo.* Respondet ergo Oleaster. *Non vult Deus videre quidquam nostrum nisi tectum, tegendus Sacerdos sacris vestibus, tegendum Altare auro, etiamsi ligna Setim, ex quibus factum est, munda & pretiosissima sint.* Nihil humani quod diuino debet obtutui præsentari permittit ac patitur esse non coopertum: ne diuinus eius oculus & intuitus illo statim offendatur: & licet summus sit Pontifex, mutet vestimenta sua, abiiciat illa quæ familiariter defert, ordinaria non conferat. Et quamuis altare sit pretiosum, contegatur tamen: nam coram Deo nec Sacerdos quantumuis sanctus, nec Altare quantocumque ornatu præfulgens, si cortinis illud velisque contectum non videat, illi gratum non est: hac quippe cæremonia protestamur solum Deum ex natura sua esse impeccabilem: reliquos autem indigere remedio contra culpam. Et quod si ille qui sic expers est omnis peccati baptizetur, mei gratiâ hoc facit, radicitus omnem vanam arrogantiam, fastum, superbiam ac præsumptionem rescindens.

Exod. 31.

Oleaster ibi.

Discursus IV. *Quemadmodum Spiritus S. Virginea SS. Mariæ viscera fecundauit ad conceptionẽ Verbi: ita fecundas reddit aquas animabus regenerandis instrumentum: ex quibus filiæ Dei renascuntur. Agitur de virtute & diuinis effectibus S. Sacramenti Baptismi.*

HVius discursus titulum assumpsit Abbas Rupertus, & verba profert præclaris fœta mysteriis. *Qui enim diuina omnipotentia sua in Mariã superuenit, & obũbrauit ei, vt cõciperetur & nasceretur ex ea vnigenitus filius Dei: ipse eadẽ omnipotentia superuenit aquis & eis fecunditatẽ tribuit, vt renascantur ex eis filij Dei. Fons aquæ elementaris hoc spiritu superueniẽte viuificatus, fit vterus Ecclesiæ vterus gratiæ.* Omnipotentia Dei ex amore & in amore, qui est Spiritus S. fecundauit purissimũ vterum Virginis Mariæ: vt dum in illo Verbum fit caro, homo in illo ad dignitatem eleuatur filiorum Dei: quia vero illud non in omnibus indiuidualiter factum est; erexit in Ecclesia sua alia gratiarum viscera & diuino quidem fecundata Spiritu, vt sicut ex virgineis egressus est Deus homo, ita ex aquaticis prodeat homo Deus, & Dei filius adoptatus per gratiam. Cui confestim aliud addit, quod exposita difficultate, clarius patefaciet virtutes & effectus huius Sacramenti. Christus (inquit Rupert.) vocauit Baptismum, regenerationem nouam natiuitatem, principium essentiæ spiritualis: in quo filius iræ mutatur in filium benedictionis. D. Paulus appellat Baptisma sepulchrum: quia baptizare aliquem & eundem sepelire ac morti Christi conformem reddere, conuertuntur: itaque eædem aquæ vita sunt & mors; vita: hanc enim infundunt animæ: mors autem in quantum efficaciam mortis Christi repræsentãt. Ne verba Ruperti transeamus. *Ideo Christus dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei; Apostolus autem: Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Itaque vnus idemque fons, & vterus & nobis sepulchrum est. Vterus: quia sicut dicit Christus, renascimur; sepulchrum: quia sicut dicit Christi Apostolus, & illic Christo cõsepelimur, & inde Christo consurgemus.*

Quomodo vno eodem tempore fons esse potest matrix in qua generatur infans in heredem gloriæ, monumentum in quo velut cadauer reconditur: *vterus & sepulchrum*? Insuper si diceret, sicut multis vterus maternus seruit ad sepulchrum, quos prius mortuos occupat, quam viuentes

Rupert. l. 3. de operibus Spiritus S. c. 9.

I. Spiritus S. fecundat aquas Baptismi.

Ioan. 3.

II. Baptismus vterus est & sepulchrum.

tes prodeant: vt Iob imprecabatur sibi factum: *De vtero translatus ad tumulum*: facilis esset intellectus: quia diuersa hoc respicit tempora & status notat distinctos. Sed Rupertus ait: baptizare est viuificare & sepelire. Iam patet responsio. Tantæ baptismus est efficaciæ tanta eius est potentia, amplum eius dominium, & illimitatum imperium vt quemadmodum in vtero puer esse incipit, & moritur senex plenusque dierum temporalium; ita Baptismi Sacramentum quando in spiritualibus illi dat principium, tantam communicat ei & perfectionem, vt cunabula illius Christi copulet sepulchro. *Vterus & sepulchrum.*

Iob 10.

Nota

Quærit Doctor Angelicus: Vtrum Christus conuenienti tẽpore fuerit baptizatus? nempe inchoato iam trigesimo ætatis suæ anno: nam Nazianzenus ait. *Triginta annos natus baptizatur.* Et D. Hieron. *Triginta annos natus venit ad baptismum, quæ in homine perfecta ætas est*: & figuram adducit ex eo quod Deus in veteri lege mandauerit, vt Sacerdotes seruire Deo inciperent. *A trigesimo anno & supra.* Et proposito dubio cur tanto temporis spatio differre oporteret: nam si baptizetur nobis ad exemplum & instructionem noster tamen baptismus ad ortum vitæ confertur: omissis aliis eius rationibus hanc proferimus. *Quia per hoc quod Christus in ætate perfecta baptizatur, datur intelligi quod Baptismus parit viros perfectos, secundum illud Ephes. 4. donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum & mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Ætas triginta annorum in viro est perfectior quando membra robustiora suas melius operationes exercent: & quando virum perfecte virum possumus appellare: quod ergo non baptizetur Christus nisi in ætate perfecta: licet enim in natura sua talis semper extiterit hoc nobis significat baptismum vitæ spirituali dare perfectionem, viros integros facere, neminem relinquere puerulum, omnes annis plenos: quocirca non nisi trigesimo ætatis suæ anno Redemptor noster ad Iordanem accedit à Ioanne baptizandus.

D. Thom. 3. p. q. 39.

Nazianz. orat. 39. & 40.

D. Hier. in Ezech. c. 1 Num. 4.

III. Christus optime anno trigesimo baptizatur.

Ephes. 4.

Adornemus aurum hoc grauissimis verbis Emisseni. *Homo fonte tingitur & momentaneo lauacro ab inueterato malo primi parentis abluitur, sub aquis relinquitur quidquid flammis debebatur, & sãctificatione secreta sub felici vnda pristini hominis vetustas exuitur, & quodammodo homo inter se alter efficitur, renascitur inuisibiliter, innouatur in melius: quantum oculis cernitur, non mutatur, & tamen senectute deposita iuuenis anima renouatur.* Fonti Sacramentali vix natus infans immergitur, & breui

Emissen. Hom. de Pascha.

IV. In Baptismo renascimur filii Dei.

breui tēporis lauacro ſenilis culparum ætas reiuueneſcit, quas ex parentibus hereditaria propagine contraxerat: in aquis ſoluitur quod igni ſoluendum differebatur: alius omnino ab aquis aſſurgit: & quamuis humanus oculus eundem illum & æque paruū aſpiciat: illuditur tamen: etenim fidei oculus agnoſcit illum multò grandiorem, multòque perfectiorem. Vt video ſtatuit ſe vir Sanctus conſideratione ſua ad valuas Eccleſiæ, & deferentes puerum ad baptiſmum, interrogat: quid huc defertis? Reſpondent: filium iræ: *Eramus natura filii iræ:* cælorum exheredem, nullo iure, nulla fultum ad Dei viſionem actione. Ingrediuntur, baptizatur infans, & denuo ſciſcitatur, quem efferant? Reſpondent: filium & amicum Dei, per gratiam adoptatum, & tanto iure ad gloriam ex Dei miſericordia pollentem, vt ſi tunc inter matris vel nutricis brachia expiraret, diuinis inſereretur amplexibus. Quænam ergo tam repentina mutatio? quis illum ita ſubito mutauit? *Momentaneo lauacro.* Non tam cognoſcetur per baptiſmum ita alius, quaſi non eſſet: & quamuis idem ſit perſonaliter, alius eſt tamen in qualitatibus. Corpus eandem refert ſtaturam quam adduxerat: anima verò vt iuuenis adeo & recens nata ſit gigas. *Iuuenis anima renouatur.*

Ephes. 2.

Emiſſe. Hom. de Paſcha.

IV. In Baptiſmo renaſcimur filii Dei.

Latius hoc explicemus. Omnibus eſt in confeſſo peccata ſenectutem inuehere. Dauid hoc fatetur de ſe. *Inueteraui inter omnes inimicos meos*; per inimicos ex ſententia Incogniti, veniunt peccata, propter illa euaſi vt veſtis antiqua obſoleta, vſu trita, & nulli rei apta ſeruire. *Per inimicos intelligit peccata, quæ naturæ inſidiantur; inueterare autem eſt, fieri inutilem, ad ſimilitudinem veſtis veteris, quæ nec vſui apta eſt, nec decori.* Ob culpam igitur originalem puer vocari poteſt decrepitus, ſed his aquis intinctus reiuueneſcit: quid plura? per aquas Iordanis: *Senectute depoſita renouatur.* Hanc ſolutionem dubio propoſito dat D. Thom. Quare omiſſis aliis multis fluminibus percurrentibus & rigantibus Palæſtinam, nec non limpidiſſimis aliis ſtagnis Chriſtus ſolum elegerit Iordanem ad baptiſmum. Animaduertendum, inquit, diuinam hic quandam inueniri vmbram & figuram virtutis Baptiſmi: ſicut enim filii Iſrael tranſeuntes Iordanem continuò calcarunt & poſſederunt, nulla alia interpoſita mora terram promiſſionis, terram fertilem ſolumque pingue, ita ſimiliter baptiſmus & cælum, aqua & gloria ſibi ſunt adeo coniuncta vt vnico momento hic qui ſe hoc lauacro intingit, continuò ſe illius gaudeat eſſe poſſeſſorem. Verba eius non tacebo. *Fluuius Iordanis fuit per* quem

Pſal. 6.

Incog ibi.

D. Thom. 3. p. q. 39. a. 4 Nota

V. Tranſitus Iordanis figura eſt Baptiſmi.

quem filij Israel in terram promissionis intrauerant; hoc autem habet Baptismus Christi speciale præ omnibus baptismatibus, quod introducit in regnum Dei quod per terram promissionis significatur. Et figura confirmatur vatis Eliæ: hic enim quam primum aquas transmisit Iordanis, paratum inuenit sibi currum quo vectus fuit in Paradisum, non autem antea, sed tunc: quo datur intelligi per baptismum viam nobis ad cælestem patriam aperire: quam si culpa clauserat, gratia referat baptismatis. *Elias diuisit aquas Iordanis quando erat in curru igneo rapiendus in cælum: quia videlicet transeuntibus per aquam Baptismi, per ignem Spiritus S. patet aditus in cælum.* Duo concurrerunt quæ Prophetam promouerũt ad triumphum: aqua & ignis, & continuò Paradisus patuit. Aqua Baptismatis & ignis Spiritus S. illam fecundantis: adeo sibi vicina, vt nullum interuenias medium inter lotionem & ascensum, vndarum transitum, & victoriæ triumphum.

4. Reg. 2.

Pateant aures lepori D. P. Chrysol. quoad difficilem quandam sententiam. *Christus Iordanis alueum baptisma nostrum consecraturus, intrauit, vt quos nascendo in terra susceperat, hos renascendo releuaret in cælum.* Ingreditur Redemptor noster profunda Iordanis quasi summus Pontifex felices illas aquas consecraturus: *vt quos nascendo &c.* Mysterium intelligamus. Aduentus Saluatoris in mundum, & conuersatio eius vt hominis inter homines: summa fuit dignatio, & eminentissima amoris sui perfectio: nihilominus adhuc in terra manebamus: nos voluit secum in cælum rapere, instituit S. Baptisma, per quod ita magnificatur & sursum eleuatur anima: vt licet multum cum Deo conuersaretur in carne sua, tamen in humili hoc solo hæc caro stertebat, quia nobis baptisma non reliquerat, cuius hic est effectus, vt introducat manumque nobis porrigat ad æternas cæli mansiones. Itaq; natus Dominus homini in terra sua conuixit, & Deus nos per baptismum secum rapit ad gloriam: ô quanta secundæ gratia generationis! Plura nobis dicenda sunt vt abyssũ hanc Chrys. capiamus, & præsenti similitudine saltẽ aliquid intelligemus. Intẽdit architectus integrũ in statera eleuare ædificium, & primo paulatim attollit asserem satis fortem & spissum, quem inferius ponit, vel grauissimum lapidem ad latus vnum, quo attollit quod desiderat, & quantum descendit lapis ille vel spissa tabula, tantum ascẽdit erectum ædificium. Intendebat humani generis Redemptor artifex & creator naturæ, lapsam illam intuens & dolens, attollere ad pondus ipsius cæli: medium seu instrumentum ad hoc capit tabu-

D. PETRVS. D. CHRYS. Serm 157.

VII. Ascensus Christi de aqua mysticus est.

VI. Similitudo Nota

D. CHRYS. Ho. 3. in Imperfect. in Matth.

tabulam fluminis Iordanis, & posito Christo lapide diuino: *Petra autem erat Christus*, super has aquas, incipit descendere ex hac parte sua humilitate, & in altera parte ascendit homo: descendit Christus de diuina natura vsq; ad centrum terræ, & eleuatur homo ab ipso nihili vsque ad sublimem Dei sedem: & quemadmodum vsque ad institutionem Baptismi non patebat in baptizatis, quia non erant, idcirco bene dicit Chrysolo. quod ideo natus sit, vt mihi hic conuiueret, & baptizatus sit, vt ego cum illo in cælo triumpharem. *Vt quos nascendo* &c.

VII. Ascensus Christi de aqua mysticus est.

Clarius exponit hoc D. Chrysost. Obseruat dictum ab Euangelista, quod baptizatus Christus *Confestim ascendit de aqua.* Quo precor ascendit? Et vnde ascendit? An fortè profundius sacrum penetrauit fluuium? Nequaquã. Ergo diceret: egressus est de aqua, pedes suos extraxit, abiit: sed *Ascendit.* Et quare tam festinas? Ipse Chrysost. dubium proponat: *Non inuenio qua causa positum est: quia confestim ascendit de aqua. Quid enim interesset si tardius conscendisset? Ergo potuit sic dicere: Iesus autem baptizatus ascendit de aqua.* Respondet: dum dicit, ascendit signat, quod operante hoc Sacramento anima cælum ascendat: & licet Christus si diuinitatem eius spectes, esset ipsum cælum, esset que in eo:

D. Chrys. Ho. 3. in Imperfect. in Matth.

dicatur tamen ad effectus adeo insignis expressionem, quod baptizatus ascendit, & quidem confestim: nullum etenim obstat impedimentum. *Puto autem factum Christi ad mysterium pertinere omnium qui postmodum erant baptizandi. Ideo dixit confestim, & non dixit, egressus est, sed ascendit: quia omnes qui digne secundum membra iustitiæ formati, & consummati baptizantur in Christo, confestim de aqua ascendunt, id est, proficiunt ad virtutes & ad dignitatem sublimantur cælestem: qui enim ingressi fuerant in aquam carnales & filij Adam peccatores, confestim ascendunt de aqua spirituales filij Dei facti.* Cui confestim aliam annectit explicationem verbi *Ascendit*: Ex aquis illis ascendit redempturus genus humanum. Ascendit victurus diabolum: ascendit cælum aperturus, effectus hi sunt Baptismi. *Aut certè confestim ascendit de aqua, festinans ad tentationem contra diabolum, ad liberandum genus humanum.*

Nominatissimus ille Tertullianus in libro suo pereleganti de Baptismo, aquas illas indigitat vitales, & viuificatrices, quo denotat illas in orbis exordio pisces produxisse & aues, primaque viuentia. *Primus liquor, quod viueret edidit: nimirum si in baptismo aquæ animare nouerunt.* Attamen dicamus aliquid omnino singulare, ipsi proprium. Deus hominem

Tertull. l. de Baptismo c. 3.

Ioan. de Mata de Festis Dom.

nem creauit ab ipso possidendus: cuius intuens Auctor manus eas fragmento luti cernit occupatas, seu cœno, & hoc est *limus terræ.* Quærit si formet illum vt in altū ascedat, puluerem assumat leuem & aridū, qui quolibet vento percussus per aëra dispergatur. Terra autem humida & madefacta cui seruit? Mysterium hoc est, quod nimirum perfectionem hominis in aquis esset collocaturus, quas viam in cælum prępararet: quocirca puluis nulla madefactus aqua creationi hominis ad gloriam destinati non famulatur, cuius portas solæ baptismales aquæ dilatant & viam aperiunt. Quamuis autem indecorum videatur lutum in manu Dei, eamque illo sordidari, hinc tamen patet, quod cælum eo modo & non alio sit homini collaturus: futurum enim erat hoc illius in Euangelio verbum: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in regnum Dei.* Idcirco creauit illum ex limo aquis intincto. Loquatur Doctor Africanus. *Nam ipsius quoque hominis figurandi opus, socianttibus aquis absolutum est de terra materia, non tamen habili nisi humida.* Quia vero me fatigaturus sum (inquit ipse) in huius elementi præconiis: quandoquidem videam aquas fuisse primum Spiritus S. vehiculum: *Spiritus Dei ferebatur super aquas*: non tamen faciam hoc nisi in re sancta: *Sanctum autem vtique super sanctum ferebatur, nec ab eo quod superferebatur, id quod ferebat, sanctitatem mutuabatur.* Quocirca in primo verbo Libri aquas appellat: *Felix Sacramentum, aquæ nostræ;* felicitatis humanæ felix exordium. Et postmodum. *Numquam sine aqua Christus, siquidem & ipse aqua tingitur. Prima rudimenta, potestatis suæ, vocatus ad nuptias, in aqua auspicatur. Cum sermonem facit, sitientes ad aquam suam inuitat sempiternam. Cum de Agape docet, aquæ calicem fratri oblatum inter opera dilectionis probat. Apud puteum vires resumit: super aquam incedit libenter. Numquam sine aqua Christus.* Si flumina præterlabantur attende quoties Euangelistę nobis ipsum super aquas describant. Cui considerationem addit cōsiderata dignam. *Perseuerat testimonium Baptismi vsque ad Passionem cum deditur in Crucem: aqua interuenit, sciunt Beati manus: cum vulneratur; aqua de latere prorumpit, scit lancea militis.* Aqua Redemptorem vsque ad Passionem comitatur: nam eius innocentiam in aqua manuum suarum lauacro Pilatus attestatur: dum latus illi à milite lanceâ aperitur, aquæ profluit mysterium. Et cum Tertulliano accurreret alicuius forte iudicium, quod quandoquidem ex latere Christi aqua comite sanguine profluxerit, huius ob illam non recordaretur; subiungit:

Genes. 1.

VIII. Homo ex luto madefacto formatur.

Nota

Ioan. 3.

TERTVLL. *vt supra.*

IX. Christus semper in aquis.

X. Duplex Baptismus.

Nota

THEODOR. l. 5. *Diuinorum secreto. epitome c. de baptismo.*

git vtroque duos indicari Passiones ceu Baptismos: vnum Passionis Christi, alterum aquæ baptismatis. Et tantum est hac intingi aqua, quantum illo potari sanguine. *Proinde vt nos faceret aqua vocatos, sanguine electos, hos duos baptismos de vulnere perfossi lateris emisit: quia qui in sanguinem eius crederent, qua lauarentur qui aqua lauissent, etiam sanguinem potarent.* Sanguine nostræ redemptionis pretium in Cruce persolutum est: aqua nobis in baptismo applicatur; per aquam vocati sumus ad Christi fidem, & eius sanguine electi; quia vero duo sunt baptismata ab inuicem dependentia, cum statuta sit hominis redemptio, de latere perfossi Crucifixi sanguis emanet & aqua: quo sciamus sanguinem tingere, & aquam lauare: nec constans erit hæc purpuræ tinctura, nisi huius aquæ candore mundetur. Idcirco legitur: *Aperti sunt cæli*: cæli in plurali: eius etenim baptismatis cælum, & cælum Passionis, duo sunt cæli, atque ad vtriusque possessionem baptizatus intromittitur. Ex prefatis intelligo nonnullos titulos, quos huic Sacramento adscribit Theodoretus. *Arrha futurorum bonorum*: etenim in baptismo Deus animæ pignus effundit, & in cęlo seipsum tradit in pignoris exonerationem. *Futuræ resurrectionis typus*, ad quam de sepulchro resurget gloriosus, sicut de fonte Baptismatis. Cognomina sunt hæc præclara, quibus egregiè sacri huius baptismatis cælestes indicantur effectus.

TERTVLL. *vt supra.*

IX. Christus semper in aquis.

X. Duplex Baptismus.

THEODOR. l. 5. *Diuinorum secreto. epitome c. de baptismo.*

Nota.

Discursus V. *Officium seu titulus Baptistæ tantopere D. Ioannem extollit: vt eum reliquis sanctis reddat subliniorem: vnde discursus huic eius dedicatur prærogratiuæ, licet in ipsius Dei solemnitate.*

HIc cæli obstupescunt, admirantur Angeli, totus hæret attonitus mundus, nec eorum admiror admirationem: nec me stupefacit stupor quo de tanta hominis stupent eminentia, cuius manu Deus baptizari dignatur: Quod si pura creatura & homo hoc debuerit fungi ministerio, & tamen æternus Pater carnem assumeret, dignum hoc videretur tanta Maiestate negotium: hinc inferatur D. Ioannis quanta sit excellentia, cui tantum communicatur, & à Christo Ioanni tantus defertur honor, vt sibi placeat Ioannem coram se apparere magnum.

I. Ratio cur à Ioanne Christus voluerit baptizari.

Cur autem Christus à Ioanne baptizari voluerit, omissis aliis rationibus, hanc adducit D. Thom. ex Vener. Beda: nimirum vt baptismo Ioannis conciliaret auctoritatem, & Præcursorem suum honore dignaretur:

D. THOM. 3. p. q. 39. a. 2 BEDA in Matth.

Baptizatus est baptismo Ioannis, vt baptismo suo baptismum Ioannis comprobaret. Se pedibus eius Christus aduoluit, illum eleuaturus: descendit ipse vt Ioannes ascenderet, & in illo statuit quendam modum infinitatis quoad excellentiam D. Ioannis, quãdoquidem numquam ita Christus descenderit ac hic: nec ascenderit Ioannes, vt in hoc ministerio. Testetur hoc D. Bern. *Pater auditur in voce, filius baptizatur in flumine, Spiritus S. in columbæ specie, adest Ioannes totius medius Trinitatis.* Hoc titulo eum etiam honorat D. P. Chrysol. Insignem & multam valde dignitatem seu Titulum ostentaret vir nobilis, se in Regis Curia, vbi omnes Regi collati, habentur parui, ipse tamen in auctoritate & pompa magnus emergeret. D. Ioannes apud Deum lucet, eminet, videtur: quid plura? concludit D. Bern. Inter omnes Ioannis excellentias hæc totam eius rapit animi considerationem. *Totus stupeo baptizantem.* Idem fert suffragium S. Pet. Damia.

D. BERN. Serm. de priuilegio Ioannis Baptistæ.

II. Cur præter vocem Patris apparuit columba.

Discursus huius fundamentum sint verba hæc. *Pater auditur in voce,* dum filium Ioannes baptizat. Postquam Paterna vox audita fuit, naturalem declarans filij generationem: hæret D. Chrysost. in eo, quod Spiritus S. in specie columbæ capiti Redemptoris nostri insederit. Quid inde mysterii? Si iam Pater Christum filium suum esse declarauerit: vt quid vlterior diligentia? non descendat columba, vox sufficit, satis euidenter est huius manifestata veritas, dum ita clare cunctis insonat. *Hic est filius meus.* Non refert plura fiant (inquit D. Chrysost.) Tantam vulgus de Ioanne conceperat opinionem, vt ne, licet erroneè, cogitaret illum esse Deum, Pater occurrerit Christum vt filium suum proclamans, ne tamen vocẽ hanc Ioanni potius quam Christo tribueret, ratio suadebat vt vocem hanc Patris columba sequeretur quæ insidens Christo notaret: hic Dominus ille est, cuius gratiâ festum hoc celebratur, cui vox loquitur, nullus autem cogitet Ioannem. Præstat audire D. Chrysost. *Quia enim vox illa, quæ dixit: Hic est filius meus dilectus, credebatur à multis Ioanni potius conuenire: nec enim adiecit vt diceret: iste qui baptizatus est, sed iste simpliciter, & vnusquisque id, quod auditum est, de Baptista magis quam de baptizato dictum putabat, cum ob ipsam baptizantis dignitatem, tum propter omnia illa quæ diximus, venit Spiritus S. in specie columbæ, & vocem traxit ad filium, cunctisque voluit esse perspicuum: quia istud quod ait: Hic est filius meus dilectus, non de Ioanne Baptista, sed de filio baptizato deberet intelligi.*

D. MAXIM. Hom. 8. de Epipha.

D. CHRYS. Ho. 12. in Matth.

III. Christus studebat honori D. Ioannis.

Ita feruebat Christus vt honorem hunc Ioanni deferret, vt

III. Christus studebat honori D. Ioannis.

voluerit omnes tres diuinas adesse personas, inquit D. Maximus: Ioannes autem tremens ac stupens tantam Christi benignitatem in hæc debita quidem sed humilia prorupit verba gratitudinis. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me,* Creator ad creaturam? omnipotens ad nihil? Dominus ad seruum? *Et tu venis ad me? Ad præcursorem Judex, ad creaturam Creator, Rex, ad ministrum, & humiliabis te mihi exiguo, cum tua non sum dignus calceamenta portare?* Et statim inducit Christum qui pudorem omnem metumque adimat Ioanni: sed notanda sunt verba. *Nec mireris Joannes, si tuis me manibus inclino: qui enim contentus sum nasci, contentus circumcidi, pannis etiam contentus inuolui: quomodo non Iordanem hunc contentus ingrediar? Noli putare iniuriosum mihi, indignumque hoc baptisma.* Ioannes tantæ gloriæ collū submitte ponderi: vt enim honorem reputaui, temporalem meam natiuitatem & circumcisionem: ita quoque dum me tuis suppono manibus. Non hoc mihi duco iniuriosum. Tales igitur tantæque sunt auctoritatis manus Ioannis Baptistæ, vt illis baptizatus Christus nihil de sua perdat auctoritate. Optime igitur (ait D Bernard.) quod omnium obliuiscatur: *Et totus adstupeo baptizantem.*

D. MAXIM. Hom. 8. de Epipha.

D. CHRYS. Ho. 12. in Matth.

Secundò: *Filius baptizatur in flumine.* Tendit igitur Christus ad fluuium cum aqua pauciori & secretò posset baptizari: quia hac occasione futuræ erant prærogatiuæ Ioannis adeo sublimes, vt hic omnes eius aliæ demergerentur, & pedem non figerent intellectus & argumenta subtilissima. Qui præstitit ingenio subtiliori Pet. Chrysol. mouet dubium. Quis inquit, vidit Arcam testamenti: quam primum enim Sacerdotum pedes mansuete eius osculantur vndas, cum sufferre non posset Arcæ Maiestatem & vmbram Dei transeuntem, in crystallinos coagulatæ montes suspenduntur, velocem retroflectunt impetum sistuntque: ô prodigium! Hodie autem cum adsit humani generis Redemptor, totaque SS. Trinitas, nullum excitet Iordanis motum, hæreatque constans ô miraculum! *Quid est quod Iordanis, qui fugit ad præsentiam legalis Arcæ, ad totius Trinitatis præsentiam non refugit?* Quid respondebit? Israelitico populo timorem ostendere voluit & reuerentiam Deo præstandam, idque ex retrocessu aquarum Iordanis. Porro cum modo illis inesset Ioannes, quem Sanctum proclamant, affectum & delicias Dei nulla sint hic pauoris indicia, imo verò quieta sint omnia, & amoris plena, propter illum quem in Ioanne deposuit. *Hic Trinitas exercet gratiam totam, totum secum loquitur*

IV. Cur in Iordane baptizetur.

Iosue 3.

V. Allegoria de Iordane.

D. PETRVS CHRYSOL. Ser. 106.

charitatem: ibi elementa corripit, vt seruulos instituat ad timorem: Inter hæc tamen talia & tanta intrepidus stat Ioannes: quia timere non potest, qui totus ad amorem Dei natus Angelico testimonio comprobatur.

Plura dicam: In monte Thabor exterriti corruunt in terram Discipuli, audita solum Patris voce: *Et audientes Discipuli ceciderunt in faciem suam & timuerunt valde.* Et consolatio Christi requiritur qua refocillentur. *Surgite, nolite timere.* Hic autem cum eadem vox audiatur, & aperiantur cæli, nec cadit Ioannes, nec opus est à Christo eleuetur: quid hoc? Quia Ioannes deliciarum filius est, nullus illi se comparem faciat: tangit igitur lauatque manibus carnem Christi purissimam. Quid illi tu Bernarde? *Tibi datum est, quod omnibus negatum est, baptizare eum, qui baptizat omnes in Spiritu S. & igne: Virginem virginisque filium virgineis manibus irrigare.* In hoc priuilegio, nec priorem vidit, nec patietur posteriorem. *Vnus est & similem non habet.*

Matth. 17.

VI. Cur hic Ioannes non cadat.

Historiã reuoluamus ex L. Numeri. Ignis vehemens corda succendit Principum & capitum Tribuum circa Sacerdotii dignitatem, dum eam sibi gloriam singuli vendicant. Ex Dei præscripto duodecim virgas & eam quæ erat Aaron reponunt in Tabernaculo: hæc autem floret, reliquæ aridiores quam prius erant, producuntur, quam reponunt in Sanctuario. Si gestum inspiciamus, in tribus hæc virga præcellit reliquis. Quod floreat, quod Propitiatorio adiungatur, & in eundẽ locum referri mandetur. D. Ioannes ex familia descendit Aaron. Duodecim Principes colit Ecclesia, duodecim Apostolos: *Principes populorum*: sed & Baptistam: cæteri licet flores produxerint & fructus: tardius tamen: iam viri vocati ad Apostolicũ Collegium: Baptista vero, priusquam natus. *Spiritu S. replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* Floruit similiter coniunctus Sanctuario Dei nempe beatissimæ Virgini Mariæ: quandoquidem ex opinione S. Bernardi parienti adstiterit cognatæ suæ Elisabeth, beatumque puerum prima brachiis suis natum exceperit. *Ipsa Dei genitrix felicem puerum primò de terra leuauit, & cognata partum omni prosecuta est seruitute.* Et si miraculum virgæ contigerit, *Vt cessarent querelæ*: ne in populo Dei contentiones orirentur, minores & maiores, Aaron autem campum sibi victor obtineret. Fert Christus sententiam, neminem sibi ipso Ioanne viciniorem & ex consequenti digniorem. Quinimo ni fallor hoc indicat Archangelus Gabriel illum patri promittens & *stans à dextris altaris incensi* quia futurus erat vir Deo proximus. *Consistit coram Arca fœderis*

VII. Ioannes confertur virgæ Aaron florenti.

Luc. 1.

D. Bern. vbi supra.

Luc. 1.

D. BERN. *fœderis ante Testamenti tabulas, & vrnam auream habentem Manna virgam Aaron & propitiatorium solemniter infulatus.* Et quid miramur quod illum Christus ita sibi in Baptismo approximet quandoquidem illum prius sponsæ suæ Ecclesiæ præmiserat paranymphum, vt eleganter expendit D. Chrysost. Baptista corda hominum præparauit & animas ad cognitionem Dei: & sicut in mundo per alium traditur sponsa sponso: ita D. Ioannes manum dedit Ecclesiæ in nomine Christi & pro Christo de quo illū accepit & acceptauit. Et quemadmodum paranymphus dum sponsa traditur, sermonem instituit, loquitur, & sponsus tacet; ita D. Ioannes Christum prædicatione sua loquens, præcessit. *Ita Christo venit vt Ecclesiam componeret, nullum ipse verbum fecit, tantum præsto fuit amicus eius Ioannes, dexteram imposuit sponsæ, ipse verba habuit, & hominum animas Christo tradidit.*

VII. Ioannes confertur virgæ Aaron florenti.

D. CHRYS. Ho. 17. In Ioan.

D. BERN. vbi supra.

Nota

VIII. Ioannes biduo minus quam Christus iacuit in vtero matris.

Nota

Rem notat plane singularem D. Petr. Damianus: cum enim quasi eodem tempore Christi & Baptistæ fuerit conceptio per Angelum annuntiata, Christus biduo diutius hæserit in vtero Matris suæ purissimæ quam Baptista in visceribus Elisabeth: quia Ioannis mensis Februarius biduum rescidit cum non nisi viginti octo constet diebus: quare illi Christi præcursori abbreuiantur? quid nobis hæc notat acceleratio? Ratio est: cum enim Ioannes mundum erat subiecturus, & Deo adducturus, tanti muneris attenta dignitate nulli alteri concessa: sicut Deus festino illum præuenit fauore, ita quoque ipse festinet & præmature Christum annuntiet mundoque manifestet. Verba mea Auctor suscipiat. *Ille nimirum tanquam metator hospitij maturius exijt vt subsequenti mox Imperatori viam sterneret.* Ne dicatur quempiam esse Deo viciniorem: vnde in aqua sit eius prærogatiua: quia in se cunctas imbibit excellentias, & in hac nullus illi comparandus.

D. PETRVS DAMIAN. l. 4. Ep. 16.

Hinc patebit quando Dauid præsagus eminentias cecinit: Ioannis sub titulo & vmbra Vocis (nam ne quis hæc de alio præterquam se intelligeret, ipse Ioannes hoc de se interpretatur. *Ego vox.*) Ex septem vicibus quibus *vox* repetitur (omnes etenim illi D. Basil. & Didymus appropriant) prima statuitur in aquis Iordanis. *Vox Domini super aquas in Iordane.* Secunda: *Vox Domini in virtute*, prædicando pœnitentiam. Tertia: *Vox Domini in magnificentia:* auctoritate quam in mundo conciliabat Christo factus eius defensor: *Magnificum responsum dando de Christo: Non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius.* Quarta: *Vox Domini confringentis*

Psal. 28.

Ioan. 1.

D. BASIL. & DIDYM. in Psal. 28.

IX. Psalmus Dauid de voce Ioannis appropriatur.

tis cedros: Cedros sublimes interpretor superbos, illos ad Deũ inclinando. *Corda superborũ disponendo ad aduentũ Christi.* Quinta: *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Voce sua impurum Herodis rescidit incendium: dicens: *Non licet tibi &c.* Sexta: *Vox Domini concutientis desertum*: tremore concutiens solitudines & deserta, terramque quatiens ex tali doctrina, tali vita, talique exemplo Septima: *Vox Domini præparantis ceruos*, tonitru feruentissimæ suæ prædicationis.

Psal. 28.

O gloriose Sancte quem præconia & prærogatiuæ commendant: nam etiam Sacri Doctores, vt pateat diuinam non esse tuam magnitudinem, quærunt negationes, & quomodo illam à te tollant: *Non erat ille lux*: & hoc dicitur tamen de cæteris Apostolis ac Magistris: *Vos estis lux mundi*, & quod illis datur, de Ioanne negatur: quia in ipsis nullum est periculum, bene quidem in Ioanne, ne quis intelligat illum esse lucem per essentiam: & hæc est ratio cur miracula non fecerit: vt enim singularis quædam pulchritudo, alio non indiget ornatu, sic nec Ioannes miraculis ac signis: ipse namque totus prodigium est. *Collum tuum sicut monilia*: hoc est iuxta D. Bern. *Sponsæ collum ita in se ipso formosum est, vt extrinsecus non requiratur ornatus.* Primæ B. Virginis visitationi tota hæc debetur altitudo, quam in Iordane Christus Ioanni communicauit: quandoquidem aquæ baptismales, in quibus modo conspicitur, figuram referant viscerum SS. Virginis Mariæ. Hanc comparationem suxi ex D. Aug. *Bene maiori munere quam Maria vnda dicata est: illa enim sibi tantum meruit castitatem: ista nobis contulit sanctificationem.* Hoc omnino compertum est, quod sicut ex aquis Iordanis anima prodit purificata cælique heres: ita ex manibus Mariæ consecutus est Ioannes, quod nomen suum indicat, nempe gratiã, & per eam cælestem omnes præstolantur gloriam: *Quam mihi & vobis concedat Pater, filius & Spiritus. Amen.*

Ioan. 1.
Matth. 5.
X.
Cur miracula non fecerit.
Cant. 1.
D. BERN. Serm. 41. in Cant.
D. AVGVS. Serm. 36. de tempore.
D. HIER. in c. 17. Matth.

CONCIO

CONCIO SEXTA DE GLORIOSA CHRISTI TRANSFIGVRATIONE.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum & Ioannem &c. Matth. 17.

SALVTATIO.

NOtauit eximius ille Doctor Ecclesiæ D. Hier. festiuã hanc solemnitatem in qua Redemptor noster diuitiarũ suarum ostentat gazas & monilium suorum cistas aperit: eam esse, quæ sui ponderis grauitate in terram gigantes prosternit fortissimos: quandoquidem tres Ecclesiæ Primates humi concidant velut inanimes, Petrus, Iacobus & Ioannes. *Ceciderunt in faciem suam: quia humana fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet, ac toto corpore & animo contremiscens, ad teram cadit.* Tanta lux hic refulget, tantique splendent radii vt intuentium oculos excæcent, & aera sua claritate condecorent: mons Thabor cælestis huius prodigii theatrum monilibus adornatur, gemmis auroq; quercus eius inaurantur, dũ criniti eius trunci in aurum conuertuntur prætiosum nimis. Pater de cęlo loquitur: sola etenim voce de cælo delapsa diuina adeo potest celebrari gloria ne illi fiat iniuria. Dũ ex ingenii confundor & deiicior exiguitate, solamen tamen accipio perpendens phisonomiam esse scientiã quę ex vultus indiciis animæ scrutatur audetque prædicere propensiones: cum autem hodie Christi faciem intueor: in ipsa eius alacritate, mihi vitam ab eo auspicor infundendam. *In hilaritate vultus Regis, vita*: inquit Sapiens: cum autem Redemptoris nostri contemplor ita placitum & benignum, vt iure mihi promittam, quo de eius Deificatione (hoc quippe nomine D. Ioan. Damasce. appellat Transfigurationem,

Cant. 1. D. BERN. Serm 41. in Cant.

D. AVGVS. Serm. 36. de tempore.

D. HIER. in c. 17. Matth.

Prou. 16.

Ioan. de Mata de Festis Dom.

Damasce. l. 3. fidei Orthod. c. 17.

tionem, sermonem instituam, vitæ gratiam, modo pro me sentiam intercedentem, qua de luce dicturus sim, lucis portam, Mariam semper Virginem: illam igitur ad hoc deuinciamus dicentes: *Aue Maria.*

Discursus I. *Aperit hodie Saluator noster & absconditam reuelat gloriam: qua ex eius conspectu pelliciat hominem lucri cupidem, quem præmium mouet, animat & alit.*

VAriis studuit Deus demonstrationibus suauiter humanam superare ingratitudinẽ. In tres præcipuas vitæ illius eminentias oculos coniecit (vt ad hodiernam veniamus) D. Gaugericus Abbas, pias ex illis & ardentes eliciens considerationes: quas vocat tres egressus seu aduentus Dei. Primus est in Incarnatione, in qua duas diuersas vniuit naturas in persona Verbi diuinam suam & humanam nostram: ex quibus prodiit Deus & homo. Tertius erit, quando in fine mundi sedem suam iudicialem collocaturus est in nubibus cæli, luce potestatis suæ splendidissima illud illustraturus. *Veniet in nubibus cæli cum potestate magna & maiestate.*

I. Triplex Christi aduentus.

Matth. 24.

Inter binos hos, alius est, imo alii, nempe hodiernus, quo se tribus discipulis manifestat: & qualis etiam est, dum ad animam venit vt amator feruentissimus, seipsum reuelans vt eam in amorem sui pelliciat. Et cum tres sint, modusq; quem in illis seruat omnino diuersus, illos etiã ab inuicẽ distinguens ita fatur. *Cum igitur in primo aduentu Deus Maiestatis visus sit contemptibilis; in nouissimo autem videndus sit terribilis; in isto medio videtur admirabilis & amabilis: vt nec propter dignitatem gratiæ, qua se prebet amabilem, possit esse contemptui, sed admirationi: nec propter magnificentiam gloriæ, qua mirabilis apparet, sit terrori sed potius consolationi.* In primo aduentu coopertus & humilis apparuit, vt S. pagina nomina illi attribuerit diminutiua ad eius diminutionem. *Paruulus, puer, radix, virgultum.* D. Paulus vidit illum ad nihilum quasi redactum. *Exinaniuit semetipsum.* Vt autem quid amplius quã homo, vt erat, haberetur lux diuina & fidei requirebatur, cui nihil quantumuis sublime & occultum absconditur. In vltimo suo aduentu iustissimę suæ satisfaciet iustitiæ. Igne circumfusum depingunt illum Prophetæ. *Ignis ante ipsum pręcedet.* Et Daniel. *Oculi eius tanquam flammæ ignis:* vno verbo, terribilis.

GAVGERIC. Serm. 2. Aduen.

D. THOM. 3. p. q. 45. a. 2.

Isa. 9.

Philipp. 2.

Iosue 3.

Iob 26.

Psal. 96.

Dan. 7.

III. In quo consistit Transfiguratio.

Interim venit admirabilis & amabilis inquit prefatus Auctor. Admirabilis: quia in nobis reuerentiã causat tanta Maiestate cõdignam. Amabilis: nam affectum producit, vt ad eum accedamus tantò

II. Medius est admirabilis & amabilis.

tantò securius. Vt se mirabilem ostendat, gloriæ suæ occultat magnitudinem: vt autem se reddat amabilem, illam aperit quam in anima gerebat absconditam. Ratio autem huius repressionis & occultationis ea fuit ex mente D. Thomæ, vt in corpore passibili posset opus redemptionis nostræ peragere: in corpore namque glorioso pati erat impossibile. *Quod enim à principio conceptionis Christi, gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam dispensatione factum est, vt in corpore passibili nostræ redemptionis expleret mysteria.* Quia anima Christi ab instanti conceptionis suæ, beata erat, illam consequi necesse erat gloriam in corpore: quia vero in corpore glorificato pati posse contradicebat, mare illud gloriç repressum est fugientibus aquis, vt factum legimus dum Arca fœderis Iordanem transiret; ita gloria huius diuini Iordanis, quando fluxus illius velut ligatus fuit (hoc ideomate loquitur Iob: *Qui ligat aquas*) ne procurreret, nec vna quidem gutta ad partẽ profluxit inferiorem, donec hodie illi permittat. Itaque miraculum Transfigurationis non in eo latebat, quod gloria animæ in corpus redundaret, quod inde sequebatur, cum illa esset beata; sed ex opinione D. Thomæ, in eo quid communicatâ corpori aliqua parte gloriæ, & dote eiusdem, nimirũ claritate vultus, non illi tota fuerit cõmunicata gloria, nec tota claritas, nec permanenter & fixe, sed transeunter tantum, & passibile mansit vt prius.

D. Thom. 3. p. q. 45. a. 2.

Iosue 3.

Iob 26.

III. In quo consistit Transfiguratio.

Vt autem ex corde diligatur se monstrat amabilem: cum autem natura nostra sit illi apprimè nota: quæ nec pedem mouebit, nisi proprij lucri illecta commodo, præmium ostendit & explicat: quocirca concludit D. Tho. quod si se transfigurat, & gloriam manifestet, ea monetur ratione vt animæ tanti boni magnitudine prouocatæ, feruentius illum diligant, eiusq; vestigia vt admirabilis & amabilis insequantur. *Respondeo dicendum, quod Christus transfigurari voluit, vt gloriam suam hominibus ostenderet, & ad eã desiderandam homines prouocaret.*

D. Thom. 3. p. q. 45. a. 3.

In primis primi Psalmi verbis hoc verificatum ostendit D. Ambros. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Beatum illum prædicas & gloriosum, qui regit affectus suos & gressus in legis diuinæ dirigit obseruatione. Siste calamum ô Propheta. An viuentem in hac miserabili mortalique vita, in qua omne gaudium non nisi peregrinum est, & omnis voluptas tanquam hospes vnius horæ, gloriosum appellas & felicem canonizas? Primum quod lingua tua profatur, est *Beatus.* Numquid ita? Vtique: quia sicut Cathedræ Magister, in se suscipit virum instruere,

Psal. 1.

IV. Præmium nos allicit.

ſtruere, docens illum qualiter ſe à ſocietate ſegreget peccatorum, quorum vitia cum ſint contagioſa, vocat meritò peſtem: *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit*: Et ſicut de pręſenti difficultates ipſi proponebat, nec tamen oculis præpoſitum cernebat mercedem: ita ſtatim hanc illi proponit aſſerens: ſi hæc obſeruaueris, beatus eris, vt ex hoc faciles ei reddat viarum anguſtias. Numquid ita D. Ambroſ. *A præmio cœpit, vt pondus futuri certaminis eleuaret, mercedem præmiſit, vt vnusquiſque præſentium rerum ſollicitudines ac labores corde tranſiliens, ad emerendam beatitudinem futurorum, auida feſtinatione contenderet.* Exorditur à gloria, mercedem pollicetur, coronam appendit lauream ſpondet, præcipiat quæcumque voluerit; quantumcumq; ſint ardua & operoſa, perrumpet omnia & ſuperabit anima tantæ attracta mercedis illicio.

D. AMBR. *in Pſal.*

Dum omnipotens Dei manus efformat hominem iudicauit fore expediens, vt ei ſociam ex eadem ſpecie & natura coniungeret: eamque ex oſſibus eius fortioribus educeret. Eo fine *Immiſit Dominus ſoporem in Adam*: vel ex D. Chryſoſt *exceſſum*: ſomnus fuit myſticus & extaticus velut cęleſtis quædam ſuſpenſio, qua tranſtulit illum inter choros Angelorum. Sic affirmat D. Auguſt. *Illa extaſis, quam Deus immiſit in Adam, vt ſoporatus obdormiret, rectè intelligitur ad hoc immiſſa, vt & ipſius mens per extaſim particeps fieret, tanquam Angelicæ curiæ, & intrans in Sanctuarium Dei intelligeret nouiſſima.* Caſum illum expendit miraturque D. Chryſoſt. Ad quid obdormit Adam? An repugnat Deo mulieris efformatio ipſo Adam vigilante & ſpectante? Adam paradiſum hunc incolit locum deliciarum, quid noui accidit vt Deus illum viſione recreat Angelorum & altiſſima extollat contemplatione: quem illum labor expectat, qui præmaturam tam ſingulari dono requirat confortationem? quid hoc quod recenter de luto eductus, attollatur & vix ab illo plane deterſos in purpuram & holoſericum immortalium illarum ſubſtantiarum? Nemo hoc reprehendat (ait os aureum). Hæc Dei mens erat, illum matrimonio coniungere, idque impendio vnius corporis illius coſtæ. Matrimonii onera grauia ſunt: ſit inſenſibilis, & donis auctus, quando pondus hoc illi imponitur: etenim præmio quo potitur, dolorem non ſentiet: & quia ſi vigilaret, ſociam ſuam dedignaretur, quaſi doloris ſui rationem, obdormiat, nec coſtæ ſentiat ablationem. *Vt ne ſentiendo dolorem, mulieri ex ſe formatæ, poſtea doloris memor infenſus fieret.* Et ſtatim. *Itaque vt ne illum*

Geneſ. 2. D. CHRYS. *in Geneſ.*

D. AVGVS. *l. 9. in Gen. ad litte.*

V. Cur dormienti Adæ coſta tollitur.

VI. Deus amicos ſuos ſuſtinet gloriæ leuimentis.

Hom. 14. in Ep. ad Rom.

lum in auferendo dolore, neque ob ablationem tristitia afficeret, vtraque sic dispensauit: vt & citra cruciatum illi auferret, & impleto eo loco vnde abstulerat, factorum sensum percipere non sineret. Duo doloris argumenta capere poterant Adam si compos esset sui, in hoc casu; ratione vacui quod in corpore suo remaneret, & doloris dũ illi os auferretur. Hęc duo igitur attemperat & præuenit Deus, sensus illius sopore somni stupefaciens cæleste quadam ebrietate: vt humani generis Pater hoc medio roboratus, gratanter accipiat, quod tali non adhibita præuentione moleste pateretur.

VI. Deus amicos suos sustinet gloriæ leuimentis.

Idque adeo verum est, vt etiam singulis momentis Deus prædestinatis & amicis suis licet in hac valle lacrymarum & miseriarum, lacrymis & miseriis languentibus quasdã largiatur gloriæ similitudines & animi hilaritates, quibus confortati non deficiant, quod timendum foret, si non nisi cruciatus experirentur: itaque hic de cælo suam recipiunt partem, siquidem occulte communiter & sub velo, aliquando illis tribuatur. Singulariter dixit nobis hoc D. Paulus Doctor gentium, iuxta dilecti sui verique interpretis D. Chrysostomi expositionem. Animum nobis Apostolis studet infundere præmio prouocatis: quod cum diuinum sit, omnem excedit hominum passionem. *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Si in statera posueris quidquid in præsenti vita tolerandum potest occurrere, atque in altera futuræ gloriæ coronam: illam velut si minutissima foret palea hæc in altum attollet: hoc enim ita explicat D. Thom. *Passiones huius temporis, si secundum se considerentur, multum deficiunt* (nec à longe accedunt) *à quantitate huius gloriæ*; nulla est comparatio.

Rom. 14. in Ep. ad Rom. — Rom. 8. — D. Tho. ibi.

VII. Sed adhuc abscondita est.

Ait igitur D. Chrysost. & docet, Sanctos etiam in hac vita potiri gloria, qua ablata nequirent viuere. Sed velut in exilio occulta est & velata: si quando vero Deus animæ vult calcar addere, quo difficultates omnes constanter perferat, atque in eius seruitio volet alacrior, hoc medio vtitur efficaciori, paruulam illi manifestat lucem, cuius visione animatur, & cor omnẽ eiicit tarditatis aquam. Vnde D. Paulus non ait: gloria ventura, sed *quæ reuelabitur*, nam illam Sancti etiam hic possident, sed non manifestam donec eam Deus reuelet dono quodam singulari quod illis largitur: *Neque enim dixit, ad gloriam quæ futura est, sed quæ reuelabitur: tanquam quæ nunc quidem sit, occultetur tamen adhuc, quod & alibi manifestius ait: vita nostra occultata est cum Christo in Deo. Bonum*

Nota — Coloss. 3.

num ergo animum de ipsa suscipito. Vigorem addit, animumque excitat gloria rite perpensa, visumque præmium: quocirca festinè progredere, & viriliter decerta: manet quippe te corona mercesque infinita. *Præparata est, labores tuos manens.*

Conuenit Laban cum Iacob genere suo vt septennio illi deseruiret, ad cuius terminum formosa Rachel illi cederet in laborum suorum dignissimum præmium: cuius oculorum pulchritudine à primo instanti quo illam intuitus est, eius anima capiebatur. Implet Iacob tempus, non implet Laban; ordinarius hic est dominorum defectus, qui seruorum sudore gloriantur. Tandem multis vltro citroque transactis, petitis & responsis, tradit illi Laban in sponsam filiam suam Liam, rationem prætendens, non esse consuetudinis in illa Prouincia, vt iuniores, qualis Rachel, præferantur ad nuptias, sed seniores vt Lia, & aliud laboris & obsequii suscepit Iacob in se septennium Rachel adepturus in sponsam. Rem altius perpendit D. Chrysost. & causam ait, cur Laban Liam substituerit, cum de Rachel verba dedisset, non fuisse, ne Rachel illi traderet, cum illam postea consignarit: sed cum expertus esset sanctitatem Iacob, quodque à primo eius ingressu in domum, Deus facultates eius effusa manu benedixerat, voluit illum secum detinere: huic autem intentioni nullum censebat efficacius medium, quam attenta iam Rachelis pulchritudine, eam illi spondere præmium, & tamen differre diutius eius traditionem: semel etenim visa mercede non eum quæcumque petita deflecterent. Itaque non tam dolus hic reprehendatur, quam attendatur desiderium quo Iacob sibi in socium haberet perpetuum, vel societatis eius tempus extenderet. Modo loquatur D. Chrys. *Possumus autem & hic videre, quomodo Laban hic magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim commentus est vt eum diutius apud se retineret: sciebat enim quod alterius amore flagraret, & si voti compos fieret, non eligeret posthac seruitutem propter Liam sustinere, vel eius coniugium.*

Genes. 32.

VIII. Ea intentione Laban non tradidit Rachel Iacob.

Nota

D. Chrys. *Ho. 56. in Genes.*

IX. Et enarrat Moyses Dei beneficia data & danda.

Totum Caput 4. Deutronomii impendit Moyses enarrandis beneficiis populo Israel à Deo præstitis & præstandis: quod eum elegisset atque ex reliquis nationibus sibi in peculium adoptasset, Prouincias Regnaque illi subdidisset, lege sua, ceremoniis, cognitione, ritibus, ac sacrificiis instituisset. Quæ gens (inquit illis) aut populus tibi conferri potest Dei deliciis enutritus? Quærit hic noster Oleaster. In quem finem tam fuse narratur modo fauorum, ac beneficiorum Dei catalogus? Immediate propositurus

turus erat illis diuinę legis obseruantiam: cum autem iudicaret plurimum referre præmium illis præferre, cuius iam ex longa experientia didicerant eminentiã, hoc illis proponit: q. d. Qui tanta vidit, pluraq; sperat, quodcumque mandatum sibi impositum iudicabit facillimum. Ne pigeat audire Doctorem Lusitanum. *Sapienter legibus promissiones adiunxit: quoniam optime nouit, nos nihil sine mercede velle facere.* Condantur strictissimæ leges, & præcepta promulgentur ardua: si tamen præmium & merces exhibeatur obtinenda, nemo non tota auiditate se ad legis diuinæ accinget impletionem.

Olea.st.ibi.

D Chrys. Ho. 56. in Genes.

Hoc eleganter obseruat D. Gregor. Addixit olim Deus Israelitis bona temporalia, optatissimas victorias, euentus felicissimos, frugum abundantiam: quia populum illum durum & tantopere proprio lucro inhiantem necesse erat anticipatis munere præsentationibus. *Carnalis etenim populus, si parua non acciperet, magna non crederet. Omnipotens ergo Deus largiendo terrena, suadet ad cælestia.* His calculum suum superaddit Oleaster: obseruat etenim in priori sententia dictum à Moyse, quo populum alliceret: *Terra enim quam Dominus Deus vester dat vobis* in pręsenti. Quid ais ô Propheta: hæc enim terra non eis modo possidenda traditur: præcesserunt anni quadraginta: qua ergo veritate dicis: *dat vobis*? Ratio est: vt enim socordes & pusillanimes eorum animos erigeret, qui nisi præmium videant, nec pedem mouebant, eos allicit & dilationes tarditatem quasi in obliuionem conuertit. Quocirca tibi persuade quod præmium manu teneas: consideratione enim futuræ & longæ dilationis corda vestra auara commodi refrigescerent. *Dat vobis.* *Non dicit quam Dominus Deus vester dabit vobis: sed dat vobis; quoniam cognouit, nos non diu præmium laborum nostrorum expectare.* Abiectam naturæ nostræ nouit conditionem: vnde non dandam in futuro sed datam in præsenti confirmat terram promissionis, *Dat vobis.*

IX. Et enarrat Moyses Dei beneficia data & danda.

D. Greg. Ho. 32. in Euange.

X. Idque quasi in præsenti.

Nota Olea. in c. 4. Deuteron.

Ex præfatis rationem colligit Origen. cur in mundi iuuentute & primis incunabulis (dicamus ita) tempore veterum illorum Patriarcharum Deus toties locutus fuerit, amanter & familiariter exceperit Abraham, Isaac & Iacob; visiones multiplicauerit Angelicas Moysi, Iosue Gedeoni, Prophetis &c. Respõdet: vt enim erat natura tenera, & iuxta conditionem suam muneribus, consolationibus, lenimentis, & monilibus indigebat ac crepundiis vt incederet, mundum his deliciis recreabat eum confortaturus: modum hunc agendi necessarium indicans & tempori conuenien-

XI. Ideo priscos consolationibus demulcebat Deus.

uenientem. Loquentem profero Originem. *Sacra quoque Scriptura apud Mosen inducit priscos illos homines audientes diuina vocis oracula, & videntes interdum ad se venire Angelos hospites. Par enim erat, vt in initio mundi magis adiuuaretur humana natura, donec intellectu ad virtutes artesque proficeret, quibus inuentis per se vitam posset tueri.*

Orige. l. 4. cont. Celsum.

XII. Et Iob confertur Apostolis.

Merito extollit D. Chrysost. virtutes Prophetæ Iob, inuictam illam patientiam, robur pectoris, vires insuperabiles, quibus euasit inter mortales celeberrimus: & postquam ingenii sui vela ad eius præconium expandisset, hæc adiungit. *Si non fuit maior Apostolis beatissimus ille Iob, certe nec minor meo iudicio fuit: nam Apostolis non parua erat consolatio, cum se scirent causâ Christi tormentis vexari: quod remedium tanti erat, tantamque vim ad subleuandos à passionibus quotidie Apostolos retinebat, vt vbique firmè id positum hoc à Domino videamus. Crebro enim scriptum inuenies, propter me, & gratia mei; ille autem tali concontsolatione carebat.* Vt autem hoc cum D. Thom. asseramus, neminem Apostolico Collegio omnino conferendum, sufficiat ingenio id quod suo concludit D. Chrysost. certo quodam modo & imitatione parem illum Apostolis extollens. Quod Apostoli tanta mentis hilaritate passi sint carceres vincula, flagella &c. Teste D. Luca: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij &c.* Quod animo intrepido Petrus & Andreas crucem amplexi sint: Paulus gladio caput submiserit, similiter & Iacobus, Matthæus lanceam gaudens exceperit, & reliqui ad Martyrium ardentissime conuolarint: non tantum hoc miror: videbant enim & audiebant, vel audierant ex diuinissimo nostri Saluatoris ore, tot verba consolatoria, tam insignes de futura gloria promissiones, iamque partem eius aliquam prælibatant: & quis his auditis visisque animo torperet? Porro quod Iob adamantino pectore, animoque semper infracto tanta toleraret vt voluntatem suam diuinæ conformaret, antequam Deus homo fieret, eumque oculis suis intueretur: cor in eo probat Apostolicum, & giganteũ notat spiritum: vt enim lucri conspectus, munerum auditus, præmii pollicitatio, mouet, allicit & confortat: ita nec videre illud nec audire, torpentem generat animum, pectusque fœmineum.

D. Chrys. ho. 34 in Matth.

Act. 5.

Discur-

Discursus II. *Quod Euangelista vtatur hoc verbo, assumpsit, quod violentiam indicat, ratio est: quia mortales ita firmiter terræ sunt affixi, vt monstrante Deo illis gloriam suam, dicantur ab eo assumpti, nec enim sponte sua irent, sed violentè quasi rapiuntur.*

QVam fortiter humano cordi terrena agglutinentur: quantaue violentia ac tyrannide temporalia bona nostras sibi subiiciant voluntates, inde constat, quod semimiraculum sit, videre aliquem his abundantem, & tamen absolutum nec illaqueatum: ita fortiter arripiunt, & animos apprehendunt, vt quo ad æterna oculos conuertant, vim magnam diuina adhibere cogatur manus, vt humanis suis dimittant manibus quod semel apprehenderunt. Egregie perpēdit D. Chrysost. in concilio illo cælesti, quod Deus cum Angelis suis celebrauit, in quo ad tormenti sui exaggerationem etiam Satan comparuit. *Adfuit etiam inter eos Satan.* Postquam ab illo Deus suum de seruo suo Iob suffragium exegisset, eumque vt iustum ipso audiente & beatum proclamasset, dicens quod omnibus titulis iustus esset & innocens: nihilominus attendens quod illum Deus manu sua detineret, licentiam postulat, vt eum suis traderet manibus, vt ex vi tribulationum, veræ virtutis fornace, & inuicta patientia mundo constaret qualis esset Iob, certam sibi diabolus promittens de Iob prostrato victoriam, si facultates illi prædo tolleret, quas hactenus reliquerat intactas, & quibus ita tenaciter homines afficiuntur. *Extende paululum manum tuam:* (ait facultatem postulans) & *tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.*

Iob.1. 1. Beatus est qui terrenis non adhæret vt Iob.

Ad hæc igitur D. Chryso. sententiam subiungit mihi satis difficilem. *Cum possidebat, vel suspicionem diabolus habuit; quoniam non gratis te colit Job: vbi vero vniuersa surripuit omnibusque nudauit eum: hic verò eandem Deo seruauit mentem, tunc obstructum est turpe os illius, nec tunc quid habuit dicere.* Male de Iob diabolus opinabatur: vnde facilem sibi de Iob addixit triumphum, dum eum terrenis bonis inuidet affluentem. Sed eum attendens illis exutum, & tamen eadem fortitudine mentisque vigore solidum: os sibi sensit occlusum, fugamque confusus arripuit. Huius elegantiæ rationem lubet expendere. Audit diabolus Deum sanctimoniæ Iob verissimum præconem: videt quod diuina Iob manu fulciatur: qua ratione præsumit se Iob ex illa Domini illius

illius manu euulsurum, qui postmodum apud Ioannem de prædestinatis sub nomine ouium hoc constanter asseruit: *Et nemo rapiet eas de manu mea.* Cui fidit? Cur statim arrogantiam suam compescens non abscedit? Siste gradum (inquit D. Chrysost.) portam notauit, per quam sibi promitteb it ingressum. *Suspitionem habuit.* Iustum fatebatur Iob, sed diuitem: virtutis cultorem eximium, sed facultatibus plenum, amicum Dei, sed temporali felicitate prosperum: cumque probe nosset quanta hæc tenacitate corda constringant mortalium, sibi persuasit, quamuis falaciter, quod quo tempore diuitiis non exueretur, non eum securum arbitraretur, licet tantus euasisset. Nec verba hæc prætereamus. *Mentem eandem seruauit:* pauper & diues Rex, miser & felix, inanis & plenus: cumque hanc in eo miraretur perfectionem, vires suas cum illo committere de cætero non præsumpsit, quas (licet magnæ sint) iudicauit tamen exiguas, si illas hominis conferret viribus, qui suas in hoc certamine superabat.

Ioan. 10.

II. Vnde diabolus de Iob quia diues, male suspicabatur.

Norunt trimuli historiã vatis Balaam, cui Balac Rex Moabitarum infestus populo Dei inimicus, & per cuius terminos gradiebatur exercitus Israel ad terram promissionis, legatos misit muneribus diuites opulentis, & promissa buccinãtes eximia, quibus allectus festinus accurreret Dei populo maledicturus. Respondit: inconsulto Deo nihil sibi agendum: præcipit illi Deus vt oratoribus non congrediatur: quibus recedentibus & ipse quoque profectus denuo Dominũ instanter deprecatur, cui licentiam dedit abeundi ad Regem. Casum hunc D. August. attendit, quæritque, Domine, si profectionem illi interdixeris: *Ne eas cum eis*, qua ratione nunc illi hanc permittis? Æquum non est vt verbum hoc reuocetur, immutabilis, fixa & stabilis tua est ordinatio; quomodo sibi compatiuntur vno eodemque tempore, vna eademque actione, vno eodemque negotio: non vadas, & vade? Respondet Sol Africæ, imo totius Ecclesiæ: non diffiteor, ire vetauerat, sed ex promissis sibi thesauris cœpit voluntas eius his nimis affixa in Dei obedientia tepescere: cum autem Deus prævideret quandoquidem Balaam libero polleret arbitrio, cui vim nolle inferre, eam tamen promissæ inferrent opes, liberum abire permisit in auaritiæ suæ supplicium; q. d. Me de itinere tuo consuluisti, respondi ne vadas, promisso te emollierunt tamque firmiter te captiuauit horum desiderium: vt quamuis modo idem tibi præciperem non tamen obedires: vade, tibi namque sinistrè eueniet, ad aliorum instructionem, ne temporalibus nimis

Num. 22.

III. Et Balaam ob auaritiam à Deo ire permittitur.

D. Avgvs. Ser. 103. de temp de Balaam.

Luc. 8.

IV. Geraseni æterna perdere maluerunt quam temporalia.

nimis afficiantur : quia modo illis ditescant, Deo retragabantur. Verba quæritis D. Augu.? *Deus ire Balaam atque inuocare dæmones ad maledicendum prohibet, si tamen à cupiditate cessasset : sed quia persistit à desiderio pecuniæ, indulgens Deus arbitrij voluntatem, rursus ire permisit.* Non vult Deus cum similibus contendere : videretur enim quasi confusa Dei omnipotentia : nec velit vt ipse Deus suam ostendat, quocirca permittatur illi vt vadat.

D. AVGVS. Ser. 103. de temp de Balaam.

Num. 22.

III. Et Balaam ob auaritiam à Deo ire permittitur.

Accessit sol ille diuinus Christus diuina semper pro more suo beneficio diffundens ad terram Gerasenorum, occurrit illi lymphatico spiritu furibundus, cuius hospites erant sex millia, sexcenti sexaginta sex: (hoc quippe numero legio censetur. *Legio mihi nomen est : quia multi sumus)* diuina mandat illis auctoritate discessum, obediunt : verumtamen deprecabantur eum, vt eis permitteret in porcos ingredi pascentes in agris seu circa littora maris, quibus hoc continuò concessit: qui nec momento quidem licet irrationales perferre potuerunt quod homo ad imaginem & similitudinem Dei creatus multis annis sustinuit, & præcipites se marinis fluctibus in iecerunt ac perierunt. Quod factum vt omnibus innotuit, primores ciuitatis associatis sibi turbis Redemptorem accedunt, & verbis humilibus. *Rogabant eum vt discederet ab eis.* Caietanus hanc historiam interpretatus sententiam profert quam admiremur. Instanter & humiliter vrgent, vt relictis illis ad alios transmigret *Ne iacturam maiorem incurrerent* : quasi ex Christi præsentia non leue paterentur incommodum. Intelligamus hoc quod ipsi non intelligétes loquuntur. Deus ex regionibus nostris abeat. An ergo popule stulte nescitis diuinæ præsentiæ lucrum commodumque omne alligari : eius autem absentiæ iacturam omnem & decrementum ? Quid prosperi vobis eueniet absente Deo ? Et quid eo prȩsente mali formidandum? Nemo miretur (ait Caiet.) cum enim illi temporalibus bonis ita tenaciter adhærerent, lugerentque animalia illa ex quorum venditione omnis eorum lucri summa dependebat, maris vndis demersa: minus arbitrati sunt inconueniens, æterna perdere quam temporalia : & hoc timore perculsi, floccifaciunt Deum, & ianuam ei ad egressum aperiunt, modo eorum ostiis nec minimum egrediatur lucrum, & tantilli momenti commodum. *Ne maiorem iacturam incurrerent.*

Luc. 8.

IV. Geraseni æterna perdere maluerunt quam temporalia.

Caiet. ibi.

Ex alia parte maris Galilææ diuina omnino liberalitate conuiuium instruxit Saluator noster immensæ illi populi multitudini, vestigiis eius inseparatim adhærenti, ex quinque panibus hor-

Ioan 6.

V. Et Iudæi Christum temporalia dantem extulerunt: spiritualia vero contempserunt.

deacies & duobis piscibus: hæc fuerunt deliciosa illa fercula, quę Dei benedictione confirmata manus Apostolica turbis edenda ministrauit. Mensas attollunt, saturantur omnes & implentur, ac finitis epulis ex adeo paucis plura supereffluunt: attolluntur passim clamores: Propheta hic est: viuat Rex, imperet hic nobis Princeps: cogiturque Christus vela dare & honoris refuga montis ascendere fastigium: *Cognouit: quia venturi essent, vt raperent & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Paulo post & ad conspectum tanti miraculi sermonem illis instituit de alio beneficio omnino singulari, quo mundum honoraret, & cuius illud, quasi quoddam præludium præmiserat: quo nimirum sub specie panis seipsum traderet in V. Eucharistia. *Ego sum panis vitæ.* Et continuò in murmurationes sese effundunt. Hic, obganniunt, nonne pauperrimi parentis filius? An huius patrem ignoramus aut matrem? *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, & dicebant? nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem?* Quid hoc inquit D. Chrysostom. quænam hæc repentina nouitas? Quomodo in vestra imagination & conceptu inter hodiernum diem & hesternum ita descendit Dominus hic: vt quem heri adorare gestiebatis vt Regem, & Saluatorem mundi proclamabatis, eum hodie vt terræ cespitem aspernemini? Porro iam noui mysterium: quia cum heri vobis bona tribuerit temporalia, hodie vero spiritualia vobis promittat: illa tanti sunt ponderis & æstimationis in erronea vestra opinione: vt quando vobis illa largitur, eum vt Deum extollatis: quando vero nequaquam, honor hic & æstimatio in vituperabiles degenerabit blasphemias. *Nam cum pane saturati sunt, Prophetam appellabant, & Regem facere cogitabant; cum vero spiritualem cibum & vitam æternam edocti, & à sensu abducti, resurrectionem & altiora acceperunt: cumque maxime eos admirari oportuerat, tunc murmurabant & resiliebant.* Dum animos eorum ad altiora erigit, terrenis affixi, hoc ita grauiter accipient, vt linguas suas contra Deum sint exacuturi, quem pluris faciunt temporaliũ quam spiritualium & æternorum largitorem; conditio hæc est propria mortalibus, & inclinatio abiectarum viliumq; cogitationũ. *Nam cum pane saturati sunt* &c.

D. Chrys. Ho. 45. in Ioan.

Eusebius Emissenus acriter inuehitur in peruicaces Pharisæorũ animos, eorum singulariter reprehendens cæcitatẽ, qua sepulto Domino, & cognita à custodibus veritate quod è sepulchro diuina virtute resurrexisset, illis persuaserunt,

ferunt, additis multis pecuniis, vt in vulgus ſpargerent, quod ipſis dormientibus Diſcipuli illius corpus eius è monumento rapuiſſent. Vnde exclamat. *Ergone tantum poteſt auaritia? Tantum poteſt amor pecuniæ? Prius Chriſtũ vendidiſtis, iterum eius reſurrectionem negare compellitis.* Nihil tibi mirum hoc videatur ô ſanctiſſime Doctor. Si namq; auri cupiditas eum adhuc viuentem triginta denariis diſtrahere præſumpſerit: quod eum iam mortuum vendat eius occultans triumphos, hoc non mirandum. Et quidem iuſte, reſpondet: quia cum adhuc viueret, tempus erat patiendi, & hunc voluit ſuſtinere animi cruciatum, quo probe ſciebat apud illos pluris valere triginta argenteos, quam ſeipſum: quid plura? Permiſit illis vt ſacrilegas in eum manus mitterent, ſolemque illum fulgidiſſimum tenebrarum Principes obſcurarent. *Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum.* Porro quod glorioſo iam & à mortuis rediuiuo reſiſtant, & faciem opponant hoc dicimus, *Nõ plus vltra*: nam manifeſte declarat quam ſubiectus miſeris huius vitæ bonis viuat homo; quandoquidem ob temporale commodũ negent articulum fulcrum & fũdamentum eius reſurrectionis. Optime igitur admiratur Emiſſenus: *Ergone tantum poteſt auaritia?* Quocirca non eſt cur miremur, ſi videamus hodie Apoſtolos, qui licet claſſem frequentaſſent Magiſtri in cuius verbis & operibus tantum viderant terrenorum cõtemptum, nihilominus quia homines erant, illos inuaſerat, quædam à ſpiritualibus ac diuinis diſſolutio: vt etiam quatenus illis afficerentur, dicatur hoc & declaretur termino ſignificante violentiam: *Aſſumpſit Ieſus.*

Emiſ. Ser. in Sabbato Sancto.

VI. Quem etiam rediuiuum vendiderunt.

D. Chryſ. in Ho. 45. in Ioan.

Luc. 22.

Reſpondeat modo Caieta. alteri diſcurſus noſtri parti: quomodo neceſſarium fuerit illos aſſumere ad gloriam: alioquin ſua ſponte non progrederentur. Conceptus hic eſt illius inter cæteros inſignior. Sermonem ſatis longum extendit cum Nicodemo Principe Synagogę Saluator noſter, atque inter alia hoc illi confirmat. *Nemo aſcendit in cælũ, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo:* Ait ergo Caiet. *Chriſtus ſolus aſcendit in cælum.* Quid ais ô Doctor? vbinam illa Sanctorum multitudo cum illo aſcendens? Et quos vidit D. Ioannes, & recenſito eorum catalogo, vocat multitudinem ſine numero, termino & ſupputatione. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat &c.* Si ſolus Chriſtus aſcenderit, quomodo tanta multitudo? Et ſi tanta, quomodo ipſe ſolus? Commune noui reſponſum. Sicut enim ipſe caput noſtrum eſt nos autem membra eius, in ipſo & cum ipſo progredimur omnes & aſcendimus. Et hoc ſenſu multi capiunt locum

Nota.

Ioan. 3.

Caiet. ibi.

Ioan. 7.

VII. Quomodo Chriſtus cælum ſolus aſcenderit.

1.Cor.9. locum illum D. Pauli: *Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium.*. Et ingeniose D. Aug. interpretatur illud Matth. de Christo: *Ascendit in montem solus orare*: conformiter nostro discursui: ac percũctatur. *Cur autẽ solus ascendit?* Respondet autem: *Quia nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Quamuis & in fine cum venerit, & nos omnes membra sua collegerit ac leuauerit in cælum, etiam tunc solus ascendet: quia caput cum corpore suo vnus est Christus.* Clarius hoc exprimere non posset D. Aug.

Matth.14. D.Avgvs. Ser.4. de verbis Domini.

VIII. Iusti rapientũr: cur hoc.

Sed intentioni meæ conuenienter respondet conceptus Caietani. *Christus solus ascendit in cælum secundum corpus, reliqui vero Sancti rapientur*: quia nullus aut vix vlli sunt quibus ex terrena cohabitatione non aliquis ad illam affectus adhæreat: & hoc idiomate loquitur D. Paulus, dum agit qualiter in die iudicij mortales omnes in nubibus illis adstabunt iudicandi: dicit enim: *Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera.* Rapientur iusti: quod exponens D. Thom. docet hoc esse inter prædestinatos & reprobos discrimen: quod hi velut terræ amatores in æternum in eius sint centro remansuri: illi vero, sicut modica radice terræ affixi fuerunt, ita in aera subleuabuntur. *Est autem hac inter bonos & malos differentia: quia mali remanebunt in terra, quam dilexerunt: boni rapientur ad Christum, quem quæsierunt.* Quamuis autem boni sint, tamen Apostolus & D. Aug. vtuntur verbo: *Rapiemur*, *rapientur.*

1.Thessal.4.

D.Tho. ibi.

Quam diuina verba, melius dixero quales scintillas Deus nobis immittit ex ore D. Augustini, quibus in anima nostra, vtpote nostræ salutis æmulus instillet affectum ad verum bonum, & odium ad illud, quod verum est malum. *Volentes beati esse, eas res quæritis, vnde miseri sitis. Fallit vos quod quæritis: mendacium est quod quæritis.* Et statim. *Quid quæris? Beatam vitam? Sed non est hic. Aurum si quæreres in illo loco vbi non est: ille qui nouit, quia non est ibi, nonne diceret tibi: quid fodis? Quid terram sollicitas? Fossam facis qua descendas, non vbi aliquid inuenias.* O anima præceptori Ecclesiæ aures exhibe. Beatitudinem intendens ea quæris, iisque distenderis, quibus in vitam labaris multo quam ante miserabiliorem. An gloriam sectaris? laudo desiderium, sollicitudo mihi placet, cupiditas mihi satisfacit: sed hæc hic non sit, quomodo quæris illam hic? Si te multo labore quis cerneret fatigatum in eruenda fodina imaginaria, in qua nec aurum, nec argentum nec aliud pretiosum latet metallum, diceret autem ille, qui locum nouit: amice ne fru-

D.Avg. Serm.141. de temp.

IX. Vbi quærenda sit beatitudo.

ne frustraneo te labore conficias: hoc quippe loco nullæ latent diuitiæ, nullum eruitur aurum quo ditescas: hic non nisi terra est, & humile solum: numquid hoc à laborando te deterreret? Sepulchrum, dicet, effodis quo mortuus sepeliaris. *Si quando dicis tu, volo beatus esse, bonam rem quæris, sed non est hic.* Vt beatitudinem in aere, vbi latet assequaris, hic inferius cogitationum tuarum radices euelle, easque illic fige, vbi bene sint, vt summum possideas bonum: gloria quippe qualiter in infimis esse possit, non capio.

D. Aug. Serm. 141. de temp.

IX. Vbi quærenda sit beatitudo.

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vt te coronet, vocat te ad montes, cuius cacumina, vertices, & coronæ stellis imminent, desertis leonibus ferisque animalibus iter impedientibus, quæ labore superes improbis, & viribus te serues incolumem. Vt autem hoc significet, quamuis Petro, Iacobo & Ioanni, quos secum assumit, gloriæ fulgorem non sit daturus, in possessionem, sed ad summum ad cōspiciendum, eos tamen ad obscurum altumque deducit montem, cuius molestus & difficilis ascensus, viam aperit, eosque dux præcedit, ad id quo statim gaudebūt: alio quippe modo suspectus esse possec fauor ita præclarus nullo tamen eius labore conquisitus, qui sic illum esset recepturus.

In montem excelsum.

Discursus III. *Conspectum gloriæ præcedit ascensus montis ardui: omnis quippe felicitas obtentu facilis tantam ingerit suspitionem: vt etiam in Angelis, licet spiritus sint, quærere debeamus, quando vel quomodo aliquid passi sint, quo beatitudine qua gaudent, potirentur.*

Temporali pœnæ sempiterna congraditur gloria: cælum & labores semper eiusdem mensę fuerunt conuiuæ: dum semper in omnibus occasionibus seu prælijs vt suspecti habentur sine gladiorum lusu triumphi, & sine sanguinis effusionē victorię. Postquam fratres Ioseph eius gloriæ, quam in somniis reuelatam illis retulerat inuidi (nec enim eum in somno quidem maiorem ferre poterant) Ismaelitis vendiderant, & hi in Ægypto Putiphari, tandem periuro scorti impudicissimi dominæ testimonio vinculis hic traditur adulterii reus. *Et fuit Dominus cum Ioseph.* Hæret suspensus animo Oleaster dimittitque calamum hoc interpretatus: quid inquit, significat S. Pagina, nobis affirmans Dominum in carcere fuisse cum Ioseph adole-

Genes. 39.

ſcente? An ſemper illi ſuâ gratiâ comes non aderat? Eius inclinationes à iuuentute nonne commendantur bonæ, quibus ſibi patris affectum conciliauit quo à Iacob tenerius cæteris diligeretur? Quid ergaſtulo detentus, & compedibus conſtrictus egit diuinæ Maieſtati gratias, quam liber & ſolutus? Ratio ſit: quod vſque modo (ſi rem attente conſideremus) non niſi cæleſtes expertus fuerit delicias: filius erat dilectiſſimæ Rachel, à patre cæteris in amore prælatus: & modo cum de occidendo illum cogunt conſilium: *Venite occidamus eum*: ſui propugnatorem habuit Ruben primogenitum: *Ruben autem nitebatur eum liberare de manibus eorum.* Sed quam primum deſeritur perſecutionem ſuſtinet, venditur, traditurque vinculis, Deus illum in carcere blandus inuiſit, quaſi in carcere ſit gloria, erat Deus cum illo: quocirca magis genuine & particulariter, quam in aliis occaſionibus dicetur: *Et fuit Dominus cum Ioſeph.* Quia licet iuſto continuus adhæreat comes quocumque iecit: habent neſcio quid anguſtię quò reddatur glorioſus: quaſi nexu quodam admirabili hæc duo ſibi cõfœderarentur, vt diſiungi nequeant parique ſemper greſſu progrediatur. Placet mihi eloquentia noſtri Oleaſtri, ſed vnico verbo. *Etſi Dominus iuſtum numquam deſerat, maxime tamen in malis illi adeſt.* Hic certiorem habet eius ſibi protectionem, tutiorem eius aſſiſtentiam & ſubſidium poteſt ſibi polliceri multò conſtantius. *Maximè in malis* &c.

Geneſ.37.

Olea.ibi.

Nuptiæ quibus mundus non vidit celebrari feſtiuiores, illæ ſunt quas in Cana Galilææ celebratas fuiſſe commemorat D. Ioannes: quia interfuit illis, deditque miraculis ſuis exordium Chriſtus Dominus, eius SS. Mater, nec non Diſcipuli. Tempore maxime importuno vinum conuiuis exhauſtum defecit, vel eius incuriâ cuius curæ commiſſa erat menſa, vel ex cæleſti quadam diſpoſitione. Defectũ hunc filio Mater piiſſima ſuggeſſit: *Vinum non habent.* Præcepit hydrias aqua impleri, quæ ſtupendo miraculo in vinum conuerſa conuiuas exhilarauit. Expendit hoc D. Chryſoſt. & quærit: an non viliori pretio creaſſet vinum ex nihilò, nulla præexiſtente materia? Stuporem indubie augeret, ſi ſcientes nullum adfuiſſe, de repente liquorem illum in menſa ſupereffluentem cernerent. Si in mundi exordio vnico præceptiuo *fiat*, cui id obediuit quod non erat, creata ſunt omnia: vt quid modo præſupponitur aqua, ſeruis imperatur, vt hauriant, & adſtant hydriæ quibus infundatur? Extenſio videtur, dum id per tot fit ambages, quod tanta potuiſſet facilitate manifeſtari. Doctoris miros

3.Reg.14.

Ioan.2.

miror ingenium. *Ne qua fraus, ne quod præstigium putaretur.* Ne quis fortassis ex adstantibus fraudem, seu verisimilitudinem tantum suspicaretur, non autem veritatem, seu verum miraculum. Oritur modo dubium. Quis ergo de hoc dubitaret, vel dolum suspicaretur. Quis iudicio laboraret ita erroneo? Solutio facilis est. Vinum quia consolationem, robur, & hilaritatem infundit, symbolum est beatitudinis: hæc enim eius sunt proprietates. Aqua pellucida miserias vitæ huius & calamitates denotat, & huic ob cursus sui velocitatem comparatur. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur.* Dictum est hoc sapientissimæ feminæ Thecuitidis. Si vinum igitur gloriam præsagit, nullus audiuit, vidit nullus; Deusque non patitur illam dari, illo nihil conferente cui tribuitur. Quocirca si huic matrimonio propinandum sit vinum, prius adferatur aqua: & si nobili ac generoso conuiuæ sint vino lętificandi, ex hoc frigido depromatur illud elemento: aliter enim nō videretur (quamuis ita foret) verum cambium, secura tutaque commutatio: quocirca subtiliter D. Chrysostom. *Ne qua fraus* &c.

2. Reg. 14.

Ioan. 2.

Audiant huius confirmationem S. Paginæ studiosi. Aduertendum quod quadraginta illis annis peregrinationis filiorum Israel, nemo legerit, à Domino (qui illos cum potestate magna eduxit de Ægypto) populo illi vel vnicum vini calicem propinatum? bene quidem aquam abundanter: fontes inuenerunt Elim suauissimos, Moyses petram percutiens aquā de venis illius igneis eduxit in potum: sed obtentis victoriis, Iordane transmisso, & firmata iam terræ promissionis possessione, vineas inuenerunt, earum vindemia lætati sunt. Quid hoc rei? Certo dabatur intelligi in hoc mundo, in quo per deserta & solitudines peregrinamur tendentes ad patriam, nempe cęlum, nullam veram habendam consolationem: quia coagulatur pœnæ gloria, & illius labori huius contemplatio.

Quadraginta duas mansiones celebrauit hic populus antequam pacificus terrę promissionis heres institueretur, vt patet ex S. Litteris. Ad quintam perueniunt in inculto deserto Mara, solitudine adeo sola, vt nec arbor quam naturæ beneficio solet terra producere, viatores recrearet, nec torrens aquarum licet exiguus fatigatos ex itinere reficeret: deniq; nomen ipsum *Mara* non nisi amara omnia fuisse tēstatur. Sed notandū cum Petro Damiano, iter ab illis dirigi ad terram fructiferam, lacte & melle manantem, quam amaritudo illa præcedebat. *Mara id est amaritudo: rectus ordo, vt qui ad terram pro*

Exo. 15.

D. PETRVS DAMIAN. l. 2. Ep. 7.

perant melle manantem, in deserto vita huius, laboris & tentationis amaritudinem hauriant. Loco illo discedentes postridie appellunt in Elim, campum fertilissimum, locum amœnum, paradisum voluptatis: in quo duodecim scaturiebant fontes oleo dulciores, & septuaginta excreuerant palmæ. Sistit hic præfatus Auctor, indicans conuenientius fore, si prius locũ hunc ostendissent, ne tantum itineris labore frangerentur, vel hoc aquarum refrigerio cõtra venturas roborarentur viarum difficultates. Manus commutentur, & amaritudinem ac difficultatem Mara, suauitas excipiat & quies subsequatur Elim. Item quis plantatas conspexit iuxta fontes palmas? Arbores illæ suauiores in incultis aruis & petrosis exurgunt montibus. Nullus eas euellat: Auctor etenim naturæ hoc ita disposuit, nobis ad instructionem, sicut tunc illi populo. Palma altitudine sua cælum denotat, victorias & trophæa Sanctorum: arbor hæc est qua antiquitus dextera Ducum victorum honorabatur. Aqua pro inscriptione sua gerit afflictionem. Veniant igitur Israelitæ ex Mara in Elim, palmis conserto: atque in ipsis victoriosis ramis modum addiscant præmia consequendi: quocirca concinne sibi respondebunt palmæ, & fontes: quia manum porrigit tribulatio beatitudini, eamque amplectitur. *Vides* (inquit Damian.) *post tentationum amaritudines ad quantam deueniant, & dulcium pomorum & aquarum fluentium amœnitatem.* Vmbra, refrigerium, deliciæ, dulcedo, gaudium & voluptas, amaritudini cohærent & acerbitati: gradus sunt hæc immediati, quibus ad gloriam vitamque ascenditur.

Prosequitur hoc D. Bernard. subtili præ cæteris ac pia consideratione. Modum stylumque attendit Ecclesiæ Catholicæ, etenim edocta à Spiritu S. vigilias & ieiunia præmittit Festis Sanctorum celebrioribus. Instat festiuitas S. Andreæ, Petri &c. ergo celebretur ieiunium. Memoria recurrit celebranda triumphi eorum; vigeat ergo abstinentia, & conuiuiis epulisque promulgetur interdictum. Obstupescit quæritque: *Quid est enim quod ieiuniis solemnia præuenimus?* Postridie dies instat lætitiæ, quo gloriosa Sanctorum facinora decantantur: hilaritatis hunc demonstrationibus præueniamus: vt quid triste ieiunium? Aqua voluptatis diluuntur occasiones: & vt dixit Sapiens: *Musica in luctu importuna narratio.* Vel ieiunium non colatur, vel diei festiuitas omittatur: ieiuniis propria expientur peccata, quare aliena gaudia & Sanctorum gloriæ hac ieiunii affectione celebrantur? Respondendo quærit: Numquid festum dedicamus diem Sancto illi,

Nota

D. BERN. in Vigilia S. Andreæ

Prou 2.

illi, qui vitam hanc deserens & mortalem caducam, ad lauros & præmia migrauit æterna, quæ triumphos eius & victorias subsequuntur? Vtique. Ergo nec repræsentatiue quidem & debite ex mente Ecclesiæ celebrarent fideles gloriam Sanctorum: nisi ex parte eorum aliqua saltem eaque propria concurreret mortificatio, quæ gloriam denotaret alienam. Itaque Beatitudinem, qua Sanctus fruitur, cogitatam solum & in terra celebratam, oportet vt in ea pœnitentia præcedat & abstinentia. Quid D. Bernardo auditu gratius? *Quid est enim quod ieiuniis solemnia præueniamus: nisi quod per multas tribulationes, oportet nos introire in Regnum Dei?* Ad ingressum & solemnitatem Regni Dei, præcedat vt eius medium tribulatio. Audire videbatur D. Bern. aliquem sibi obiicientem: placet, quod gloriæ cælestis possessionem laboribus mereri debeam & angustiis: sed ideo tantum quia memoriam celebro alterius illam possidentis, vt quid ieiunium mihi præcipitur carnisque mortificatio? Vtique. *Indignus quippe solemnis lætitiæ est, qui statutam vigiliæ abstinentiam non obseruat.* q.d. Fateor omnibus incumbere tribulationes, & asperum montis ascensum, si peruenire velint ad culmen in quo Deus transfiguratus apparet: sed hoc ita fiat etiam in vno gaudium alterius subiecti, vt ipse patiatur qui in se gaudiũ celebrat: impossibile enim est, etiamsi ad tertiam spectet personam (non præmissâ hac diligentiâ) illam rite celebrari. Quibus deliciis à Christo Magistro suo excipiebantur Apostoli? Quanta consolatione ex sanctissima illa humanitate recreabantur? Eligebantur testes futuri. *Omni exceptione maiores*, vt toti mundo prædicarent, orbemque diuinæ cognitioni subiicerent; quocirca ratio suadebat vt aliquam prçmii partem contemplarentur, qua corda animasque suorum prouocarent auditorum: Cum autem possibile esset Christo has demonstrationes exhibere in valle seu aperta planitie, non tamen ita censuit agendum, sed ad excelsum montis fastigium ascendere decernit Apostolos: ibi ex præterito tantum sudore & fatigatione disponuntur apti: vt Elias quem prius Iordanis aquas transuadantem, currus igneus excepit transvehendum in paradisum: vt enim alio loco dixit idem Bernard. *Non recti est animi, ante quærere gloriam, quam exercere virtutem*: idcirco legit Euangelium. *Assumpsit, duxit illos in montem* &c.

Nota

D. BERN. in Vigilia S. Andreæ

Prou 1.

D. BERN. Ser. de S. Victore.

Sed difficiliori Thematis nostri nunc argumento respondeamus. Quomodo in ipsis Angelis creatis in gratia, nulloque terreno coagulatis (cum substantiæ sint spirituales) quærendum

ſit prœlium & labore quæ gloriæ præcedat conſecutionem ? Exponit autem hoc mihi mellifluus ille D. Bernardi ſpiritus, quem nequaquam deſeramus. Vt axioma ſtatuit vniuerſale: nullus eorum qui Deo fruuntur, & velut incolæ cæleſtia inhabitant palatia, atque ſedes in illis occupant, in illis ſine certamine locum accepit, & quod ſi per impoſſibile fortaſſis aliquis ſine illo cælum ingreſſus fuiſſet, honorem non meretur. *Neque enim tanquam triumphantes honorari poſſe videntur, qui numquam pugnaſſe noſcuntur.* Idque ita accipiendum (aſſerit eſſe verum) vt in ipſis etiam Angelis quærere debeamus occaſionem & tempus, in quo labore aliquo ſibi ſempiternam meruerint felicitatem. Et quiſnam hic eſſe potuit? Quid inueſtigare poteſt noſtra cogitatio in creaturis quas nullus poteſt fatigare labor, vt illas ab hac regula non excipiat? An forte quia aer ſunt & ignis, atque velociſſima feſtinatione ad diuinę voluntatis feruent impletionem? Nequaquam. An ratio prouenit ex continua diligentia, & ſollicita vigilantia qua mortalium ſaluti inuigilant, qui conciues illorum futuri ſunt & ſocii? Nec hoc: in hoc quippe miniſterio, quo nobis cuſtodes adſunt, Deo fruuntur, nec ideo quia nobis ſubueniunt, vel quidquam de diuina perdunt viſione.

D.Bern. Ser. 5. Omnium SS.

Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt. Numquid ob dolorem, quo ſcelera hominum contra Dei bonitatem commiſſa lugent? An quia male impēſam cernunt ex noſtra deſidia eorum diligentiam, gnauamque curam, dum eorum ſollicitudo crebro ſuis fruſtretur effectibus? In nullo horum ſumma conſiſtit eorum laboris iuxta D. Bern. Et quandoquidem dubium propoſuerit, ſolationem ipſe miniſtrabit. *Niſi forte in eo pugnaſſe creduntur, quod peccantibus aliis, viriliter perſtiterunt, non abeuntes in concilio impiorum.* Seditio illa ſeu commotio orta eſt in cælo, quā deſcribit D. Ioannes, in qua caput rebellium Lucifer fuiſſe perhibetur. Angeli verò boni Duce ſuo Michaele anteſignano, arma ſumpſerunt, Dei partes iuraque ſtrennui defenderunt. *Michael & Angeli eius prœliabantur cum Dracone.* Quantum ſapio Deus vt omnem illis conferret præmij coronam tam diu diſtulit, donec in illis aliquam cerneret laboris vmbram, offertur prædicta illis occaſio, viriliter decertant, nec eos malorum trahit ambitio, ſuperbis ſeſe aduerſarios opponunt, initur bellum, certatum fuit acriter, & certo quodammodo per anguſta tranſierunt: cælo ſuo gaudeant: etenim ſine anguſtiis etiam in illis, haberi poſſet vt ſuſpectum.

Matth. 18.

Apoc. 12.

1. Ioſeph ſpeculum Superioris, ſeuerus & benignus.

Appa-

Apparuerunt Moyses & Elias.

Diſcurſus IV. *Chriſtus Moyſen aſſumit ſibi ſocium mitem legis ſuæ promulgatorem, & Eliam eiuſdem zelatorem: quia tanquam vniuerſalis Prælatus docet illos quicumque futuri ſunt, vt ſibi comites & laterales adſciſcant ſuauitatem & ſeueritatem, miſericordiam & iuſtitiam.*

QVam præclara haberent latera, mundi Principes quam prudenter regerent Superiores & Reipublicæ Gubernatores, ſi huic gnauiter incumberent, vt regimen ſuum nec ex felle totum nec ex melle conſtaret. Nonnulli toti ad miſericordiã inclinãt; vnde in Republica, vix vllum viget frænum, & minus adhuc percellit timor. Alii ex diametro oppoſiti, nonniſi flammas igneſque vomunt. Temperetur igitur momodus hic, ne conſumat ignis, & laxa nimis non refrænet benignitas. D. Gregor. in Patriarcha Ioſeph veram Superioris inuenit imaginem. Varios ac multiplices eius perpendit ſucceſſus, ex quibus tandem vinculis, compedibus, & carceribus abſolutus in Proregem creatur Ægypti & ſecunda eligitur Pharaonis perſona. Fames paniſque inopia, qua ſupra modum laborabat terra Chanaan, ad ipſum Ioſeph germanos eius attraxit fratres. Obiicit illis crimen exploratorum, tantumque illos premit donec chariſſimum ſibi patrique adducant Beniamin. An illum ſentiunt ita ſeuerum? Poſtmodum conuiuium illis mandat præparari, delicioſè recreantur: pecuniam non ſibi capit empti frumenti pretium, & tandem in lacrymas reſolutus, quis eſſet, illis manifeſtat. Adeſt D. Gregor & à radice myſteriũ explicans quod illos aſperè primum excepiſſet, ſic ait. *Vincebat mentem pietas, cum frater innocens videretur: ſed permanebat in oſtenſione aſperitas, vt fratres noxij purgarentur.* Notum illi erat fratrum ſuorum ſcelus: idcirco puniuit illos; ex altera verò parte cum omnes ex vno eſſent parente geniti, amor erga illos in ipſo remiſſionem vrgebat, & fraterna charitas benignitatem: cum enim Superioris fungeretur officio, non cenſebant ſe perfectè muneri ſuo ſatisfacturum, vel ſolâ miſericordiâ, vel ſolâ iuſtitiâ: quocirca hoc agendi modo quaſi mixturam quandam componebat ex duobus his requiſitis adeo neceſſariis. Vt benignus & miſericors illis adblanditur: vt iuſtus vinculis illos tradit: modò pectus demonſtrat ſeuerum, & vultus grauitatem: alias benignitatem exhibet

I. Ioſeph ſpeculum Superioris, ſeuerus & benignus.

Geneſ. 42.

D. Greg. Hom. 2. in Ezech.

& delicias. *O tormenta misericordiæ.!* (exclamat D Gregor.) *cruciat & amat.* Cruces adhibet & delicias, fel & mel propinat, gubernatorem agit prudentem & sapientem: igitur imperio regnoque præsideat, qui illud tanta prudentia tantaque moderatur sapientia.

Punctum hoc eleganter expendit Origenes. Ad constructionem & ornatum Tabernaculi Summique Sacerdotis Aaron præcepit Dominus Moysi, vt ab omni populo munera susciperet voluntariè oblata, iuxta singulorum media mentisque deuotionem. Sed cum singulariter de omnibus in particulari loqueretur; auro, argento, gemmis; attamen mentionem cocci faciens, sic ait: offerant mihi. *Coccum bis tinctum.* Quid hic Origenes? *Verum de ijsdem considerandum puto, quod cum de cæteris singulariter Moyses dicit, tantum de cocco addit duplicatum.* Asseramus cum illo: *Color iste coccineus ignis significat elementum. Ignis autem duplicem habet virtutem: vnam quâ illuminat, aliam qua accendit.* Et statim hoc dexterè admodum intentioni accomodat: cum seruiat ornatui Summi Sacerdotis eminentiori, rectè postulat duplicatum colorem: quo datur intelligi, requiri in ipso, qui sedes occupat digniores, vel Prælati munere præsidet, duo hæc potissimum: vt illuminet & accendat: vnum sine altero Deo non placet! si namque totus in rigorē tenderet & iustitiam, tantum accenderet: si totus mellifluus esset & misericors, tantum illuminaret: ambo permisceat & coniungat: suauiter illuminet, & accendat pro temporis ac personæ necessitate. Quis non libenter audiat perorantem Originem? *Est ergo natura ignis duplex, & ideo iubetur offerri coccus duplicatus. Quomodo ergo nos offerre possumus ignem istum duplicatum ad ædificium? Videamus si Doctor es, extruis tabernaculum, ædificans Ecclesiam Dei. Dicit ergo & ad te Deus, quod & ad Hieremiam dicit. Ecce dedi verba mea in os tuum, ignem: si ergo docens & ædificans Ecclesiam Dei, increpas tantummodo, & arguis & castigas, & peccata populi exprobres: nihil autem consolationis proferas de scripturis diuinis &c. Obtulisti quidem coccum, sed non duplicatum.* E contra verò. *Si peccantem non arguas, negligentem non corripias, seueritatem disciplinæ non teneas: obtulisti quidem coccum, sed non duplicatum.* Duę suadentur Pręlato proprietates: seueritas & benignitas; qui vtramque non sectatur, & vnica tantum pollet ignis qualitate: nimirum si tantum exurat: quando subditos suos ex asperitate regit: & mansuetudine sola mollitur, qua benignam præferat lucem: hic Dei domum non ædificabit, nec eius oblationes

Exo. 25.

II. Quod etiam coccus bis tinctus denotat.

ORIGEN. Hom. 13. in Exod.

nes

nes quantumuis eximiæ in Sanctuario admittentur.

Capitaneis in bello strenuis, & in Republica Israelitica gubernanda ac defendenda Iudicibus annumeratur mulier inuicta Debbora: ex cuius nominis etymologia Lyranus præsens inuenit argumentum. *Erat autem Debbora iudicans Israel.* Debbora interpretatur. *Apis.* Apis autem aculeum habet quo pungit & vulnerat ex vno, verum ex altero dulces mellis fauos administrat. Porro qua ratione Deus in Debbora, licet muliere proponere voluit Præsuli quibus teneretur obligationibus quas eius nomini inseruit? Respondet Lyranus; *Debbora, idest,* Apis (symbolum Iudicis:) *apis enim habet aculeum pungentem; & facit mel consolans.* De pungentis aculei seu sagittæ seueritate transit ad mellis dulcedinem: hac recreat, illâ cruciat. Rupertus gratum profert conceptum: aduertit enim inter varias epistolas à D. Paulo ad orbis instructionem exaratas: tantum illis Timotheo discipulo suo directis apponi inter gratiam & pacem, misericordiam: erat quippe illa scribendi formula ei familiaris. Rationem igitur facti requiramus & eius verbis dubiũ proponamus. *Cum Paulus Apostolus in omnibus Epistolis suis salutando Ecclesias, hac duo gratiam & pacem coniungat: dicendo gratia vobis & pax; in his dumtaxat quas ad Timotheum scribit misericordiam interponit; Timotheo, inquiens, dilecto filio, cum fide, gratia, misericordia & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.* Qua de causa ô SS. Apostole huic magis quam aliis terminum hunc adscribis: *Misericordia*? A Christo instructi Apostoli hac vtebantur præfatione: *Gratia, pax, vsitata valde, more Apostolorum, salutatio Christi est.* Cur pluribus vteris quam Christus dicenda proposuit? Responsum Ruperti percipite. Scribit hic Apostolus Timotheo Episcopo, cui apprime nota erat conditio, scilicet seuera, excedens in hoc magis hanc stateram, quam clementiæ: vt autem significet ei doceatque, vt hanc seueritati suæ coniungat, addit *Misericordia:* qua ad perfecti Prælati munus indigebat, vt nimirum ambas in æquilibrio seruaret proprietates: modò hanc exercens, modò alteram. *Nam quia in illo Episcopos omnes informabat: cuius officii summum & necessarium decus est misericordia, & ille vt fertur, feruentioris zeli erat: idcirco rectè & opportunè viscera misericordiæ illi habere præoptabat.* In ipso zelosos omnes erudiebat Gubernatores, vt rigorosæ suæ grauitati lateralem adiungerent mansuetudinis benignitatem: cum autem D. Paulus cerneret hanc in Timotheo requiri, eam illi conmendat.

Indic. 7.

Origen. Hom. 13. in Exod.

Lyran. ibi.

III. Debbora vt apis vtrumque complexa est.

Rupert. To. 3. Apoc. 1. Circa hoc: gratia & pax.

1. Timot. 1.

IV. D Paulus vtrumque Timotheo commendat.

mendat, dum gratiæ & paci mediam interponit misericordiam.

Quando Dauid paterni adhuc gregis opilio, nec dum ad tempora diademate coronatus Israel descendit in arenam contra monstruosum Goliath, ait de illo S. Pagina: *Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum*: donec opportuno tempore illis vteretur: erat autem pera hæc in qua solent pastores sibi victum recondere. D. Aug. per peram hanc pastoralem intelligit mulctrale in quod lac ouium decurrit dum mulgentur: in illud ergo Dauid lapides misit, quasi lauatorio quodam lactis illos emundans; ait igitur. *Tulit quoque lapides de torrente, de fluuio, & posuit in vase pastoris, quo lac mulgeri solet.* Inusitata est hæc cæremonia, & rarum stratagema quo prodeat ad monomachiam: quis vidit vnquam duriores temperari lapides, & suaui adeo liquore emundari? quid hoc indicabat? Præparabat se amodo Dauid & præcludebat hoc facto Principatui & regno Israel: atque in modo consequendi victoriam de Gigante, Deus fausta illum imperii prædocebat auspicia, & felices regiminis sui præsagiebat successus. Necesse erat vt manibus lapides arriperet: cum autem hi duri sint, & maximè illi qui continuo aquarum fluxu demerguntur: temperare illos voluit ne toti duri forent: nec aptiorem inuenit quàm in lacte mollitiem. Primò igitur lapides mulctrali imponat vt si postmodum ictum infligant seuerum, prius omnibus innotescat eorum duritiem lacte temperatam: quatenus constet hæc requisita necessariò Superiori cōpetere: atq; idcirco lapides reponat. *In vase pastoris, quo lac mulgeri solet*: officium etenim Pastoris demōstrat quid Iudici sit faciendū.

1. Reg. 17.

V. Et Dauid pugnaturus contra Goliath. ostendit.

D. Avgvs. l. 50. Homiliarum Ho. 31.

Nota

Ex historia veteris Testamenti gradum facimus ad aliam noui Testamenti, & de Dauide ad Christum transgredimur, cuius filius secundum carnem esse dignatus est, & nominari gloriatur. Refert D. Marcus & alii cum illo Euangelistæ, quod peracto illo permagnifico triumpho, quo velut diuinitatis suæ clarissimo testimonio ingressus est Hierusalē, postridie mane egressus tetēderit in Bethaniā & fame prouocatus accessit ficulneā fructus ex ea fami lenimentum collecturus: sed non nisi virētia reperit folia: cui grauē adeo inflixit maledictionem, vt momentô temporis exaruerit sterilitatis vitio condemnata. *Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet.* Pluribus hanc historiam commentariis illustrant Expositores. Aliud audiamus intento nostro conforme ex Victore Antiochensi. Iam Redemptor noster vt Dominus omnium ac Magister vniuersalis edide-

VI. Christus modo benignus, modo seuerus.

Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19.

ediderat miracula, & signa præstantissima in personæ suæ assertionem, & vrbis Hierusalem ciues singulis momentis viderant experti que fuerant. Cæcos illuminauerat, claudis gressum solidauerat, mutilis manus restituerat, mortuis vitam: erant hæc omnia, beneficia populo misericorditer indulta. Nullũ tamẽ punierat, nec vnquam iustitiæ seueritatẽ exercuerat: erat nihilominus Superior, suadebatque ratio vt in ipso (aliis ad exemplum) ambæ hæc parerent combinatæ virtutes: & toties conspecta benignitate, vel semel rigorem ostenderet: quod & fecit; sed in quantum se hominibus ostendit mansuetum, in tantum arbori suam exhibuit seueritatem, per quod illi homo tenebatur: & misericordiæ ac iustitiæ pariter erat satisfactum. Loquatur conceptus Auctor. *Posteaquam enim multa beneficia praestiterat, nullum autem punierat: consentaneum erat, vt aliquod quandoque punientis specimen ederet.* q. d. Si semper benignitatem præferret, dignitati suæ derogaret, saltem vel semel, licet arbor tantum, eius sentiat seueritatem: quo perfecte & integre doctrina confirmatur, quã in ipso iustum est, vt omnes videant.

VI. Christus modo benignus, modo seuerus.

VICTOR. ANTIOCHEN. in Marc. To. I. Bibl. PP.

Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19.

Hanc inter alias, laudem D. Gregor. Nazian. dedicat D. Basilio insigni vtpore Prælato. *Cum mollitiem dissolutos; asperitatem vero feros ac contumaces reddere prospiceret: vtrique malo opem ab altero parauit, rigiditatem nimirum humanitate, mollitiem autem seueritate temperauit.* Non tota semper mulceat affabilitas & clementia: nec totam semper terreat inhumanitas & seueritas: affabilitas etenim subditos reddit discolos, & inhumanitas contumaces. Omnium exemplar fuit D. Basilius immobilis illa Ecclesiæ columna: cum namque quoad seueritatem mundus pedem non cogeret referre; nec si benignitatem spectes, eum aliquis antecessit: dum prudenter se subditis attemperat & occasionibus: singulis summa reddens æqualitate, quod illis iudicabat esse consentaneum, aptum ac necessarium.

D. NAZIAN. Orat 30. in laudem D. Basilij.

VII. De his laudatur D. Basilius.

Describit Salomõ Ecclesiã sub similitudine lecti in quo Christus sponsus eius recumbit & ait. *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel,* fortissimos hic capit Magistros eius & Prælatos, gladiis armatos omnes. *Omnes tenentes gladios:* quos prius manibus tenebant, & statim quos vaginæ applicabant, & de femore suspendebãt. *Vniuscuiusque ensis super femur suum.* Res noua & digna: quis enim tale quid vidit? quis gladium strinxit vnquam & femori appendit alium? Quid agit eductus ensis? Et cui seruit in vagina repositus? Respondet Theodoret. *Binos autem*

Cant. 3.

VIII. Tales duplici armãtur gladio,

THEODOR. l.2. in Cant.

tem gestant gladios ; alterum super femur , alterum in manu : vnum reprehensionis, alterum indulgẽtiæ &c. Prælatus notatur & Iudex, eiusq;conditiones exponit:nimirum vt quandoque gladius educatur seueritatis & reprehensionis : & quandoque misericordiæ ac clementiæ: & ita illum comitentur , vt vnaquæque tempore suo & loco prodeat :vna educta, altera vaginæ imposita: propter priorem dicitur : *Tenentes gladios*:propter posteriorẽ:*Vniuscuiusque ensis super femur suum* &c.

Ea de causa Saluator noster secum assumpsit Moysen & Eliam : Moysen omnium ore & omni merito mansuetissimum: qui hoc nomine bene audit apud S iritum S. *Erat vir mitissimus.* Eliam honoris diuini zelatorẽ & iustitiæ vindicem. Placeat illius benignitas sitque exemplo aliis, eo tempore quo Deus populi sui peccantis ruinam minabatur: & memoria retineantur verba illa dignissima , & filia viscerum pietatis & amoris receptaculi. *Aut dimitte eis hanc noxam , aut dele me de libro tuo.* Alterum è duobus ô Domine: aut ignoscere populo, aut nomen meum de numero deleri amicorum tuorum. Et huius vigeat quandoque seueritas, qua Regem Achab perterruit , cui in faciem non erubuit veritatẽ aperire nec non Reginã Iezabel, similiter Quinquagenarios illos , quos cælestis ignis vltor iniuriæ ad eius votum verbumque absumpsit. Ex vno igitur & altero compositi Christo comites adhærent , & assistunt eo tempore quo cælestis Pater voce præconia eum mundo proclamat statuitque doctorem: *Ipsum audite.*

Num.12.

Exod.32.

Discursus V. *Christum in gloriæ suæ manifestatione comitantur Elias & Ioannes , virgines: Moyses & Petrus vxorati : nullus etenim status regni cælestis impedit assecutionem: si modo quisque status sui satisfaciat obligationibus.*

AD beatificæ visionis consecutionem obex non obstat, nec gressum vllatenus remoratur status ille , in quo summâ sapientiâ Deus vnumquẽque collocauit. Eius prouidẽtiæ detractor est iniuriosus, qui rationes obtẽdit, chimæras sibi format, & obstacula proponit , quæ non aliam habent entitatem, quam quod in stulta formentur cogitatione & & aberrante fiunt imaginatione. Redemptor noster secum comites rapit Petrum , Iacobum , Ioannem, Moysen & Eliam , virgines & vxoratos, quo significet, quod impletis singulorum statuum huius vitæ conditionibus requisitis , secura pateat ad æternam via. Conceptum hunc trahit

hit ex Euangelio Ludouicus de Saxonia dictus Carthusianus: postquam enim quasdam protulisset rationes ex SS. Patribus: cur Christus potissimum tres illos Apostolos voluerit huius gloriæ participes esse & spectatores, omissis aliis sui Collegii Discipulis; vel quia illos teneriùs aliis amaret; vel propter fidem quam in Petro declarauit videndi non videndo perspicuitas in altissima Diuinitatis Magistri sui confessione; In Iacobo qui luctator dicitur, præualuit robur quoddam animosum, quo interrogatus de bibendo calice Passionis, generose cum fratre suo respondit: *Possumus*. In Ioanne notatur gratia, quam velut amãtissimus corã oculis Dei inuenit; his inquã prælibatis rationibus sequens subiũgit discursus nostri fulcimentum. *Item ad commendationem omnium statuum Ecclesiæ: nam per Petrum significantur coniugati, vel etiam Prælati: per Iacobũ pœnitentes, vel actiui: per Ioannem virgines, vel theorici.* Omnes status hoc ternario munero comprehenduntur: ne quis in tam generali curia desideretur: in qua publicandum est & præstandũ Principi gloriæ fidelitatis iuramentum. Petrus præfert coniugatos patres familias & gubernatores. D. Iacobus caput est pœnitentium & eorum qui actiuæ vitæ detinẽtur exercitiis. In Ioanne forma datur candidatę virginitatis vel altissimæ contẽplationis: nam per speculationis ascensum eo vsque sublimantur, vt Dei suauissimis brachiis selætentur exceptos.

I. Ratio cur hi tres tantum Apostoli assumantur.

Matth. 20.

CARTHVS. in vi a Christi 2. p.c.3. de Transfigu.

Ad huius veritatis confirmationem notemus cum D. Anastasio Nicæno quod in lege naturali ac scripta dilectissimi Deo familiares, opes possiderint abundantes, mulieres plures dixerint, filiorum turba, familia & facultatibus effulserint: hoc egit Dei prouidentia: ne posteri statum suum culparent, dum cernunt quod in illis quia quod muneris sui erat, perfecte faciebant, Dei liberalitas tantis ipsos beneficiis cumularit. *Videmus in diuinis Scripturis, omnes fere qui Deo erant grati, Deo placuisse in mundo, in diuitiis, in liberis.* Per omnes late confirmat hoc Patriarchas: Abraham: cui reuelata sunt secreta cælestia, cuius domus cælum erat, & hospites ad mensam Angeli. Isaac obedientiæ fideique victima. Iacob cui toties famulantur, & adstipulantur Angelicæ legiones: quinimo ex altissimis scala ei demittitur, vt per contemplationem ascendat tantò commodius. Ioseph: expressa Christi figura; omnes hi facultates, seruos opesq; possiderunt. Non igitur perturbat illud, si prout conuenit, impendatur illi, quod cuiq; faciendum incumbit.

II. Veteres Dei amici diuites & vxorati fuerunt.

ANASTA. NICE. q. 14. To. 1. Bibl. PP.

Profusum habet de hac materia sermonem D. Chrysost. ait igitur. *Volo igitur declarare vo-*

D. CHRYS. Serm. 3. contra Iudaos & Gent. circa illud: Nuptiæ factæ sunt.

bis, quòd neque diuitiæ impediunt, neque inopia, neque militia, neque negotiatio, neque nuptiæ, neque pueri, neque seruitus, neque opificium, neque aliquid aliud. Radicitus omnes euellit rationes quas velut arboris ramos extrahunt & extendunt homines ex tam exiguo fundamento, quo nituntur ne ad viam aspirent perfectionis.

III. Rationes oppositæ exemplis refelluntur.

Vxorem duxi, necesse mihi est negotiis meis cõsulere, commercia me impediunt, curæ & sollicitudines animam in diuersa rapiunt; Paupertas obest mihi: quia necessaria mihi deficiunt. Regi in bello stipendiarius sum; quo iure à me hoc exigitur, quod à solo, libero, non impedito, & ab eo requiritur qui sine turbatione aliqua cum mentis tranquillitate rebus potest vacare spiritualibus? Coniugatus erat Moyses respondet) Elias virgo, Moyses filios genuit: quis dubitat? An hoc ei fuit impedimento? Non fuit. Collegij Princeps Apostolici vxoratus erat: an idcirco in amore quo Magistrum suum prosecutus est ardentissimo, deferbuit? Si militia, militumque vita perturbaret: non tantam à Christo laudem obtinuisset Centurio. *Centurio nonne miles erat, & dicit ad Iesum: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum? Nihilque nocuit illum sua militia.* Obiicis: opibus abundo. Et quis pluribus quam Abraham: cuius S.

Matth. 8.

Pagina facultates recenset: *Erat Abraham diues in possessione auri & argenti?* Itaque tribus illis, quibus conaris te excusare, non obstantibus, Abraham vitæ sanctimonia præfulsit: *Tria quæ prætexere potes vnus ille habuit, & vxorem & pueros, & diuitias.*

Genes. 13.

Onesimus seruus erat, & attẽde quale de illo testimoniũ perhibeat D. Paulus: quam grauiter Ecclesiæ Deo seruierit. Numquid Dauidi Monarchia, regimen sceptrumque fuit obstaculo? Lazaro paupertas? Viduæ Sareptanæ panis inopia, ne panem Eliæ ministraret? Itaque sic concludit. *Hæc dico vt ne quis prætexat vel vxorem, vel liberos, vel militiam, vel negotiationem, vel opificium, vel seruitutem, vel diuitias, vel paupertatem.* Et alio loco idem elegantissimis verbis legimus inculcatum. De Enoch quem in orbis exordio Deus de mundo transtulit, & transuexit in Paradisum, testatur S. Eloquium quid particulare subtiliter ab Oleastro nostro notatum. *Ambulauitque Enoch cum Deo, postquam genuit Methusael.* Syncere Deo famulatus est, eumque semper præ oculis habuit, postquam genuit filium Mathusael. q. d. Si prius pietatem coluerit, legemque Dei obseruauerit, non minus fecit postmodum pater filiorum. Quærit igitur Oleaster. Quid nobis per hoc innuit Spiritus S. *Ambulauit*

Philemon.

D. CHRYS. Ho. 4 de verbis Isaiæ.

Genes. 5.

IV. Confirmatur in Enoch.

lauit Enoch cum Deo, postquam genuit Mathusael: vt de cælos tanto honore coleretur, vt quasi erubesceret virum adeo iustum in terra remanere? Respondet: nihil aliud, quam quo doceat, benedictionis fructum seu prolem non obesse, quo minus diuinis mulceatur deliciis; non ita se totum mundo tradidit, vt Dei non recordaretur: qui autem sedulus adeo suæ satisfacit officio, blandiatur illi Deus. *Docet non solum Monachos & Monachas Deo placere, & cum Deo ambulare: sed etiam illos, qui liberos generandis & procreandis dant operam.* Nemo glorietur & inaniter præsumat ex eo tantum, quòd professionem statumque colat eminentiorē, si officio suo segnis defuerit: vt enim Monachum cucullus non constituit, sic nec locus pariter perfectum reddit, nisi et faciat, quæ cucullo locoque agenda conueniunt.

Genes. 13.

Philemon.

D CHRYS. Ho. 4 de verbis Isaiæ.

Ecclesiæ soles, eius duo Doctores, vnus tamen in S. Theologiæ intelligentia D. Aug. & D. Tho. ostendunt quòd certo quodam modo Abraham Deo tantum vxoratus placuerit, quantum D. Ioannes Euangelista virgo: non quòd virginitas & matrimoniū status sint pari merito comparandi: aurum est virginitas, plumbum matrimonium; sed propter cordis effectum in Abraham, quem à Deo nequaquam diuertebat? conueniens iudicans in illo legis statu, & diuinæ voluntati ob fines præclarissimos conforme, vt vxorem duceret & multo magis in illo, in cuius filio Isaac alligabatur de Messia, & carnem suam induituro facta promissio. Denique vasa illa aurea quæ conspexit D. Ioannes ex superiori parte angusta, hoc est, ad solum Deum contracta: ex parte vero inferiori dilatata, curas denotant mundi, quibus iuste & irreprehensibiliter vtrique satisfaciunt. Scala Iacob cælum solumque tangens, Angeli ascendentes & descendentes, vtrosque significant, & quidem esse Angelos: omnes enim adimplent dispositionem, præscriptum & obedientiam, vt illud perficiant ad quod electi à Deo mittuntur.

Genes. 5.

IV. Confirmatur in Enoch.

V. Meritum Abrahæ extollitur.

Ex prædictis insigne colligit nobis documentum D. Ambros. vt taliter coniugatus, sit coniugatus, ne mundi sollicitudo totum eum sibi rapiat: sed partem aliquam Deo, diuinisque impertiat. Eleganter adfert D. Ambr. formationem Euæ: nam vt eam Deus ex costa seu latere formaret viri, cui indissolubili modo eam intēdebat coniungere, prius Adamo viro somnum immisit indubitanter extaticum in quo diuinis fruebatur consolationibus. *Immisit Dominus soporem in Adam.* Quæro: quam ob causam dormire debet Adam? Nonne satius esset vt experrectus statim videat sibi

Genes. 2.

sibi sociam ; quam illi manus Creatoris ad voluptatem tribuit? Nullus hic aberret. Deus futurus erat sequester,& priusquam sibi manus darent, & ipse illis, instruere eos voluit, & virum potissime, quod matrimonium suas exigat vocationes (hoc idiomate loquitur D. Paulus ad tempus: *Vt vacetis orationi*) & somnum suum quoad diuina, ac singulis momentis terrenorum obliuionem, dies suos festos, Paschata, & pridie Communionis ex consilio Doctorum. Audite Ecclesiæ Doctorem dubio suo respondentem. *Quis est iste sopor, nisi quia paulisper ad coniugium copulãdum dum intendimus animum, veluti intentos oculos ad Dei regnum inclinare, atque inflectere videmur ad quendam somnum istius mundi, & paulisper obdormire Diuinis, dum in sæcularibus mundanisque requiescimus.* Et eximius alter Ecclesiæ Doctor D. Hieron. hoc sensu præfati Apostoli sententiam explicat: *Vt vacent orationi*: quatenus gustato tanto bono, népe continentiæ, se Deo strictius vniant. *Discant prius ferias nuptiarum, vacent orationi, vt accepto gustu pudicitiæ, id semper habere desiderent, quo ad modicum delectati sunt.* Et ita in quolibet statu Deo famulatum exhibebunt gratissimum.

VI. Cur Adam dormi dum ei costa tollitur in vxorem.

1. Cor. 7.

D. AMBR. l. de paradiso c. 11.

D. HIER. l. 1 contra Iouinian.

Quintiduo ante mortem suam Saluator noster ingressus est triumphans Hierusalem, Exorta est in vrbe illa & cordibus interior quædam motio Spiritus S. qua perciti eum velut Deum suum Regemque acceptarunt. *Alij vestimenta sua prosternebant in via: alij autem cædebant ramos de arboribus.* &c. Fuerunt hæ tales demonstrationes quales orbis non vidit gloriosiores: nonnulli vestimenta sibi detrahunt, terramque illis contegunt qua transiturus erat Triumphator: alii hortos ingrediuntur, arbores dilacerant, ramos deputãt: alii flores iuncosque odoriferos per plateas disseminant, durosque lapides velut aulæis exornant, ac multiplici herbarum specie terram cõspergunt. Illos spiritu suo mellifluus miratur Bern. & diuersa perpendens deuotæ plebis officia, sic ait: *Non omnes vestimenta prosternebant in via, sed cædebant aliqui ramos de arboribus*: Non omnes triumphi comites vestes suas exuebant, auctoritate sua & commoditate se spoliantes: quinimo denudantes, cum tempus esset frigidum, nec adeo calidum: alii ramos ex arboribus detruncabant: quod voluptatem magis quam sollicitudinem laboremq; redolebat. Quæro igitur (inquit D. Bern.) an non omnes ad processionem & triumphum gradiebantur? An eorum obsequia Christo non placuerunt? Placuerunt omnino; quia singuli spiritus sui dictamen sequebantur & pietatem. Quid latet hic

Matth. 21. VII. Diuersa obsequia Christo triumphanti exhibita illi placuerunt.

D. BERN. Ser. de S. Benedicto.

hic mysterii? Instruit nos quod in quolibet statu & licita occupatione quis distentus fuerit, Deo placeat meritumque habeat: qui quidquid in eius expenditur obsequium, acceptat & remunerat. *Verumtamen ne ipsi quidem penitus fuerunt otiosi, sed nec à processione leguntur exclusi.* Neminem à latere suo Christus comitem exclusit: illi qui multum, illi qui parum contulerunt, omnes apud illum obtinuerunt locum, gratusque fuit eorum illi famulatus.

D. BERN. Ser. de S. Benedicto.

Describit D. Ioannes cælestem ciuitatem Hierusalem, murorum eius altitudinem, thesaurorum diuitias, palatiorum pulchritudinem, platearum venustatem, domosque eius omni ornatu splendidiores. Vidisse se testatur duodecim portas, per quas omnibus patebat ingressus, diuisas in tres & tres, iuxta quatuor mundi plagas. Ad quæ commentator Rup. percunctatur. *Quid sibi vult quod ait: ab Oriente portæ tres, ab Austro portæ tres, ab Aquilone portæ tres, & ab Occasu portæ tres?* Cur tanta ingressuum diuersitas: ab Oriente, Austro, Aquilone & Occidente? Totne ab omni parte patent portæ? Vtique: idque ad non leue omnium solamen: ex quo sibi homo persuadeat, quod in quolibet statu, sanctisque studiis sese occupauerit, patentes liberasque in cælo portas sit inuenturus: nec non qualibet occasione, & ætate, qua Deo seruierit, ab ipso gloriam sit adepturus. Ad ortum solis tenella & præcox ætas infantium. Ad meridiem iuuentus vigorosa. Ad occasum ætas consummata. Ad frigidum Aquilonem, decrepita senis lassitudo. Nullus igitur animo despondeat, inquit, cunctis etenim patet accessus. *Nam per Orientem pueritia, per Meridiem adolescentia, siue iuuentus feruida, per Occidentem ætas perfecta, per Aquilonem recte intelligitur senectus decrepita.*

Apoc. 21.

RVPERT. ibi. VIII. Duodecem portæ Hierusalem quid denotent.

Non prætereamus ab eodem Euangelista fuse satis enarrari diuitum duorum exitum: quorum alter salutem sibi ex diuitiarum suarum distributione conquisiuit: alius autem ob peruersum earundem vsum perpetuæ damnationis sententiam incurrit. Ingreditur Christus vrbem Iericho: & Princeps Synagogæ Zachæus, *Et ipse diues,* satagens vel in aliquo Christum promereri, ob gratiam sibi ab illo præstitam, quâ domum eius hospes intrauerat: sic ait: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* O diuitem prudentiâ spectabilem! Alter ille fuit quem vulgari nomine dicimus Diuitem epulonem & auarum: quia talem se Lazaro exhibuit: cui nec mensæ suæ dari micas indulsit: quid plura? saluatur ille, hic autem perditur. Agant igitur de duobus diuitibus adeo in omnibus distinctis,

IX. Diuitiæ non præiudicant saluti.

Luc. 19.

ctis, duo distincti Euangelistæ: sed vnus sufficit qui eorum describat euentus: quatenus omnibus innotescat, nec illum condemnari quia diues fuerit: quinimo charitatis exerercitiis & misericordiæ operibus lucratus sit cælestem gloriam: nec huic introitum meritumque impediuit, nisi sola inhumana pectoris duritics. Idcirco vnicus Chronologista de duobus loquatur. Et meritò notandum, quòd Deus Lazarũ in sinum detulerit Abrahæ, & coram eius oculis in tormentis crudelissimum suum statuerit homicidam: *Vidit Lazarum in sinu eius.* Ne dicatur ex diuitiis incendium flammasque produci quibus se cruciari lamentatur: nam si pauperem consideret refrigerio potitum, etiam diuitem attendat Abraham, qui pauperem hunc brachiis suis, sinuque foueat. Vt plane cælestem hanc accipe D. Gregorii sententiam. *Non est census in crimine, sed affectus; pauper ad requiem Lazarus venerat; superbum verò diuitem tormenta cruciabant. Sed tamen diues Abraham fuerat, qui in sinu Lazarum tenebat.*

Luc. 16.

D. Greg. l. 10. Mor. c. 17.

Olympiodorus astutiam notauit diaboli à Deo petentis licentiam, qua Iob miris modis affligeret, & dicentis: *Nonne tu vallasti eum?* Si domum eius temporalibus ditasti bonis, an tibi gratus non existeret? Hæc illi tolle, & qualis tibi futurus sit, liquidò constabit; vt igitur pateat regnum & diuitias non esse incentiua iniquitatum, auferantur illi: nam æquè bonum ac fidelem habebo mihi Iob seruum illis orbatum ac repletum, & Satanas pudore confundetur. *Narrat felicitatem, & possibile, ut ex ære vtilitatem capiamus: quandoquidem nec diuitiæ illi impedimento.* Discursui coronidem imponat dum repetimus Euangelium eloquentia D. Ambr. Video ad latus Christi Moysen & Eliam, omnino vt patet, distinctos, Elias pauper erat, deserti eremique cultor: Moyses Rex, Princeps & potentissimus legislator. Hodie ergo conueniant: etenim Dei societatem tam pauper quam diues adscribitur: paruus & magnus admittitur. *Neque enim minus beatus Elias quam Moyses, cum alter cibi indigus, melotide vili, sine filijs, sine sumptu, sine comite; alter populi ductor, lætus sobole, succinctus potentia, diuerso genere, meritum æquale fundauerint, sicut in Euangelio declaratum est, quando cum Domino in Resurrectionis gloria refulserunt: videtur enim parem his quasi paribus gloriæ suæ testibus dedisse mercedem.* Si spectes exercitia amborum & studia, distincti sunt: vnus eiectus, alter timore concutiens; & quamuis terrenâ potentiâ dispares, æquales tamen illos virtute meritoque habeo. Sit Moyses Rex, sit Elias pauper: vniat

Iob 1.

X. Iob diues Deo famulatur.

Olympio. Catena in Iob. 1.

D. Ambr. l. 1. de Iob & vita beata c. 8.

D. Thom. 3. p. q. 55. a. 3.

I. Christus resurgens cur non continue suis apparuit.

viuat vnus dux exercituum, alter solitudinis incola, Moyses applausu exceptus, Elias afflictus & extorris: Christus ambobus latus sibi cingat in gloria Transfigurationis suæ quando suam manifestat.

Discursus VI. *Ex eo quod Christus dum orat, transfiguratur, nobis indicatur orationis cum Deo effectus vera vtique mutatio vultuum certo quodam modo etiam in ipso Deo: quia transfigurationes quæ non apparent in vultu, vel conuersiones sine mutatione, suspectæ sunt.*

QVerit Theol. sol D. Thom. an conueniens fuerit quod quadraginta illis diebus, quibus Saluator noster (licet iam rediuiuus & gloriosus) moram traxit nec ad cęlum triumphator ascendit, se manifestaret spectandumque offerret eadem omnino benignitate ac familiaritate, qua mortalis & passibilis apparuerat. *Vtrum Christus post resurrectionem debuerit continuè cum Discipulis conuersari:* Respondet; expediebat duo circa articulum tanti ponderis cognosci, fulcrum & fundamentum nostræ fidei: Vnum erat, veritas resurrectionis; alterum maiestas ac gloria resurgentis. Ad primi confirmationē sufficiebat, vt aliquoties se manifestaret, sicut ipso die quinquies apparuit rediuiuus. Sed quoad alterum, plurimum referebat, vt visio non continuaretur: nec enim facile crederetur resuscitatus, si loqueretur, ageret ac conuersaretur eo modo quo hactenus fecerat. *Noluit continuè conuersari cum eis, sicut prius fecerat, ne videretur ad talem vitam resurrexisse, qualem prius habuerat.* q. d. formare poterant homines argumentum clarum, certum & euidens, viri illius qui hodie à mortuis resurgit, nec aliam pręfert faciē, aliū à priori cōuersationis modū, suspecta videtur de monumento resurrectio: quinimo & in ipso Saluatore nostro; porro nobis ad documentum, mutet agendi modum non toties videri se patiatur, quo fiet vt firma sit & bene fundata in hac materia fides Catholica: licet enim præcipuum sit hanc à fide proponi materiam, tamen ex prędictis robur acquirit & auctoritatem. *Ne videretur ad talem vitam resurrexisse.*

Confirmat hoc eleganter D. Chrys. modū derpendens quo D. Lucas describit id quod Christus iam gloriosus egit ante ascensum suum in cælum. *Per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno Dei.* Non ait quod cum illis fuerit per dies quadráginta, sed quod illis aliquoties apparuerit. Quæro: quod ô Domine censes inconueniens si Discipuli tui,

D. THOM. 3. p. q. 55. a. 3.

1. Christus resurgens cur non continue suis apparuit.

Act. 1.

II. Anima cum Deo agens transmutetur.

tui, quos tantus ex morte tua mœror oppressit, per quadraginta continuò diuinâ tua gauderent præsentia? Quod modo te manifestes, nunc vultui illi gratissimo velum oppandas teque abscondas, quale hoc est mysterium? Non expenditur (inquit D. Chrysost.) quod à mortuis surrexerit, & in facie relucere non adeo crebra debeat & familiaris conuersatio: quatenus sciat anima, vt proxime cum Deo agens, taliter oportet ita mutetur, vt minime cognoscatur, & modo prorsus alia videatur quam prius fuerat. *Neque enim ita tunc perpetuò, quemadmodum & ante Resurrectionem fecerat, versatur cum illis. Illud vide: non dixit: quadraginta diebus, sed per quadraginta dies: aduolabat enim & deuolabat rursus.* Ante constanter & permanenter adhærebat illis: postmodum alas illi Resurrectio agglutinauit, quibus ibat & veniebat, non continuè sed aliquando.

D. CHRYS. *Ho. 1. in Acta.* Nota

Saluator noster ex industria occurrit (ipso die quo loquor, de eius victoria, ex morte superata ex deuicto diabolo, & spoliato inferno) duobus discipulis suis, qui pusillanimes, & modicæ spei diffidentes tēdebant in Emmaus. Testatur autem D. Lucas quod eum colloquentem non agnouerint: quamuis postmodum rubore confusi ad alterutrum dixerint: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via?* &c. Verba etenim eius quem sibi peregrinum imaginabantur carbones erant igniti: sufficiens indicium, quo colligatur eos ex igne omnino diuino prodiisse. Tādem illis apparuit *In alia effigie.* Dubium hoc obiicit D. P. Chrysol. Et quomodo, precor, te Domine abscondis? An ferre potest pectus illud lancea vulneratum, ex quo feruentissimæ prosiliunt scintillæ, vt vel pauco tempore te non reueles agnoscendum? Responsum hoc bene intellectum lumē dabit illi quod hactenus diximus. *Nemo putet Christum sua Resurrectione sui vultus effigiem cōmutasse, vt qui in vulnere erat ipse, alter esset in vultu; sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis, & corruptibili incorruptibilis: vt hoc sit mutasse substantiam, non mutasse personam, & acquisiuisse vultus gloriam, non vultus notitiam perdidisse.* q. d. Nemo sibi persuadeat, mutationē in Christo eo modo fuisse, vt cum vnus esset in tormentis & morte, idem postmodum non esset: sed qui prius mortalis, nunc erat immortalis, quique prius passibilis modo impassibilis; prætulit mutationem: quia si eodem plane modo videretur, & solita nosceretur vultus effigie, veritate Resurrectionis quodammodo detraheretur: postquam licet non sit mutatio & differentia in ipso tamen ad minus apparere debet & vide-

Luc. 24.

III. Quomodo Christus in alia effigie discipulis apparuit.

Ioan. 2.

D. PETRVS CHRYS. Ser. 185.

IV. Ex mutatione creaturæ Creator agnoscitur.

Nota

III. Quomodo Christus in alia effigie discipulis apparuit.

videri ad nostram instructionem.

Ne manu mittamus D. Petrum Chrysol. conceptum etenim mirabiliter confirmat, considerationem conceptu suo exaggerans in omnibus notissimo miraculo ad nuptias in Cana Galilææ: vbi mensa conuiuantium, & coniugum domus theatrum fuit primi miraculi Saluatoris: exhaustum erat vinum, atque ex Christi præscripto hydrias implent aqua, quę confestim in vinum transubstantiatur nobilissimum. Adest hic D. P. Chrysol. *Denique vbi aqua mutauit naturam, mox patefecit auctorem, & elementorum creator mutatione reuelatus est creaturæ.* Intendit hic Christus diuinitatem suam manifestare, huius cogitationem potissimum cordibus insculpens Discipulorum: eoque fine placet ipsi vt adducta in cubiculũ aqua, spectantibus adstantibus omniumque corona mutetur: vt ex elementi transformatione & repentina eius mutatione ipse Deus esse cognoscatur: quia eo modo facta est ista mutatio, ipso præsente, vt nec minima supersit gutta, quæ aqua sit, sed mutet naturam, qualitatem & effectum: ex quo Creator potentiam ostendat qua pollet, & creatura quod muneris sui est, faciet, non eadem permanens coram Deo. *Mutatione reuelatus est creaturæ.* Absconditus latebat Christus, velũ abstulit transformatio hæc quam intuentur: ita formando argumentum. Deus transmutat id quod manibus suis assumit: mutat aquam, illam intuitus: ergo Deus est. *Mutatione reuelatus est creaturæ.* Nisi dicamus quod in idem coincidit: cum enim aqua frigida tepiditatem denotet in diuinis obsequiis, vinum autem feruorem paratum & diligenté: supina & tardissima negligentia in Dei manu, quam primum illam Deus sibi lateralem associat, in velocissimam mutatur diligentiam, & opera feruentissima pietatis: mutatio hæc huius Domini potestatem loquitur vniuersalem.

Ioan. 2.

D. Petrus Chrys. Ser. 185.

IV. Ex mutatione creaturæ Creator agnoscitur.

Nota

Concinnè dixit Carthusianus. Orat Redemptor noster, & spiritum suum eleuat ad Patrem, ille qui semper illi vnitus erat, & transfiguratur: nullum etenim efficacius dari potest medium quam illud, quo fiat transfiguratio. Idcirco fit in monte qui denotat altitudinem ad quam per orationem ascendit anima, & in Thabor id est: *Accessio lucis:* quia tota illi lux communicatur, fitque adeo lucida, vt Deus alter esse videatur. Placet audire quam graui exponat illud eloquentia. *Ascendit autem in montem ut oraret: innuens oraturos in montem virtutum ascendere. Et bene mons iste dictus est Thabor, quod accessio lucis interpretatur: quia omne quod manifestatur, in lumine manifestatur.* Et statim. *Et bene dum oraret facta est altera*

V. Montis Thabor Allegoria.

species vultus eius: feruor enim & deuotio orationis, dispositio est ad transfigurationem & extasim mentis. Si quando autem animas audio de oratione multa iactantes, iisdem tamen peccatis occasionibus, affectibus, viuisque vt prius inhærentes appetitibus, quod noto idiomate dicitur, non transfigurari: de illis vt verum assero, quod nec montem ascenderint, nec in Thabor peruenerint: quia tam elumbis sunt hodie ac heri fuerunt viribus: vt autem significetur ex vera cum Deo conuersatione sequi mutationem; mutetur ipse Christus quantum ad absconditam claritatem, quam foras educit spectandam, & quæ collecta prius latebat, modo per totum montem Thabor expandatur, & in amœnissimum cælum cuncta conuertantur.

Cum Reuerendissimo nostro Caietano hoc perpendamus: dum enim humani generis Saluator de monte descendit ad reliquos nouem discipulos, & populum qui ad pedem montis & cliuum eius præstolabatur regressum, ait D. Marcus: *Stupefactæ sunt turbæ: attonitæ & pauore conterritæ.* Rationem huius apposite reddit Caiet. *Nescio quid insolitū Iesu ex transformatione descendente apparuit turba.* Nescio quam Christus faciem prætulerit, non quod substantialiter illam mutauerit, sed quod sicut Moyses ex Dei colloquio in vultu suo radios quosdam clariores, hominique insolitos ostenderit: ita viderint illi in facie Saluatoris nostri pergratam quandam nouamque formæ venustatem hactenus non apparentem velut antecedentis reliquias Transfigurationis, quo maiori admiratione & reuerentia eum intuebantur, quàm hactenus coluerant. Pauca tibi dicamus ô anima, quibus te doceamus. O quot cernimus sine transfiguratione conuersiones! & quantumuis ad Deum accedant: sicut iocosæ sunt, ita quoque bractiaria (vt aiunt) & verisimilis est eorum transfiguratio.

Marc. 9. Caiet. ibi.

VI. Christus post Transfigurationem splendidior videtur.

VII. Cur Elisabeth altius exclamarit.

Eusebius Emissen. subtiliter annotauit, quod eodem instanti quo SS. Virgo Maria visitauit cognatam suam Elisabeth gratias labiis suis dulcissimis effundens ex ea quam visceribus suis prægnans deferebat: perrumpat, seu motibus conetur infans Ioannes fortiores naturæ compedes perfringere, quibus in vtero materno velut carcere constrictus tenebatur, & saltibus ostendat, quod sibi proximum cernebat: similiter annosa mater, prius sterilis, modo fecunda ex Sanctorum omnium maximo, amice Virginem salutet. Notat autem prædictus auctor id quod in Euangelio dicitur: quod non communi voce locuta fuerit: sed altius intonauerit: *Exclamauit voce magna.* Quomodo? Coram Deo eiusque Genitrice, quando ipsa-

Emissen. ser. 6. quatuor temporum Aduen.

Luc. 1.

VII. Cur Elisabeth altius exclamarit.

ipsa Visitationis excellentia linguæ tuæ seram iniicere debuisset, & mutam præ stupore nimio hęrere tibi conuenisset: nedum tono loqueris submissiori, infirmitatis tuæ & vix vllius merito teste, si tantam expendamus gratiam: quinimo aera vocibus concutis ad cælum vsque ascendentibus? *Voce magna.* Nemo factum admiretur; appendit in domo sua supremam Dei Maiestatem: an non conueniat vt vox eius debilis, muliebris, & annosa mutetur in sonoram, fortem & & clamorosam, conspectum, & visitationem Dei proclamantem? *Prius filius Dei nomine, mater per filium repletur Spiritu S. filius intus latens docet quid mater exterius agere debeat; quasi enim magna vi Elisabeth interius commota non solum Virginem resalutauit, verum & voce magna clamauit.* Puerulus Ioannes docet interius matrem, quid illi ad extra sit agendum. Ipse prius quietus & taciturnus se mouet, quasi foras erupturus: illi loquitur illique persuadet, vt clamoribus publicet id quod sentit, & mirabilem Dei mutationem. Vociferetur, silentium perrumpat: cum enim eadem non sit quæ prius, postquam eam Maria visitauit, ipsa quoque eadem non maneat; pateat in ipsa mutatio, & lingua altius exclamet id quod spiritus accepit: *Exclamauit voce magna.*

EMISSEN. ser. 6. quatuor temporum Aduen.

Luc. 1.

Perfecta iam legatione, quam nomine Gentilitatis Principi gloriæ exhibuerunt tres illi sancti Reges pretiosis oblatis ei muneribus: notat Euangelista illos ab Angelo admonitos vt alia via patrios repeterent lares, nec Hierusalem reuerterentur. *Per aliam viam reuersi sunt in regionem suã.* Quamuis hoc mihi Euangelista non testaretur, (ait perdocte D. Ambros.) iurarem vtique ita fieri oportuisse: vt nimirum diuersam à priore caperent viam, circumirent, & hospitia mutarent. Sed vnde Doctor eximie, hoc infertur? Quia Deum modo inquisierunt, & qui propinqui adeo illi fuerant, donisque ab eo cumulati, taliter mutandi erant, vt etiam alia via quam venerant, regrederentur; placent mihi ipsa D. Ambrosij verba. *Interpositio de Magis; per aliam viam reuersi sunt in regionem suam: qui enim Christum viderant, Christum intellexerant, meliores vtique quam venerant reuertuntur.* Meliores reuertuntur, nec miremur cum Deo potiti sunt, qui tales operatur effectus, vt animos transmutet. Idem asserit Africæ sol D. Cyprian. *Adorato Domino Magi hilares alio tramite in suam patriam reuertuntur: quia necesse est, vt qui credunt ad iustitiam, ore etiam confessi sunt ad salutem, deinde vias eligant arctiores.* Nequaquã permittitur vt ille qui Deum vidit & cum illo familiariter con-

Matth. 2.

VIII. Et Magi viso Domino meliores redeũt.

D. AMBR. l. 2. in Lucam.

Nota

D. CYPRI. de stella & Magis.

uerſatus eſt, in eodem permaneat ſtatu & ordine: & quo tempore talis in eo non apparuerit mutatio, vt parum ſecuram eius habeo conuerſionem.

Nequeo præterire præclarum D. Petr. Chryſologi conceptum. Venit Magdalena Chriſtum iam ſepultum viſitatura, & ait Euangeliſta D. Matth. *Venit Maria Magdalene, & altera Maria.* Quis non miretur loquendi phraſin? Si eadem ipſa erat (vt ſentit D. P. Chryſol.) & de propria loquitur, cum vna eademque ſit perſona: quo fine illam diſtinguit locutus de illa quaſi duæ forent Mariæ? Si de diuerſis loqueretur ſubiectis, optime caperem: ſed de vno tantum, non hoc comprehendo. Ne facile iudices (monet acutiſſimus Chryſologus): indicare namque voluit mutationes & transformationes, quas in Magdalena operatus fuerat amor, familiaritas & continua cum Chriſto Redemptore conuerſatio: cum enim prius non niſi vna eſſet & ſingularis, modo multiplicatur, & modo hoc bene intelligatur, & ipſe mundo hoc perſuadeat, non dubitat eam bis proprio compellare nomine. *Maria & altera Maria.* Reus ero ſi verba Auctoris ſubticuero. *Vna venit nomine, quæ nunc alia legitur, in diuerſa perſona venit Maria & alia Maria, quo & vnam in duabus nominis vnitas figuraret, & mutatã feminam diuerſitas panderet perſonarum.* Erat modo ita alia Maria, vt nominari non poſſet, nec quidem eodem titulo, niſi multiplicato & bis repetito: itaque bis dicatur. *Venit Maria & altera Maria.*

Matth. 28.

IX. Quod in Magdalena curioſi etiã notatur.

Chrysol. Serm. 77.

Nota

Cant. 5.

Omnino ſingularem adfert expoſitionem D. Ambroſ. excuſationi ſponſæ, ob quam non adeo feſtina ad cæleſtis ſui ſponſi prodierit vocationem. *Exui me tunica mea, quomodo induar illa?* Si mihi tunicam exuerim, & pelle nudata ſim vt ſerpens, repugnat potentiæ ſecundò eam induere. Hanc igitur D. Ambroſ. lectu dignam profert ſententiam. Ita mutari oportet animam iam Dei cognitione illuſtratam: vt nõ ea cogitet quæ prius, nec ad ea quæ ſolebat, reuertatur, nec veteri more & idiomate loquatur, ſed nec quidem (auxeſim audite) antiquum audeat aſſumere indumentum, & ad tantam reuertatur infantiam, vt peccare neſciat; eius credite verbis. *Tanta vis eſt conſummata emendationis, vt in quandam redeat pueritiæ ſpiritualis ætatem, quæ vias erroris ignoret, crimen etſi velit, non poſſit admittere.* Hoc eſt illud: *Quomodo induar illa?* Quaſi impoſſibile ſibi iudicans eandem eſſe, quando communicat Deo eique familiariter adhæret.

D. Ambr. Ser. 22. in Pſal. 118.

Iterum prodeat ſubtilis ille Ambroſius & dignæ admirationi reſpondeat Iſraelitarum dum è facie Moyſi radios prodire cernunt

X. Atque ex Moyſe confirmatur.

D. Ambr. Serm. 17. in Pſal. 118.

nunt illustrissimos: quo præsenti argumento, aliud superaddat insigne. Si Oriente sole planeta venustissimo & omnis lucis parente, cuncta nouo amictu resplendent, plantæque reuirescunt: nox obscura contecta pallio lucem induit, hęc enim eius caloris vis est & efficacia, qua rudis terræ cespites in aurum, argentum, gemmasque conuertit. De quo igitur ô Israelitæ sic admiramini, vt id quod Sol in arboribus, plantis, lapidibus, vmbris & nocte operatur, Deus in Moyse efficiat, & in animabus cum illo ad montem ascendentibus ad orationem, vt ex sordidis reddantur formosæ, ex pauperibus diuites, & steriles mutentur in fecundas? *Oriente die rubent terræ croceo colore perfusæ, imaginem de beneficio mutuatæ.* In se transferunt beneficio quod acceperunt imaginem eius qui hoc illis contulit. *Gemmarum quoque monilia coruscantia transfunduntur finitimis quod ipsa radiauerat, & miraris si Moysi vultus diuinæ infectus sit claritate præsentiæ* Adamus sui non patitur conspectum: tantam de se lucem emittit: quia illum planeta tetigit, à quo lucem suam mutuauit. Carbunculus scintillas euibrat: quantò igitur maiores diuina euibrabit præsentia, quæ mediante eleuatione spiritus illum ita peruadit secúq; immediate vnit, bona communicans illi cælestia?

Cant. 5.

X. Atque ex Moyse confirmatur.

D. AMBR. Serm. 17. in Psal. 118.

D. AMBR. Ser. 22. in Psal. 118.

Ad ingressum templi DD. Petrus & Ioannes paralyticum in pedes erexerunt, atque Textus: admirabantur plusquam dici potest, qui eum prius nouerant, sibi firmiter persuadentes, illum ipsum esse, qui antè pedibus mutilus ad valuas præstolabatur intrantes & exeuntes eleemosynam ab eis postulaturus. Quęrit Oecumenius: quid hoc adeo mirum quod illi eum cognoscerent, qui iacentem agnouerant, & eleemosyna dignati fuerant? Acutè respondet: *Quasi iam propter miraculum ignotus esset.* Quasi alius iã videbatur miraculosè sanatus: proinde multa requirebatur attẽtio & cognitio, ne quis titubaret an ille ipse esset nec ne. Dũ enim Deus conuertit tangitque spiritualiter infirmum & languidum: quem hic denotabat, ita alias ab eo qui erat, esse debet vt miraculo tribuetur si quis eum cognoscat, & quem heri conspexit, quod se mouere nullatenus posset, hodie tamen currat & saltet, perfectæ salutis est euidens argumentum, in repentina adeo notaque mutatione. Ne vobis elegantissima debeam D. Bernardi verba, explicantis illa sponsæ: *Dilectus meus loquitur mihi: surge &c. Ergo in virtute qua immutaris, & in amore quo inflammaris, Dominum præsentem intellige: nam dextera Domini facit virtutem: non autem fit hæc mutatio dextera Excelsi, nisi in feruore spiritus.* Hinc scietur quod Deus in anima habitet, exigne

Act. 3.

XI. Allegoria.

OECVM. ibi

Cant. 2.

D. BERN. Ser. 57. in Cant.

igne nimirum in illa ardente, nouis animis nouaque quam experitur, fortitudine: si namque canente Dauid dextera Dei virtutes operetur, prodigia moliatur, & res immutet, signum erit se ab eius dextera non contactum, si mutatus non inueniaris, si de eius conuersatione desiderium in te non oriatur illi seruiendi feruentissimum: quid plura? nisi prodeas transfiguratus, eiusque gratia deificatus.

Domine bonum est nos hic esse.

Discursus VII. *Conspexit D. Petrus, vel vnicum gloriæ radium; & vsque modo numquam dixit:* Bonum est nos hic esse: *tantum etenim hæc vera bona, terræ falsa adimplent: tantumque est deliciarum cælestium pondus, vt creatum opprimeret intellectum si Deus illum supra se non attolleret, vt illis frueretur.*

DVM Petri Simonis oculi grato adeo ac iucundo recreantur spectaculo, totus absorptus omniumque ipse oblitus in hanc prosilit petitionem: *Domine, bonum est nos hic esse.* Nec inter minora recensetur hoc miracula quæ in monte Thabor effulserunt de aliis discipulis non miraretur hoc audire: verum ex ore Petri, qui ex natura sua pectus gerebat audax, cor animosum, cogitationes generosas, qui paucis non contentus ad tanta præsumebat adspirare, vt etiam promissis sibi à Domino regni cælestis clauibus, dicat suo suorumque condiscipulorum nomine: *Quid ergo erit nobis?* Quod hodie solum intuens imaginem, exiguum splendorē, solam aquæ guttam, sibi proclamet satisfactum, & hic manere poscat præsentem commutans exiguam gloriam cum spe futura bonorum vt magnorum, ita securorum: hoc procul dubio stuporem merito inducit. Respondet tota Doctorum Ecclesia prototypon hic signari, pondus & excellentiam bonorum cælestium: vt visa solum tantum operentur, vt voluntatem satient alioquin insatiabilem.

I. Quid per hæc Petri verba denotetur.

Hoc fuit D. Chrysostomi iudicium versum illum de psalterio commentantis: *Dedisti lætitiam in corde meo.* O Domine quam immensum lætitiæ pelagus cordi meo infudisti! Siste psalterium ô Dauid. Dicito dedisti lætitiam in sensibus meis, potentiis & oculis: sunt enim hi velut portæ & fenestræ per quas temporalis ingreditur consolatio, & modo cum hoc minime non declares, non fiat specialis de corde mentio, quod nihil aliud est quam cæteris corporis membris ansam præbere

Psal 4.

II. Cordis gaudium cæli est prælibatio.

præbere querelarum. Nemo Dauidem reprehendat, inquit D. Chrysost. hæc enim erat Dei lætitia preambula ad cæli lætitiam, & gloriæ futuræ grata prælibatio: quod hinc liquido constat, quod cor ingrediatur & impleat, somnum causet, & terrenorum omnium inducat obliuionem. Pruriunt aures ad verba Chrys. *Et non dixit simpliciter & absolute: dedisti lætitiam, sed in cor meum, ostendens non esse in rebus externis lætitiam, neque in mancipiis, neque in auro, neque in argento, non in vestibus, non in lauta & epipara mensa, neque in potentia magnitudine, neque in domus laxitate: hæc enim lætitia, non est cordis, sed solum oculorum.*

I. Quid per hæc Petri verba denotetur.

D. Chrys. In ps. 4.

Psal. 4.

II. Cordis gaudium cæli est prælibatio.

In Bethsaida cæcus ad Christum adducitur illuminandus: quem diuerso plane modo quam alios curauit: etenim saliua sua, verbo, vel contactu cæcos aliorum prius oculos claros reddidit & perspicaces vt constat ex Euangelio: huic autem paulatim visum restituit, expuit in terram, manu sua tangit eum, & percunctatur, vtrum aliquid videat, atque ad hæc omnia peragenda, secessit cum illo procul à turba. *Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eum, si quid videret.* Respondit illi cæcus? *Domine: video homines adeo proceros, vt arbores, ambulantes.* Casus hic in stuporem rapuit D. P. Chrysologum dicentem: *Iste vero cæcus sic nouo sanatur modo, vt omnes compellat exquirere: cur contumax cæcitas moram facere sic præsumit authori.* Quid plura? homines arbores autumat, quarum folia & rami ventorum impetu quatiuntur. An ergo illos non videret vt firmas & stabiles columnas, quos fixo lumine, quo iam frui cœperat, posset intueri? O præclarum Chrysologi acumen! quando seductum aliquem, quem vt cæcum dixeris, diuina tangit manus, qua seductum à fraudibus eripiat & illuminet, quando lumen oculosque infundit animæ: primò omnium arboribus occurrit & foliis: quo datur intelligi nihil in hoc mundo diu permanere, nec quod visum satiaret, licet hominis vnius tantum: nec enim oculos habebat, donec illum Christus altera vice tangeret. Verba prosequamur D. Chrysologi: *Et quare tamen sicut arbores, non vt columnæ, aut aliud quid, neque stantes, sed ambulantes? Quia post curam (respondet) Christi viderat, quod homines velut arbores transirent in hoc sæculo, non manerent, temporalem plantationem germinis humani esse in hac vita mox videt, quem curauerit Christus.*

Marc. 7.

D. Petrus D. Chrysol. Serm. 176.

III. Nihil in hoc mundo constans.

Ex prædictis colligit D. Ambros. adeo proprium esse bonis temporalibus vt parum satisfaciant, & appetitum non exsatient in

in tanto gradu, vt nonnumquam Dei liberalitas quibusdam illorum tribuat abundantiam, vt tantò citius nauseam patiant, molestiam adferant, tædium generent & saniora doceant. In medium profert parabolam illius diuitis, quem de nocte somnus occupabat modicus irruente in eum continua bonorum terrestrium grauique sollicitudine, quorum longum sibi catalogum exponebat: *Anima mea habes multa bona, reposita in annos plurimos.* Sciscitatur: cur Deus homini adeo peruerso tantam bonorum tribuit abundantiam? Quem sibi finem in tanta præfixit facultatum effusione? Hunc tibi (inquit) aperiam. Vt vnica vice impleat eius appetitum: vt videat eum posse satiari esse impossibile. *Quinimo reconditas diuitias, nouis nihilominus & aduentitiys cumulat, si forte ipsum aliquando nimietate ipsa satiatum, ad sensum & intelligentiam humanitatis adduceret, animamque per abundantia nimietatem suaderet de indigentibus aliquid cogitare.* Sicut igitur D. Petrus non nisi temporalia hic habere poterat & gloriam conspexit: ita illorum oblitus est, & huius tantum se gaudet repletum: cuius tantum est pondus vt in obliuionem ducat quidquid pati possumus vel possidere.

Luc. 12.
IV.
Idcirco Deus tot donis diuites cumulat.

Apposite admodum meminit D. Gregor. eius quod Sophar dixit Iob consolaturus. *Miseria quoque obliuisceris, & quasi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis.* Nihil est (inquit D. Greg.) quidquid hic toleramus: tantoque minus sentit hoc iustus, quãtò frequentius & attentius æternæ meminit felicitatis. Hæc eius sunt verba. *Mala vitæ præsentis, tantò durius animus sentit, quantò pensare bonum, quod sequitur negligit: & quia non vult præmia considerare quæ restant, grauia æstimat esse quæ tolerat.* Perpendamus modo ex quibusdam locis quanta sit horum bonorum excellentia: quò in D. Petro excusemus illud: *Domine, bonum est nos hic esse*: atque ex eo confundamur, quod animâ ad illa non adspiremus.

Iob 11.
D. Greg. l. 10. Mor. c. 19.

Dubium sane curiosum proposuit Titus Episc. Bostrensis, cur Christus regnum cælorum nuptiis comparauerit: cum hæc sibi ita sint opposita: vt à Pharisæis interrogatus, cuius futura esset in cælis vxor, ea quæ in terris septem nupsisset viris: responderit: Multum erratis: nec enim in cælo nuptiæ celebrantur: sunt enim omnes vt Angeli. *Neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei.* Quale igitur hic capimus mysterium quod toties illud nuptiis accommodet? *Simile est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Parabola de decem virginibus. *Exierunt obuiam sponso & sponsæ.* Et apud D. Lucam. *Quando reuertatur*

V.
Regnum cælorum nuptiis comparatur cur hoc?
Matth. 22.
Matth. 22.
Matth. 25.
Luc. 12.

tatur à nuptiis. Reſpondet. Similibus vſus eſt parabolis Redemptor noſter, quibus indicaret in cælo non niſi gaudia, ſuauitatem, delicias, & blanditias inueniri. *Cæleſte regnum nuptias vocat: eo quod nihil prorſus abiectum aut moeſtum apud diuinam illam, immortalemque naturam, locum habeat.*

Titvs Bostren. in Luc. 12.

Saluator noſter die quodam ad portam ſtetit templi in Hieruſalem, omnes ad æternum inuitans beatitudinem: quam fonti comparat limpidiſſimo: ad cuius cryſtallinas aquas præ nimio deſiderio anheli vt accedant, moriuntur & ebrii & ſitientes. *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.* Additque Euangeliſta quod eo tempore Ieſus: *Stabat & clamabat.* Mirum me habet cum D. Ambroſio, quod Chriſtum audiam altius exclamantem: cuius ſilentium, modeſtiam & grauitatem deſcribit Iſaias: *Non clamabit neque audietur vox eius foris.* Si non clamabit, quomodo hic clamabat? An forte Euangeliſta Prophetæ contradicit? Non contradicit: ambo namque eodem dictante ſpiritu ſcripſerunt: ſed idem occurrit myſterium: quod hic Redemptor noſter de præmio cæleſtis gloriæ loqueretur: cum autem adſtantes ad tantum alliceret bonum, voce nequaquam debebat hoc fieri ſubmiſſiori. Et quia in cælo (loquamur ita) Deus ex ſe velut egreditur animæ ſe communicans: ita hic quoque familiarem ſibi loquendi modum, ordinemque transgrediatur, *Et Ieſus clamabat. Si quis* (ita facunditas Ambroſiana) *ſitit, veniat ad me & bibat, & voce vere magna clamabat, quia vocabat homines ad Regnum cælorum.* Vociferetur totoque gutture exclamet: inferiori etenim voce, verbiſque plane communibus non ille ſatisfacit, qui populum ad beneficia inuitat ſic omnem modum excedentia.

Ioan. 7. Luc. 12.

Iſai. 42.

VI. Et meretur vt voce magna ad hoc inuitemur. Nota

D. Ambr.

Operoſa intellectu cenſuit Caietan. verba illa in Parabola de talentis quibus Dominus fidelem ſeruum alloquitur, qui talenta ad vſuram multiplicauerat. Agit de remuneratione qua ſtudioſam eius compenſaret diligentiam, aitque. *Intra in gaudium Domini tui.* Incognitum habeo hoc idioma. Lætitia cor ingrediatur (dixero ego) tantæ etenim eſt quantam nouimus capacitatis: ſed oppoſitũ quomodo fieri poteſt? An fortaſſe quid viuens eſt, quod in ſubſtantiam comedentis incorporatur? Non eſt: cur igitur ita loquitur? Reſpondet. Tantum eſt cæleſtis patriæ gaudium & ſic omnem noſtram excedens exiguitatem, vt proprie non dixeris quod intret in hominé, ſed quod homo animaq; in illud ingrediantur. *Tam magnum eſt gaudium cæleſtis Patriæ de Deo, vt non poſſit concludi in homine, ſed homo intrat in illud.* O terra feliciſſima,

Matth. 25. VII. Quod in ipſam intrat hominem.

Caietan. in c. 25. Matth.

vbi sol nescit occasum, alacritas mœrorem, desiderium pœnam, satietas fastidium, sanitas infirmitatem, & vita mortem.

Hinc in illa Transfiguratione gloriæ, in qua Deus facie ad faciem se reuelat: vt tantum bonum possit anima comprehendere, illam supra se Deus attollit & roborat lumine gloriæ iuxta Theologos: vbi Christus iterum nomen mereatur Saluatoris: quia quemadmodum illud hic promeruit, animarum de diaboli & culpæ seruitute vindicator: ita in cælo (certo quodam modo) illas de potentia sui ipsius redimit gloriæ. Idcirco dixit Isaias: *Saluator ponetur in ea murus & antemurale.* Erit Deus in triumphanti Hierusalem velut electorum murus: nam illos defendens, pariter illos roborabit. Plane præclara, diues, abundans & ita plena Transfiguratio: Deus etenim sinus & hominis quærit vacua, vt illa omnia glorificet. Quemadmodum pater diuitiis ad luxum abundans, qui filio suo domum extruens, dum eum ad statum euehit digniorem abstrusissimos etiam eius recessus pretiosis implet monilibus: & demum inquirit an si quid amplius supersit, vt hoc illi tribuat.

VIII. Vbi Christus iterum dicitur Saluator.

Nota

Esa. 26.

Optimo igitur iure, ô beatissime Petre, placere tibi asseris vt hic maneas: dum Deum contemplatus es & vidisti, non sicut in se est, sed in hoc tantum radio qui tantus tamen est; vt excæcet intellectum, voluntatem expleat, eoque adducat vt aliorum omnium memoriam abiiciat, ita vt eam omnino perdas, vt animæ conuenit agendum, quæ montem ascendit altiorem. Suauia sunt (teste D. Gregor.) vitæ præsentis tẽpora, terrena consolatio, soliq; deliciæ: sed illi qui cælestis gloriæ non gustauit abundantiam. *Dulce est enim esse in rebus humanis: sed ei qui adhuc de cælestibus gaudia nulla gustauit.* Etenim dum iusti vera illa delibant gaudia, nihili reputant falsa illa & deceptoria. Modo liquet mihi comparatio illa spiritus diuini, qua sponsæ suæ seu animæ oculus comparat columbarum oculis, quæ lacte sunt lotæ, quibus symbolice consideratio designatur. *Oculi tui columbarum, quæ lacte sunt lotæ.* Quis tales vidit vnquam? Si diceres lotas in stagnis, fluuiis, & pelago, appositis ad lotionem? Ratio sit hæc: quia aquæ transparentes sunt; si flumen amœnas densasque percurrat syluas, omnes eius arbores dixeris in flumine pertransire, iuxta quod in vndis clare conspiciantur: sed si manum ramis eius iniicias, nullos reperies, & non nisi ramorum vmbras. Quidquid fluuio Babyloniæ huius mundi continetur, aqua est, vbi quidquid videtur, esse aliquid quis forte dixerit; porro lac nullam in se recipit figuram, nullas similitudines, nul-

IX. Cui terrena desipiant.

D. Greg. Ho 10. in Ezech.

Cant. 5.

lum-

lumque ſpeculum: quia liquor eſt craſſior & gloriæ ſymbolũ: quocirca *columbæ quæ lacte ſunt lotæ.*

IX. Cur terrena deſipiant.

Diſcurſus noſter finem accipiat, cum etiam ſplendores & radii Saluatoris occultentur verbis D. Cypriani, quæ ruborem ingerant paucis transfigurationibus vitæque emendationibus, quas cum tanta Dei cognitione inimus. In omnium inquit, ore preces illæ inſonant: *Adueniat regnũ tuum*: & experientiâ mihi certò conſtat nihil minus à nobis deſiderari: cum hic in terra ſtudia noſtra defigãtur, noſtra hæreant deſideria, noſtrique feruean ap petitus. *Volumus præmiis cælestibus honorari, ad quæ venimus inuiti. Quid ergo oramus: Adueniat Regnum tuum, ſi captiuitas terrena delectat?* Sed occurrit mihi cauſa: quia nimirum anima de ſe non eſt egreſſa: quia ille qui te cognoſcit, Domine Deus (loquitur D. Aug.) te diligit: ſeipſam deſerit, & ad te venit. Illumina ô lux formoſa animam, quo te cognoſcat: ratio namque quia te non amat, ſi non te amat, ea eſt, quod te non cognoſcat. Epilogus ſint verba D. Aug. *Lumen æternum illuſtra ſuper eam, vt te intelligat, cognoſcat & diligat. Ob hoc enim te non diligit, Domine, ſi non diligit, quia non te cognoſcit; & ideo non cognoſcit, quia non intelligit: & idcirco non intelligit, quia lumen non comprehendit, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt.* Lux nobis ſit ter maxima Domina, & Regina illuſtriſſima Maria, Mater Transfigurati: quæ licet præſens non fuerit myſterio: vel quia cognitione non indigebat Diuinitatis filii ſui: cum cognitione adeo ſublimi claraque eſſet illuſtrata: vel quia non ad eam mons Thabor, ſed mons ſpectabat Caluariæ: vbi eius non deficiet præſentia: nihilominus in omnibus occaſionibus voluit Deus vt lumen ſolemque miniſtraret, quo ſolem iuſtitiæ ſuæ cerneremus: & illi cum Dauide occineremus: *In lumine tuo videbimus lumen.* Per quam, & in qua debilis vita noſtra ſi fuerit confortata, eius Aquilino viſu, Deum poſſimus deuincire vt in anima noſtra, hic per gratiam & per gloriam in cælo ſe transfiguret: *Quod mihi & vobis &c.*

X. Epilogus. D. Greg. Ho 10. in Ezech. Matth. 6. D. Cypr. l. de Mortal. Cant. 3. D. Avgvs. Soliloq. c. 1 Pſal. 35.

CONCIO SEPTIMA
DE TRIVMPHALI CHRISTI DOMINI NOSTRI RESVRRECTIONE.

Surrexit Dominus vere *&c. Luc.* 24.

Duo ex Discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum &c. Luc. 24.

SALVTATIO.

QVid miramur à Sole lucem diffundi, & feruentes dilatari radios in gloriosa Dei sui victoria? Hodie noui tribuuntur illi splendores vt omnibus constet creaturis reparatio quæ Christo fit Redemptori: dum eius ignominiæ in honoris mutantur titulos, spinæ eius vertuntur in rosas, claui eius solium figunt eius celsitudinis, & gloria sequitur cruciatus. Iuxta mentem D. Augustini de hoc Dei sui triumpho loquebatur Dauid quando Psal. 92. hunc præfixit titulum. *Huic Dauid quando terra eius restituta est ei.* Quamuis enim ex mente Hugonis littera Regem ipsum spectet, quando sopita iam & prorsus extincta seditione Absalonis, ipse regnum sibi subiecit: spiritus tamen Redemptorem nostrũ tangit: quando nimirum terra diuina & caro eius sanctissima ei restituta est prærogatiuis decorata longè nobilioribus. Quid ni profero D. Augustinum? *Audiamus nunc de terra restitutione psalmum plenum gaudio. Dominus regnauit, ille qui stetit ante iudicem, ille qui alapas accepit, ille qui flagellatus est, ille qui consputus est, ille qui spinis coronatus est, ille qui in ligno suspensus est, ille cui in ligno insultatum est, ille qui in cruce mortuus est, ille qui lancea percussus est, ille qui sepultus est, ipse resurrexit, Dominus regnauit.* Conuitiis

Psal. 92.

Hugo ibi.

2. Reg. 19.

D. Augvs. in Psal. 92.

D. Maxi. Ho. 3. de Pascha.

uitiis lacerato, & in Cruce mortuo, recondito in sepulchro dignitates restaurantur, reuerentia defertur, opprobria in glorias vertuntur illustrissimas. Nec solum dies hic Christo sed homini quoque dedicatur, quando perdita in Adamo innocentia eadem illi in Christo restituitur, aperit Cherubin portas paradisi, quas versatili flammeoq; gladio clausas ingressui defendebat: quid plura? gaudium est vniuersale, cum vtilitas inde promanans sit vniuersalis: quod ingeniose proloquitur D. Maximus. *Non immerito Sanctus Dauid in hac die sine exceptione exultandum nobis præcipit & lætandum: in qua die totius mundi gaudia celebrantur.* Elementa cælique suas mihi tribuant mutationes, quamuis loquaces, & linguas, & si tanto oppressi gloriæ pondere non potuerint, sufficiet mihi lux Matris cælestis diuini Triumphatoris: cuius hodie cor pelagus est gaudiorum, & abyssus immensa gratiarum. Faueat mihi intercedente Maria plenâ gratiâ Spiritus S. eam igitur obligemus vt hanc nobis ipsa obtineat, quæ illâ & omnibus plena salutatur: dicentes *Aue Maria.*

D. Maxi. Ho. 3. de Pascha.

2. Reg. 19.

D. Avgvs. in Psal. 92.

Discursus I. *Hæc Redemptoris nostri maxima est victoria, in qua morte sua mortem superat, & de sepulchro resurgit gloriosus: nam si fari liceat, triumphum & dignitatem ostendit eminentiorem mortuus quam viuus.*

QVando descripturi hodie SS. PP. trophæa & glorias vitæ nostræ Christi, tenerum & obedientem arripiunt lenioribus suis manibus calamum, nihil nisi sermones, homilias & tractatus loquuntur (si in ipsis sit sistendum) eoque tendunt ac scopum dirigunt vt morti in morte Saluatoris mortuæ & occisæ illudant, eius proclamantes victorias. Sed potissimum oculos meos rapit Episco. Taurinens. D. Maximus: cuius elegantissima verba discursus mei basim lapidibus fũdabunt pretiosis. *Speciosa victoria est, contrariam partem chartulis suis velut propriis laqueis irretire & testimoniorum suorum vocibus confutare, & æmulum telis suis euincere, vt pugnatoris argumenta tuis probẽtur vtilitatibus militare.* Dignissima est hęc & ter maxima victoria, qua hostis pugnãs arma sibi propria reddit, eumque illis superat: trophæum hoc ex mundi sententia sapientiam demonstrat eximiam: dum ex linguis aduersariorum contra illum elicitur testi-

D. Maxi. Ho. 1. in die Pascha.

I. Christus mortem propriis armis superauit.

testimonium qui illud profert: & illi gladius eximitur, quo pedibus victoris prostratus adiaceat ille qui victorem se gloriabatur. Binas adducit similitudines D. Maximus de litteris & armis, de scholis & formatis aciebus, de Academiis in quibus docentur & præleguntur scientiæ, & de prœliis in quibus vires probantur. Duo congrediuntur, & tanta est respondentis subtilitas, vt ipso aduersarii argumento, ipse respondens statim vincat aduersarium. Argumentans tantò habetur sapientior, quanto ex dictis citius laurum sibi reportat, & totius consequitur classis acclamationem. Prosiliunt bini ad destinatum certaminis stadium: porro tanta præualet hic armorum viriumque dexteritate, vt propriam dedignans lanceam seu gladium iudicet consuetum hunc proprio gladio vincendi morem esse, si illum antagonistæ suæ manibus extorqueat, eoque illum transfodiat: fitque gladius illi mortis instrumentum, quem eduxerat vitæ suæ propugnaculum. Hoc est: *Æmulum suis telis euincere, & testimoniorum suorum vocibus confutare.*

II. Similitudo.

Christus fortitudo & sapientia proclamatur Patris: Paulo attestante: *Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.* In arenam descendit cum morte: cuius epigraphe est sapientium euersio: *Moritur doctus, similiter & indoctus: fortiumque subiectio. Nemini parco.* Cum Christo mors decertat, qui personam suam occultans permittit vt arrogans & superba propius accedat, vbi inter brachia sua moritur, & ferocioris Parcæ vires eneruat, ac generosam rescindit animositatem. Appositè narratur hic historia passim nota, quando in sepulchrum vatis Elisæi latrones hominis misere occisi cadauer iniiciunt: quod cum ossa defuncti vatis attigisset, ilico in pedes homo surrexit rediuiuus: atque ad contactum cinerum Elisæi, vitales defunctus recuperauit spiritus. Huic cadaueri mortis, quam Christus in quantum homo in se recipit, quia illum tetigit, vitæ agglutinat conditiones. Si illam igitur propriis vincat armis, si propriis illam eneruet argumentis: dicamus: potentior est mortuus quam viuus: vt alter Elisæus qui viuens multo labore, & inusitatis omnino ceremoniis puerulum ad vitam reuocat: qui tamen mortuus solo contactu virum à morte resuscitat: vitam operatus in sepulchro, & in morte resurrectionem imperans, lucem in tenebris producens, & in vmbris generans claritatem. Audite qualiter apposite argumento nostro hoc D. Maximus prosequatur. *Hoc quoque Dominicæ Passionis præfigurabant insignia, quòd legimus beatum Elisæum sepulchro conditum, ingesto à latrun-*

1. Cor. 1.

4. Reg. 13.

III. Vnde potentior fuit mortuus quã viuus.

à latrunculis cadauere intra tumulum suum, corpus extincti, tactu sacri corporis suscitasse. Nota. *Quis hic alius præfiguratur, nisi noster Jesus Christus, qui resurrectionem de morte largitur, & vitam sepultus operatur?* IV. Quare Elisæi & Ionæ comparatur. 4. Reg. 13. In sepulchro, domo, habitaculo, & mansione mortis, vitam operatur. *Vitam sepultus operatur.* Dicet de cæteris, quod velut homines solũ pendãt vectigal moriendo, sintq; mortis potentiæ præclara spolia: porro Christus omnia operatur opposita: nam *Vitam sepultus operatur.*

Adfertur quoque Ionas: nam de egressu eius ex monumento: hoc quippe nomine ventrem appellat balænæ, Niniuitarũ egressa est conuersio: quod allusione prophetica Redemptori nostro applicat, in cuius morte totus conuersus orbis reuiuiscit, quem viuus non converterat; imo in contracta tantum Iudææ Prouincia hoc ediderat stratagema. III. Vnde potentior fuit mortuus quã viuus. *Viuens vnam Iudæorum gentem saluare non potui: moriar vt vniuersus mundus vna morte saluetur.* Quid plura? Triumphus Dei fuit hic quod e sepulchro, horroribus, morte, & tenebris, radios, lucem vitamque suscitauit. His dictis non contentus calamum è manu non dimisit, nec ego meum dimitto. V. Et Pharisæi mortuo custodes adhibent. Inter præclaras suas considerationes eius hæc excellit: perpendit enim quanta sollicitudine anxiaque cura laborarint inimici Saluatoris, vt Pilatus sepulchro illius custodes adhiberet: *Ne forte veniant Discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: munientes & signantes lapidem,* Matth. 27. omni qua potuerunt diligentia: & semel imo bis lapidem repetentes sepulchralem. Dum in viuis ageret, quamuis attentè cunctas eius obseruarent actiones, verba & gressus: *Et ipsi obseruabant eum:* Luc. 16. numquam tamen legitur, quòd in Templo, Synagogis, vel ædibus, quas ingrediebatur, vigiles adhibuerint. Porro si eodem erga illum flagrent odio: vel viuenti vigiles adstent, vel mortuo remoueantur. Vt miraculis eius nubem oppandant, & celebris eius nominis fama latius se non extendat: satius multo est vt viuo interque homines conuersanti vigilias statuant: at mortuo iam quid vltra formidandum? An conclusus, & terræ visceribus absconditus grauiorem vobis ingerit pauorem? Vtique: etenim se demonstrat potentiorem mortuus quam viuus. Non ego vobis eius verba celauero. *Tanta enim sollicitudine sepulchrum obstruxit impietas, vt id non præualeret manus humana destruere, nisi sola virtus Resurrectionis aperiret.* D. Maxi. Hom. 3. de Resurrect. Cui statim hoc addit. *Maiori enim sollicitudine Pharisæi Dominum custodierunt mortuum, quam viuum sunt persecuti: siquidem causa illos maior vrgebat.* Nota. Excessus notatur hic importunæ sollicitudi-

nis quando traditur sepulchro: grauior enim impellit eos ratio, & motiuum longe efficacius: si namque viuentem non ita timuerint, modo mortuum expauescũt: tunc etenim triumphos suos latiùs extendit, & dominij sui ac gloriæ limites pandit ampliores.

VI. Cur Angeli ad Christi sepulchrum sederint.

Nec semel dubito quin D. Chrysost. idem cogitauerit, dum iam dixerat quod mors Christi eius operata fuerat Resurrectionem & vitam: *Mors enim tunc dominans fecit Resurrectionem*: quærit: in quem finem Angeli, resuscitato Domino, ad sepulchrum sederint? quod si quid intelligo, prætermitti poterat. Respondet primò; cum enim eo inclusus fuisset eorum Dominus, locum illum vt ipsum cælum habuerunt. *Propter tria Angeli ad sepulchrum remanebant. Primum vt ostenderent Deum esse sepultum, ad sepulchrum tanquam ad cælum manebant.* Secundo: vt mulieres Marias præmouerent ne frigidum illum lapidem adorarent: cum corpus Christi SS in eo non iaceret. *Secundo: vt resurrectionem mulieribus nuntiarẽt, dicentes: quid quæritis viuẽtẽ cũ mortuis? Surrexit nõ est hic: nisi enim Angeli hac dixissent mulieribus, suffumigaturæ erãt sepulchrum, quod nihil continebat, & honoraturæ lapidem, qui petram non habebat, & vncturæ thalamum, cum non adesset sponsus.* Veniebat Magdalene aliæque sociæ comites aromata & pretiosa deferentes vnguenta, periculo expositæ ne thus sepulchro adolerent, quo Christus modo non recondebatur, & adorarent lapidem deficiente illi vere lapide: nec non nuptialem vngerent thalamum, ex quo sponsus iam discesserat. Tertio & apposite argumento nostro, vt machinas inimicorum eius dissoluerent, ne corpus aliud in monumento substituerent, dicentes Saluatorem non resurrexisse. *Tertio: ad sepulchrum manebant Angeli, vt insidias omnes & machinationes disturbarent: ne Iudæi cum audissent Christum resurrexisse, alium mortuum in sepulchro ponerent & interdici dicerent: quid erratis existimantes Christum resurrexisse.*

D.Chrys. in Psal 2.

Oritur modo difficultas. An alio in loco non poterunt Angeli Dei sui consulere auctoritati, eiusque honorem tutum protegere, quàm sedẽtes & in loco mortuorum seu monumẽto? Quid agitis ô cæleſtes Principes hoc in loco dignitati vestræ parum, quantum noui, decenti? Vel paululum discedite. Sed esse non possumus, inquiunt, nisi in ipso lapide sub quo latuit Christus: si nãq; nouos sectemur animos nouũq; robur, quo aptiori loco quàm ad latus eius mortuum animos roburque consequemur? Licet enim eo viuo fruamur, significatur tamen potentia quam in morte sua demonstrat, eiusque inhæret monumento: potentiam ergo nostram eius

eius hic potentiâ fulciamus, vbi maxima eius gloria cunctis reuelatur: & vbi Deus de morte triumphos refert gloriosos: ibi etiam Angeli triumphos melius quam alibi celebrabunt.

D. Hieron. multum inhæret illi quod refert D. Mattheus, de variis curationibus Christi Saluatoris, & tempus expendit, punctum & opportunitatem. *Vespere autem facto omnes male habentes curauit.* Occidente nobis sole Sol ortus est iustitiæ curaturus omnes ad se pro salute refugientes. Quærit D. Hier. quid hic latet sacramenti quòd hac hora magis quàm alia, vniuersalis fit medicina languentibus & visitatio medici cælestis efficacior? Ad ortum curentur solis, vel in meridie: qua precor intentione expectare debent occidui solis vmbras, vt ea operetur quæ merentur diei luce manifestari? Vocem comprime: hoc enim est quod loquimur. Granum ipse est fertilissimum (nam illi se comparauit: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c.*) donec terræ visceribus sepeliretur, non tam multiplices retulit fructus, nec suam ita glorificauit dexteram, nec manifestauit nisi in morte, id quod tantopere gerebat absconditum. Si igitur morborum curatio nobis vniuersalem significet redemptionem, quam in mundo morte sua erat perfecturus: fiet occidente sole: nam in eius vitæ occasu, vita nostra consistebat. Ipse se exponat. *Omnes non mane, sed ad vesperam curantur, quando sol occubiturus est, quando granum tritici in terra moritur, vt multos fructus afferat.*

Matth. 8.

VII. Christus occidente sole curat infirmos: nec sine mysterio.

Ioan. 12.

D Hier, in c 8 Matth.

Hinc intelligibilis apparet mihi sententia quędam Tertulliani, loquentis de patientia Iob, de tribulationibus, quasi turmatim in eum irruentibus, vt mundo Christi tolerantiæ præberet exemplum. *Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ suæ extulit?* Primò requiramus quid significet *Feretrum.* Pamelius in suis annotationibus ait: *Inter instrumenta triumphi (inquit Rhenanus) feretrum est in quo pompa fertur: intellige in quo diabolus triumpharetur, Deo trophæum statuente. Feretrum* currus designat triumphales quibus vecti duces victores solemni triumpho & victoriæ manubiis ac spoliis diuites ingrediebantur. Scimus etiam aliam ordinariam & communem eius esse significationem, tumbam in qua mortui cadauer ad sepulturam effertur. Ambros. Calepinus. *Feretrum est lectus vel aliquid aliud quo mortuus efferri solet.* Quis audiuit vnquam adeo diuersa vno termino significari? Si currus sit in quo viuentes triumphum agunt, quomodo lectus in quo mortuus effertur? Quæ conuentio vitæ ad mortem,

TERTVLL. l. de patien. in fine.

VIII. Feretrum Deus de diabolo erexit.

CALEPIN. Ver. feretrum.

 luci

luci ad tenebras, victoriæ ad victum esse? Sane permagna respondet Doctor Africanus: dum enim diabolus intendebat Iob efferre ad sepulturam vt mortuum: imaginaria eius feretra, in trophea versa sunt, quibus gloriosas efferebat Deus ipse victorias. De te ô Satan Deus triumphum celebrauit, erexit aram, vitæ columnas in illa quasi morte stabiliuit. Ad rem. Quisnam expressius Christi prototypon quam Iob? si Iob igitur viuat dum moritur, triumphat dum sepelitur: vere victor extollitur, dum victus appatet; feretrum quod Christum tulit, lapis quo operitur, currus est illi mortis, inferni & peccati spoliis vndequaque præfulgens: tanta procedit pompa, vt dicere nobis liceat; fortior est & potentior mortuus quam viuus.

IX. Et Christus fortior mortuus quã viuus.

Firmiter mihi persuadeo quod illud prædixerit Isaias? *Erit radix Jesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Septuaginta vaticiniũ hoc exponunt de morte Christi: sic enim legunt: *Mors gloriosa*: Passio eius plena gloriis. Notandum quod radicem coniunxerit signo, quod significat vexillum, sub quo militant & conscribuntur milites. Quænam igitur esse potest inter vtrumque correspondentia? Radix etenim sub terra quasi sepelitur; vexillum autem in altum tollitur & explicatur ventis expositum: illa occulta est, hoc autem manifestum. *Radix, signum.* Non capio. In Christo facile conuincitur: in sepulchro quippe radix fuit & vexillum: conuocauit populos, conscripsit exercitus, cunctaque sibi subiecit: conquisiuit orbem, & quando hostes conati sunt eius sepelire gloriosa facinora, radix enim viua fuit: nam arbori operum suorum eleuatæ ramisque quasi compositæ, perfectionem dedit, & integrum contulit splendorem: indicium fuit hoc brachii sui potentissimi.

Isai. 11.

X. Christus radix & signum.

Hæc omnia præclaris verbis indicat D. Pet. Chrysol. *Mutatur hic ordo rerum, mortem non mortuum deuorat hic sepulchrum. Domus mortis mansio fit vitalis, vteri noua forma mortuum concipit parit viuum.* O quam diuina mutatio! Sepulchrum sepelit & includit non mortuum, quod ipsi naturale erat: sed mortem, in illo mors seipsam deprædatur, non sanctum Redemptoris corpus. Nescio quænam sint hæc viscera, & quisnam venter: (nam respectu Dei duri etiam lapides tenera gerunt viscera) mortuum quippe concipiens venter hic, viuum parit. An non ingreditur iam mortuus? omnino mortuus. Articulus est fidei. *Mortuus & sepultus est.* An non viuus egreditur? quis dubitat? Et ratio est, quia illic intrauit mors, magis vt ipsa moreretur quam ille mortuus.

D. Crysol. Serm. 74. Nota.

XI. Sepulchrũ mortem non mortuum deuorat.

Nota. tuus vt maneret mortuus. Iô triumphe conclament omnes de morte illa consumpta, & à vita deuicta, vnde propria mors egressa est in vitam conuersa & transformata.

Idem ingenio natus felicissimo D. Chrysol. percunctatur: cur hodie solitò maturior sol oriatur tempus præueniens: quandoquidem iuxta eius sententiã, non ita clarus ortus esset quãdo tres illæ Mariæ ad sepulchrum peruenerunt. *Et valde mane*: addit Euangelista: *Orto iam sole*, planeta venustissimo. Tribus horis maturior solito surrexit dum ipsa deprædatrix nos tres illi horas restituit, quibus mundum tenebris inuoluit, crucifixo Domino. Dubium hoc proponit & soluit idem Chrysolog. *Si valde mane, quomodo orto iam sole? Sic nescit Euangelista quid dicat? Quid dicat scit; sed quid audiat, qui non didicerit, nescit: non est erroris ista relatio: veritatis est; nec lapsum patitur sermonis humani, sed rei gestæ cælitus aperit veritatem. Dixerat ab hora sexta vsque ad nonam tenebræ factæ sunt. Ergo sol qui præter horam, vt Domino compateretur, abcesserat, claritate cum resurgeret Dominus ante tempus occurrit: & qui vt suo commoreretur Auctori, ipsam meridianam suam mortificauerat claritatem, vt consurgeret Auctori suo, euictis tenebris antelucanus erupit.*

Marc. 16.

D. Chrysol. Serm. 74. Nota.

D. Petrvs Chrysol. Serm 82.

XI. Sepulchrũ mortem non mortuum desiderat.

Aduerto nunc nodum: meo indicio solis ista anticipatio nonne magis congrueret supremi Regis Natiuitati: cum enim illa contigerit: *Dum medium silentium tenerent omnia*, tenebras noctis illius expelleret, & soli iustitiæ sol iste materialis applauderet, occultamque suam lucem aperiret? Tunc illumines ô sol, & maiorem pastoribus causabis admirationem, vigilantibus, dum nocturnas suas & vmbrosas vigilias tuis gaudent illustrari radiis, quibus in Bethlehem rectà dirigantur. Iam data est solutio. Nascitur tunc Christus, venit victurus, humanæ vitæ dat principium: vt autem ostenderet quod moriens apertius esset se manifestaturus; idcirco sol, vt omnibus manifesti sint triumphi mortis eius multò præclariores ac digniores, hodie antelucanus erumpit; ibi dormit: quia Deus mortuus nescio quam maiorem ostentat potentiam, quàm viuus: & si quia mortuus est, inde palmæ eius germinarint, morti eius trophæum & gloria victoriæ adscribatur illustrissimæ.

Sap. 18.

Ibant ipſa die &c.

Diſcurſus II. *Quam parum fidere poſſumus humanæ perſeuerantiæ in virtutum exercitijs : quandoquidem etiam Chriſti Diſcipuli in eius amore deferueant, & in fide Reſurrectionis eius arguantur infideles, vt nec integro perſeuerent die.*

INſtabiles admodum, parum duraturas, ac momentaneas virtutes vocauit in hominibus piiſſimus Abbas Gillebertus: ſolus ipſe Deus principium finemque largitur operi: nec enim nos adeo conſtanti pollemus fundamento. Explicans igitur lectulum illum animæ caſtæ ac piæ, in quem verus Salomon introducitur quieturus: hæret in eo quod conſtructus fuerit ex lignis Libani, hoc eſt incorruptibilibus firma & bene olenti Cedro. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani.* Difficile quis inuenerit arbores adeo firmas & permanentes in noſtra natura, vbi reperiuntur. *Momentaneæ virtutes, & quæ ad horam ſubſiſtunt, mihi non videntur tam ligna quam olera, quæ cito decidunt.* Nolim vobis (ô virtutes hic in terræ conquiſitæ) nomen tribuere firmarum arborum nec niſi campi floſculos vos appellauero: qui ad ortum auroræ venuſtiſſimi prodeunt, ſed ad primum ſolis feruentioris æſtum emarceſcunt. Quid noſtra eſſe dixeris propoſita, niſi herbas, quæ quolibet vento, ſeu manu tangantur, corruunt, flacceſcunt & euaneſcunt? Nulla ſtabilitas, minor conſtantia, & momentanea ſunt exercitia: quia vna eademque hora caput in cælum vſque attolles, & abyſſo demergeris profundiſſima: hodie ſanctus, cras peccator: modo bonus, ilico peruerſus, ſic iuſtus vt denuo fias iniuſtus, virtus aciculis affixa, non clauis ſolidata, flores decidentes, non radices permanentes.

> I. Momentaneæ ſunt hominum virtutes.
>
> Cant. 3.
>
> GILLEBERT Ser. 17. in Cant.

Hanc veritatem luculẽter nobis exponet D. Chry. dubio quodã ab ipſo obiecto, cuius ſolutione perfectè argumento ſatisfiet. Notum omnibus arbitror populum Dei per Moyſen eductum de ſeruitute Pharaonica terraque Ægypti, in ſignis multis ac prodigiis, quæ nobis S. Eloquium enarrat. Præceſſit illos & eduxit, vt Dux ſtrenuus & Princeps animo generoſus, imperauit vt ſupremus Dominus, manibus habens cultrum & patibulum quadraginta annis, quando iam proximi terram accedunt promiſſionis ſpe ſupra modum allecti, qua poſſiderent illam: præcepit Deus Moyſi amico ſuo, vt altiorem aſcenderet montem, indeque oculis contemplaretur ciuitates, quas

> D. CHRYS. Ho. 5. in Matth.
>
> Exod. 1.
>
> II. Cur Moyſes non intrauerit terram Promiſſionis.

quas Israelitæ erant possessuri: illi prædicens, quod eas pedibus suis non calcaret nec Iordanem transiret, ad cuius alteram partem primi erant futuræ hereditatis termini. Sane non miror difficultatem hic ortam D. Chrysostomo: ex eo quod peracta tum longa peregrinatione, tot superatis à Moyse laboribus, in regimine innumerabilis prope exercitus ac populi cui Dux præerat, Deus illum desiderij sui priuet adimpletione. Et cum eos eduxisset versus terram illam proficiscentes, ipse tamen Deo sic iubente, extorris ab illa moriatur. *Post mille ærumnas laborum & quadraginta annorum commendatum sibi à Domino principatum, prohibitus est à Domino terram promissionis intrare, quam toties diuinus ei fuero sermo pollicitus. Quid igitur in causa est?* Quomodo ergo Domine mi fieri potest, qui effusa manu rependis obsequia, vt quadraginta anni tuis à Moyse dedicati seruitiis, exponente illo millies vitam suam mortis periculo ex obedientia, atque in salutem ouium suarum, suo frustrentur præmio? *Quid igitur in causa est?* Imo verò quia eduxit illos de Ægypto, non illis daturus est possessionem terræ promissionis: respondet D. Chrysost. Si enim populus ille ad summum pertinax & seditiosus opera cernens prodigiosa per Moysen facta, sæpe Dei propter ipsum oblitus sit, illum vt Deum & timens & honore prosequens: quia primæ libertatis eorum iecerat fundamenta; si vidisset quod perfectum ei dedisset libertatem, illum vt Deum adorasset, sibi hoc persuadens: quicumque operi vltimam dat manum, finemque gloriosum: homo non est, sed quid amplius. Quod si Moyses nos eduxerit de Ægypto, & introducat in terram: esse quid diuinum habeat oportet: quocirca procidamus illi: huius autem Deus æmulus, præscribit vt illos quidem de seruitute redimat Ægyptiaca: sed alter, & non ipse possidendas illis diuidat regiones: moriatur ante, & nulli cognitus sit sepulchri eius locus: etenim soli Deo conuenit incepta semel perficere, finemque operibus imponere gloriosum. Ne nos eius verba prætereant. *Si enim quia per illū fuerant de sola Ægypto liberati, relicto Deo, tantummodo Moysem requirebant, ipsius esse prorsus cuncta illa beneficia credentes; hunc si introductorem quoque in terram repromissionis habuissent, in qua non illi impietatis prærupta cecidissent? Vt igitur omnis huiusmodi amputaretur occasio: ipsum quoque eius est occultatum sepulchrum.* Dispareat Moyses, tollatur à conspectu filiorum Israel, ne hominem vt Deum adorent: quia inceptum opus non retrogressus ad finem perduxit gloriosum.

D. Chrys. Ho. 3. in Matth.

Exod. 16

II. Cur Moyses non intrauerit terram Promissionis.

Nota

Quando Ioannes Baptista discipulos suos destinauit vt Christum interrogarent. *Tu quis es?* non dubitabat ipse, quandoquidem illum paulo ante digito indice designasset: *Ecce Agnus Dei:* sed ipsos in hac veritate plenius cupiebat instrui; postquam ipsis spectantibus innumera edidisset Christus miracula, & ad Ioannem iam remeantibus, diuina sua cœpit aperire labia D. Ioannis iam factus præco virtutum: etenim meritorum eius encomia diuino tantum erant ore depromenda. Notat autem os aureum illud D. Chrysost. quod in omnibus illis declamabat Christus vitæ eius in omni virtute perseuerantiam, & constantem in perfectionis semita famulatum? modò illum Angelo comparat qui quod apprehendit, immobiliter apprehendit; modo Prophetam appellat & plusquam Prophetam ob certitudinem & securitatem, quam in reuelationibus suis habent Prophetæ; modò arborem fortem & inconcussum; nequaquam verò arundinem vento raptam. Et addit: Ioannes plusquam homo videtur: quia alij quantalibet virtute præfulgeant, vel hoc vel alio tempore ob pericula & occasiones à virtute desciuerunt, prolabentes, imo etiam ex alto in profundum corruentes. *Nam hominum alij natura procliues ad aliquid sunt: alij vitæ institutione, ac casu procliues fiunt & rursus alij leues natura & inconstantes: alij delicijs effeminati, enerues & inconstabiles facti sunt.* Hic huic vitio inclinatur, ille alteri, continuo cum natura sua bello discors, modo victor modo victus & prostratus; D. Ioannes autem non nisi in eádem omnino natura humana eundem conseruat vigorem, quasi diuinus esset: quem nec rigores ab incepto deterrent, nec eneruant deliciæ: nullis turbatur adamas pretiosus, semper idem, eodemque statu perseuerans. Quid miraremur ô vir Sanctissime, si te deciperet dignitas illa tibi oblata, nec tibi sed soli Deo debita, qui ex natura est impeccabilis & in æternum permanens? Etenim cogitare debuerunt Sacerdotes quod cum tantum homo esses vt cæteri, non ita perseuerares. *Sed Ioannes nec naturâ instabilis est: non enim quasi ad videndum arundinem in Iordanem ad ipsum Iudæa fuit effusa: nec delicijs corruptus animi sui robur perdidit: probat hoc amictus suus, probat eremus, probant carceres.* Et proposito conformiter concludit. *Quare qui gestis suis tantam constantiam ostendit: quomodo poterit in suspicionem incidere leuitatis?* Quis non immerito virum tanta constantia stabilem vocet arundinem, florem fœnum: hoc enim est illi hominis affricare cognomen? Qui namque in operando perpetuus inuenitur

Ioan. 1.

III. Christus laudauit in Baptista perseuerantiam Deo propriam.

D. Chrys. Ho. 38. in Matth.

Exo. 21.

IV. Allegoria de veste serui.

Psal. 118. 1. Cor. 6.

nitur & constans, sphæram hanc excedit, superat omnes, antecedit omnes: quia seipsum vincit.

D Gregorius egregie trahit ad mores mandatum Domini in Exodo: quod seruus Israelita venditus ab alio Israelita, cum & ipse seruus sit & eiusdē cum illo populi: hac nota seruitutis non nisi sexennio seruiret. (nisi ipse propria motus voluntate ob benignum Domini sui in se affectum, protrahere vellet seruitutem.) *Si emeris seruum Hebraum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis*; Septimo autem anno eum pristinæ restitues libertati: cui statim hanc lectu dignam annectit circumstantiam & conditionem. *Cum quali veste intrauerit, cum tali exiet.* Quid hoc Domine: cum necesse sit vt vestis vsu teratur, qua potest sollicitudine Dominus eam integram tutamque ne dirumpatur, conseruare? Nonne minoris est pretij decernere, vt si prior atteratur, nouam illi componat? quare eadem numero esse præcipitur? Responsum Pontificis Maximi & Doctoris audiamus. Per vestem virtutes intelliguntur, ornamentum animæ, sicut illa est corporis. Seruire quisquam incipit Deo, eius seruus est & nos omnes tales sumus: ita Rex Dauid se seruum agnominat Dei: *Seruus tuus sum ego.* quinimo emptitii. *Empti enim estis pretio magno.* Quare sibi persuadeat,

Exo. 21.

IV. Allegoria de veste serui.

Psal. 118. 1. Cor. 6.

quandoquidem in bono quod cœpit perseuerare debeat, hoc significari, quod dum egressurus est de seruitute & soluendus à carcere, nimirum per egressum de hac vita: *Educ de custodia animam meam*: propria secum deferre debeat vestimenta, eadem studia continuata virtutum, nec intermissa, sed semper progrediatur, nec pedem vnquam referat ab incepta via perfectionis. *Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat: quia omnino necesse est, vt vnusquisque nostrum in hocquod incipit, perseueret, atque vsque ad finem operis, in ea quam inchoauit intentione perduret.* Deus tibi lumen infudit quo egressus es de tenebrosa criminum tuorum abysso: principium posuisti vitæ tuæ conuersionis: spiritum tuum actionibus sanctis piisque induisti operibus? In illis te affige, semper progredere, merita conquirens ampliora: in hora quippe mortis tuæ, iudex vestem tuam præ ceteris qualis sit, intuebitur: & hoc est: *Cum quali veste intrauerit, cum tali exiet.*

Psal. 141.

D. Greg. Hom. 2. in Ezech.

Nota

Saul septiduo Prophetam Samuelem expectauit: verum die septimo, nimis festinus, & longioris moræ pertæsus, offert Deo sacrificium, Sacerdotale sibi vsurpans ministerium: quam ob culpam regno priuatus est Israelitico. Et vix sacrificium absoluerat, quando Samuel accessit, ex cuius ore prophetico sententiam

1. Reg. 10.

V.
Saul quia non perſeuerat, repellitur.
D. Greg. *Lib. 5. in 1. Reg. c. 3.*

ruinæ ſuę non reuocabilem audiuit. *Cumque compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat:* quæ verba grauiſſimis illuſtrat commentariis D.Greg. *Quo in loco trementi corde conſiderandum eſt, quam breuiſſimi temporis expectatione neglecta, repulſus ſit. Cum compleſſet, inquit, holocauſtum, ecce Samuel veniebat. Si ergo eum ſolo breuiſſimi temporis interuallo expectaret, quo obtulit holocauſtum: ſecurus iam regni ſui robur obtinere potuiſſet.* Conſiderat D. Gregor. Saulem Regem, ex altiori colle paratum & præcinctum ad holocauſti oblationem ex vna parte: & Samuelem ex altera velociter accurrentem: exclamat: ſiſte parumper ô Saul, & ſacrilegas ab opere reuoca manus: & ſi nolis tibi de manibus labi ſceptrum, ne thuribulum accipias: nec enim hoc tui muneris eſt; Samuel Sacerdos eſt, ille tibi moras præcepit, moras igitur trahe, nec breuiſſimi temporis interuallo velis tibi coronam auferri. Surdaſter eſt: diuinam igitur ſentiat reus indignationem.

VI.
Et Iſraelitæ in deſerto omnes (exceptis duobus) moriuntur.

Vt inſignem veneror D.Bernardi conſiderationem hoc animo perpendentis: cum enim ex Ægypto egreſſa eſſent ſexcenta virorum millia, exceptis mulieribus & paruulis, non niſi duo terram ingreſſi ſint promiſſionis. Nec mihi dicat aliquis, tempus moræ eorum fuiſſe perlongum, quamuis tale fuerit ex eorum culpa, & promiſſas non poſſederint regiones: quia quadraginta anni, adductis ſimul tanta puerorum multitudine, vita reſpectu tantilli temporis, admodum breuis fuit. Aueo audire reſponſum. *Quid poterant proficere; qui ſemper reuertebantur, cum ambularent:* modo adorantes idola Gentium, modo in deſerto murmurantes, modo affectu & animo reuertentes ad allia Ægypti? Fateor egreſſi ea ſunt corpore, ſed animâ, diffiteor: vnde quid miramur, ſi Deus promiſſa diſtulerit, illos ante præſtitutum tempus occidens, cum illi ſuam non corrigerent inconſtantiam?

D. Bern. *Lib. 2. de Conſiderat. c. 1.*

Hinc infero quam inſipienter agunt illi, modoque rudi procedant qui poſtulantes à Deo beneficium, ſi confeſtim ad votum non exaudiantur, orationem intermittunt. Grauiter illos redarguit Titus Epiſcop. Boſtrenſ. illa declarans verba, in quibus Redemptor noſter ſub ſimilitudine eius qui media nocte amicum ſuum acceſſit panes ab eo poſtulaturus. *Quis veſtrum habebit amicum* &c. nos docet perſeuerantiam, & ne in petendo deficiamus: dum continua alterius in petendo importunitas amicum coegerit, vt intempeſta nocte de ſtrato ſuo ſurgeret, petitioni eius per omnia ſe inclinans. *Quod ſi ille perſeuera-*

Luc. 11.

VII.
Docet nos Chriſtus perſeuerantiam.

uerit

TITVS BOSTRENS. in c.11. Luc To.1. Biblio. PP.

uerit pulsans &c. Multos introducit Sanctus hic velut obmurmurantes, si non verbis, saltem operibus. *En sæpe numero accessi, lacrymatus sum, obtestatus sum, nihil vnquam hactenus consecutus sum. Non ita nos ratiocinari decet.* Est hoc iudicium virorum sine iudicio: rogaui, lacrymas effudi, libellos obtuli supplices, votis frustratus sum, nihil lucratus, desistam ab oratione? Nequaquam hoc feceris, persiste: remedium etenim ad impetrandum noueris esse continuationem, nec interrumpendum orationis studium ob dilationem & procrastinationem: vt enim beneficium tantò pluris facias, illud diutius præstare differt, nam quod paruo tibi labore constat, paruo quoque pretio à te æstimatur. *Cum enim dicit quærite, laborem: cum pulsate, constantiam, & quandam importunitatem iniungit.*

D. BERN. Lib. 2. de Considerat. c. 1.

Non segniter expendit D Gregor. Magnus modum loquendi Regis Dauid: *De profundis clamaui ad te Domine*; quem præclaris illustrat commentariis. *Non ait, clamo, sed clamaui; habes in hoc perseuerantiæ documentum: vt si primò non exaudiris, ab oratione non deficias: imo precibus & clamoribus insistas. Vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci.* Tu notaueris quod Propheta Rex actualiter beneficium à Deo flagitaret: non tamen dicat: clamo, rogo, flagito, sed in præterito: clamaui, rogaui flagitaui: documentũ hic audi perseuerãtiæ. Preces continuabat, non tunc primũ rogare cœpit, diuinã cognoscens naturam: cui valde placet, si importunis precibus vim patiatur, si infatigabilibus se submittat orationibus, & perseuerantia victum se fateatur. *Vult quadam importunitate vinci.*

Psal. 129. D. GREG. In Psal. 6. pœnitent.

VIII. Vult Deus rogari.

Sigillum argumento imponat D. Chrysostom. quo nos rubore confundit, ipsosque binos discipulos tendentes in Emaus: quando longanimitatem perpendens illius Paralytici, qui in materia patientiæ, & perseuerantiæ Doctor esse potest: cum classem hanc triginta & octo annis frequentarit: sic ait. *Pudeat ergo nos, pudeat dilectissimi, & incredibilem nostram socordiam deploremus. Octo & triginta annos hic expectauerat, expectabatque, neque eius impletum est desiderium, neque negligentiâ suâ non sanabatur, sed prauentus ab aliis, nec propterea desperauit. Nos autem si vel decem dies orationibus inuigilantes non exaudimur, iam tepescimus.* Annos integros & plures perstat hic infirmus, sed nos illo sumus infirmiores: & quid defuit duobus his Christi discipulis & in eius classe instructis, ne Paralytici dicantur: tamen non annis expectant, non mensibus perseuerant, nec vno quidem die consistunt: quandoquidem ipso die Resurrectionis Magistri sui

Ioan. 5.

D. CHRYS. Hom. 35. in Ioan.

IX. Confundit nos Paralyticus.

nedum completo, ex fide viua quam habebant, proficiſcantur: potius dixero, diffidentia languidi, charitate frigeſcentes & memoria obliuioſi. Et ſi Dominus noſter illis compatiens obuius non veniſſet, ſeque in menſa eorum obtutibus velut facem lucemq; oſtendiſſet tenebris manſiſſent immerſi. *Ibant ipſa die in caſtellum.* Nomen fortalitij pago tribuit: quia progrediebantur Deum offenſuri, & contra Deum ſe defenſuri.

Et ipſi loquebantur de his omnibus, quæ acciderant.

Diſcurſus III. *Multum ſe illi Chriſtus reputat deuinctum, qui Paſſioni ſuæ compatitur, eiuſque gerit memoriam: illo ipſe triſtes ea conſideratione profuſas abſtergit lacrymas: & lacrymabantur duo illi diſcipuli, quocirca ſe ſocium illis exhibet.*

Vim infert Deo non modicum echo ſermonum de eo & de rebus diuinis colloquium: ſed multo fortiorem ſi de cruciatibus ſuis pœniſque mentio habeatur: ad æthereas vſque vox iſta ſedes auditur, & ita ad talem deuinctus trahitur, vt dum minus ille cogitauerit eum ſentiat ſibi lateralem & comitem gaudeat habere beneuolũ. Quod hodie ſe duobus Diſcipulis comitem adiungat perpendit D. Bern. optime in hoc diuino procedendi modo inſtructus. Explicat enim verba illa ſponſæ, quibus ſpõſum ſuum tenero vocans affectu, illum ignorat exponere, quando præſentem habens idioma mutat, loquendique ſtylum. Illam prius loquentem & optantem audiamus, & ſtatim D. Bernardi contrapoſitionem. *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* O vtinam Domine tandem aliquando in mundum deſcenderes (Incarnationem ex communi cenſura expoſcit) vtinam te oculi mei cernerent in terra hominibus familiarem: tua namque vbera, id eſt conſolationes tuæ omni ſunt vino gratiores: q. d. Miſericordiæ tuæ in lege gratiæ manifeſtabuntur, in qua futurus es tota vbera, dulcedo, ſuauitas. Vocem ô Sponſa comprime: cum enim adeo prudens ſis & diſcreta prudentiam hanc tuam modus loquendi non declarat. Sermonem à tertia perſona inchoaſti: ſcilicet *Ille oſculetur me:* & continuò ſtylum mutas in *Tu* in ſecunda perſona: ibi *Ille*, & nihil intermedio: *Tu.* Abeſt ſponſus, loquere vt de abſente: qui namque quidquam deſiderat, non illud habet: quia rei poſſeſſio & eiuſdem ſpes, teſte Apoſtolo, contradicunt.

Cant. 1.

I. Locus hic explicatur.

Nota.

Rom. 8. 24. dicunt. *Quod enim videt quis, quid sperat?* Si ergo non possideas, qua veritate loqueris quasi possideres? *Vbera tua?* Dicito: *Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera eius vino.* Iam dubium proposuimus: nunc D. Bernardi responsum locum suum habeat. Verum est quod absente sponso sponsa consodalibus suis de illo loqueretur: attamen tantum illi placiut hæc de seipso sermocinatio, vt statim adfuerit illi lateralis: & si velut de illo absente dixerit: *Osculetur me*: quasi iam præsenti gaudens, ait: *Vbera tua.* Quod exemplo patet Discipulorum, de quibus modo Euangelium; cum enim de Magistro suo colloquerentur, ilicò comes illis adfuit. Meis non opus est verbis, cum loquatur Bernardus. *Interim confabulantibus illa pariter atque illis, accessit ipse de quo sermo erat: vtique libens appropiat de se loquentibus. Sic solet, sic euntibus in Emaus & conferentibus inter se, iucundum se facundumque exhibuit comitem; nempe hoc est, quod in Euangelio pollicetur: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego sum in medio eorum. Et per* Prophetam: *Antequam, ait, clament, ego exaudiam: adhuc loquentibus illis, dicam: Ecce adsum. Ita ergo nunc nō vocatus adfuit, & delectatus verbis præuenit preces.* Non necesse est vt eum vocent: vbicumque enim de ipso infertur sermo, præsens adest, dumque de illo verba fiunt, venit volando, & quando minus cogitant, illis loquitur, vt per Prophetam promiserat: *Ecce adsum.*

II. Christus statim adest de se loquentibus.

D. Bern. Serm. 9. in Cant.

Matth. 18.

Isai. 65.

Nota.

Hoc ipse Bern. prosequitur: finem verbis suis imponit sponsus: Hactenus verba sponsi; & abiit: expendit autem sponsam modo loquentem: *Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia.* Si secessit igitur ad superna palatia, si de terra se subtraxit: quamuis omnem eius impleat plenitudinem: *Cælum & terram ego impleo:* quomodo de ipso quasi præsente loquitur? Ratio sit: quod licet abierit, & longius abscesserit: anima tamen absentiæ illius tristitiam recreat de ipso velut præsente colloquendo: quam cum loquentem intelligit, continuò reuertitur; nec cohibere se potest, quin illi sodalis adhæreat, qui de ipso sermocinatur. *Mox enim reuocare videtur, & quasi post tergum clamare: Reuertere, inquiens, dilecte mi; vnde adducimur non aliud sane coniicere, quòd finitis verbis suis, iterum suo more si absentauerit, & illa remanserit nihilominus de illo loquens, qui numquam absens est sibi: ita est, in ore retinuit, qui non recedebat à corde, nec quando recedebat.* Deus sibi deesse non potest, nec à se recedere: de se loquentes audit, & confestim adest. *Qui numquam absens est sibi.* Vt autem hoc sponsa probè nouerat, summè desiderans sibi continuam Dei præsen-

Isai. 23.

III. Probatur in sponsa.

D. Bern. Serm. 67. in Cant.

tiam, vt nec momento quidem ab illa discederet: vt certissimum sumpsit medium, perpetuum de illo colloquium: studium hoc est cui perpetim affixa est Dei præsentia. Quod autem adeo festinus ad vnam lacrymam, suspirium, affectumq; veniat: hoc ea facit intentione, qua mentem nostram excitemus vt faciamus aliquid eius Domini gratiâ, qui similia licet ex se adeo parua & limitata seipso remunerat.

Porrò nunc alteri discursus nostri parti satisfaciamus, quæ propius nostrũ tangit Euangelium: quamuis enim cuilibet conuersationi, in qua de illo agitur, se præbeat assistentem: potissimum tamẽ quãdo sermo incidit de morte eius, Cruce & tormentis: huc etenim omni vento velocior accurrit, vt similes de Passione sua intelligat cõfabulationes. Cõfirmemus illud fortissimo eiusdem D. Bernardi fulcimento, qui spiritu suo, in rebus spiritualibus omnia conferre potest. Sponsa dilecto suo delectata sic ait: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur:* à pectore meo numquam separabitur, inter ipsa mea vbera locũ illi lectũque quietis concedam. Vnio hęc adeo stricta erit, vt ne momento quidẽ nec ille de me sit discessurus, nec ego de brachiis illius euellenda. Videbatur D. Bern. immoderata hæc spõsæ familiaritas, qua creatura Creatorẽ suum appellat dilectum meum: cui paulo ante titulum adscripserat Regis: *Introduxit me Rex in cellaria sua.* Quærit igitur. An hęc ea est reuerentia tam sublimi debita dignitati, coram qua cęlestes tremunt columnæ? Ille Deus est cui D. Petrus Ecclesiæ suæ princeps, intimus illi familiaris, eiusq; clauiger, ait: *Exi à me quia homo peccator sum Domine:* Ille in cuius oculis sol & stellæ tenebræ cẽsentur. *Stellæ non sunt mundæ in cõspectu eius.* Ad cuius conspectũ montes instar ceræ liquescunt. *Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini.* Dicito saltem; Princeps, Omnipotens, Domine; sed *Dilectus* cui confidis? Et subiungere: *Inter vbera mea commorabitur:* cui assistũt Angeli, gloria & beatitudo electorum.? Teipsam vocato ancillam, vt Regina tua, imo cęli & terræ, se nominabat. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ:* alterum enim gloriam redolet arrogantem. Respondet Bern. Optime lingua sua myrrham pronuntiat, quæ ob acerbitatem suam notissimũ est Passionis Spõsi sui symbolum: & quam primum ille audiuit eam de Passione sua memorantem, tantam inuenit coram eo gratiam, vt nolit modo excipiat illum agatque cum eo velut cum Superiori, sed æquali. Afficitur Princeps mulieri monticolæ, eamque de puluere attollens sibi desponsat: inferior est illa ipso, ex iure, nemo dubitat; sed amor partes reddit æquales.

Cant. 1.

IV. Sed maxime de Passione sua.

Luc. 5.

Iob 25.

D. Bern. Serm. 43. Cant.

Psalm. 96.

V. Probatur iterum in sponsa.

Luc. 1.

VI. Similitudo.

les. Tanti ponderis est, tantæque dignitatis anima coram Deo, quæ cruciatus illius mortemque recolit, vt de se possit confidenter præsumere, quod Deus nullam aliam velit habitationem, aliudve cælum nisi ipsam: sponsa alia illi non placebit amplius; & cum eius sit sponsa, ore non depromat nomen Maiestatis, sed tantùm familiaris & dilecti; dilectum appellet, nec distantia obstet infinita. Quid Bernardus? *Ante Rex, modo dilectus: ante in accubitu regio, modo inter sponsæ vbera*. Throno cōspexit prius illum sublimi residētem: Regem igitur inscribat: quia de celsitudine eius loquebatur: mutat sermonem, & eius meminit humilitatis, ac amaritudinis: atque in hac occasione meritò vocare potest eum dilectū suum. *Cito reuerentiæ nomen in vocabulum amicitiæ mutatum est: & qui longe erat, in breui factus est prope: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: myrrha amara res, dura & aspera tribulationem significat*. Longe aberat; at, quis eum tanta velocitate attraxit inter sponsæ brachia, & cordis eius visceribus abscondit? Quis eius illum admouit pectori, dignitatem eius immensam ad tam exiguam contrahens capacitatem? Iam diximus: ille *Fasciculus myrrhæ*. In labiis suis eum dilectum fecit, amicum, familiarem suumque comitem. Iam igitur non admiror felicitatem horum discipulorum, fateor, modicæ spei gradiebantur, quasi congelatâ animâ frigidi: sonet in eorum lingua myrrha & de Christi loquantur cruciatibus, & ecce appropinquat illis, sibique eum proximum sentiunt illi qui tam grato beatoque se dedunt exercitio.

Luc. 5. — Iob 25. — Psalm. 96. — V. Probatur iterum in sponsa. — Luc. 1. — VI. Similitudo. — D. BERN. Serm. 43 in Cant.

Ex præfatis concludit D. Maximus, solos illos posse in Resurrectione Saluatoris nostri exultare, qui de morte illius fuere cōtristati: ad cuius assertionem hanc format cōsequentiam, ornamentum auri D. Bernardi. Statuit vt manifestū & verum, materialem solem ac visibilem hodie splendidioribus ortum fuisse fulgoribus, radiosque euibrasse vt nouos ita claros, quales vsque modo non eduxerat. *Solem ipsum arbitror esse in hac die solito clariorem*. Sed mouet difficultatem: quia ab ipsis mundi incunabulis, quibus totum illud visibile creauit, ex tunc illi totum illud largitus est, quod semper habuit & habet, sol, luna, stellæ, lucem nimirum naturæ suæ conuenientē. Verumtamen hodie quantum sapio, mutatur hæc natura, suis euellitur cardinibus, & quodāmodo mutatur vel redditur perfectior. Qua ergo ratione verificatur illud ex S. Pagina: *Requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere quod patrarat*: quod ita declarat Rupert. *Quia videlicet à conditione creaturarum, siue substantiarum, quæ vtique*

VII. Sol oritur hodie clarior. — D. MAXIM. Hom 2. de Pascha. — Gen. 2. — RVPERT. Lib. 1. de glorificat. Trinitatis c. 16.

per filium facta sunt: omnia enim per ipsum facta sunt: septimo die Deus requieuit. A creando destitit, manum sustulit, nec plures substantias aut creaturas creauit: quia rationi non conueniebat. Et videtur hoc illi contradicere quod asserit D. Maximus: quòd nimirum Solari planetæ clariores, quam hactenus habuerat, addiderit radios. Sed ne temere quid concludamus: respondet enim D. Maximus. Sol idem mansit si substantiam eius spectes & naturam, nihil illi aufertur, nec quidquam in eo mutatur: sed cum communes excesserit regulas, nigrumque peplum in morte Saluatoris induerit: *Sol obscuratus est,* nec ferre potuerit claro lumine, quod claro lumine mortales contra Creatorem suum committebant: ita Deo placuit tantum in sole velut mœrorem luctumque cernere: vt communes quoque erga eum regulas excedere voluerit, & nouam illi impertiri claritatem ob tenebras illas quas ad Domini sui reuerentiam mundo induxerat. Placeant vobis eius verba. *Necesse est enim, vt sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit, & cuius mortem lugubri quadam caligine prosecutus est, eiusdem vitam nitidioris lucis splendorem suscipiat, & tanquam bonus minister: sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulturæ, modo coruscet in resurrectionis obsequium. In passione enim Christi caliginum se nocte circumdedit, & Judaorum facinus mundo teste congemuit: indicium enim quoddam doloris in Sole est, tanto sceleri officium luminis denegasse, & vltione quadam Iudaorum oculis tenebras infudisse.* Deus pro more suo egit cum Sole (inquit D. Maxi.) quod si in Passione creatoris sui lugubrem assumpserit amictum, in Resurrectione lucidiori fulgeat claritate: & qui ad confusionem Iudæorum faciei suæ subtraxit pulchritudinem: grauiores addens tenebras illis quas Iudæorum corda patiebantur; nouis resplendeat radiis. Et ne quis forte dicendi credat hyperbolen, hæc addit: *Indicium enim doloris in Sole est* &c. Quis recte negauerit signum hoc esse tristitiæ (eius qui capax est) lucem suam abscondere, terram non illuminare, illam ei negando ne medio die visibilis esset, quando maxime deberet esse visibilis. Et ideo ô Planeta venustissime, dico, ex iustitia tibi ortum deberi radiis coruscũ splendidioribus: quamuis enim omnipotẽs Dei manus nihil modo de nouo creet, nouitate tamen eminenti tuum remunerat obsequium: vt in te cunctos doceat, in quibus effectum habet ipsa Redemptio: quod si hodie gaudio velint exultare, prius oportet vt tristitia & mœrore Redemptori condoleant: nec enim Christi gaudebunt lætitia, qui propter Christum nullas effuderint

VIII. Eius ratio.

Matth. 27.

IX. Christo condoles, vt cum illo læteris.

fuderint

fuderint lachrymas.

Insignium parens conceptuum D. P. Chrysol. epilogum habeat huius argumenti, altero suo admodum præclaro. Valde mane ante diei crepusculum accurrunt tres Mariæ vbi thesaurus earum & cor latebat : accedunt, cernunt Angelum boni nuntij de Resurrectione Domini sui baiulum. Illas attentius Doctor hic intuetur aitque. Hocne vos aggredimini? Mulieres ex natura timidæ, imbelles, infirmæ, quas vmbra fugat meridiana, noctis medio iter arripitis sepulchrum visitaturæ? Stupent pauidi etiam robustissimi inter cadauera consistentes : & feminæ nō timerent? quod animosę inceptam prosequantur viam, nec pedē retrahant, nec faciei mutent colorem, quis hoc capiat? Vnico verbo respondet quod pluribus non poterit explicari. *Mulieres intrant sepulchrum, vt fierent sepulturæ participes, sociæ Passionis.* Quæro igitur an alio modo participes non fuissent vberrimi fructus sanguinis illius prætiosi, nisi prius Sepulchrum visitassent? Iam solutionem audiuistis. Gaudia desiderabant, certissimas Christi glorias celebrantes: quocirca trahunt inde letitiæ argumenta, vnde prius doloris sumpserant, nouamque lucē ex obscura illa mortis Christi regione. Iam illis erat in comperto, vt si vellent cælestibus demulceri à Christo consolationibus eius victoriæ reddi participes : rectam hanc esse viam, prius doloribus eius pœnisque compati: quocirca proposito sibi hoc medio, & timore postposito, nihil timentes proficiscuntur.

X. Ita contigit mulieribus.

D. Chrys. Ser. 80.

Modo videamus quem res habeat euentum. Hoc tibi vt verum assero : quicumque Dei gratiâ tenebras & vmbras peruadit, luce perfruetur gaudiorum ineffabili. Non sufficientem seu condignam censuit Christus amori adeo ferventi harum mulierum, remunerationem, qua splendidos illis mittat Legatos, Angelos mira luce coruscantes, quin & ipse illis prodeat obuiam, easque consoletur; habes hic rationem Chrysologi: *Mulieres intrant Sepulchrum*, &c. Quis ô Domine tui vnquam obliuiscatur ? quis te de suis dimittat labijs ? quæ anima tuam non reuoluit Passionem : vt diuina tua Majestas eius vitæ non meminerit? Quis non ei compatiatur quod pati dignatus es : quando quidem tam eminens & inæqualis sit tantæ memoriæ compensatio? Et quis tandem in tua Passione non attristetur : vt de illa colloquentem tuis demulceas lenimentis, quibus hodie beatos illos discipulos præuenisti, in itinere factus eorum sodalis, eosque interrogans: *Qui sunt hi sermones*, &c.

Ioan. de Mata de Festis Dom.

Tu solus peregrinus?

Discursus IV. *Deus eodem pede quo anima, progreditur: prout illum deuincit vel non, festinat, vel pedem ab illa refert & abscedit quia verò hi discipuli, peregrini incedebant à fide & eius memoria, quam habere tenebantur, ipsis se exhibet peregrinum.*

DUm attenta mente perpendo, quod visum toties idque tanta quanta nouimus familiaritate discipuli Magistrũ suum hodie non cognoscant, imo vocent peregrinum: quia talem illum in habitu formaq; cernebant; dico quod hominũ impudentiæ quandoque Deum gloriosum cogant habitum assumere peregrinum modumque agendi inusitatum: pedum illi pastorale & coriacium tradunt palliolum: quia faciem illi depingunt peregrini, & ipse se tibi confirmiter gerit: qualisque tu illi fueris, talis & ipse tibi futurus est.

Peccat primæuus pater noster, imo noster homicida ob culpam originalem, quam in natura sua, cuius hæredes sumus, transfudit in posteros & ilico Deus *Deambulabat ad auram post meridiem*: quasi inflammatum eius pectus solatio indigeret & refrigerio ad meridiem ambulabat suauiorem captans aërem in Paradiso. Mouit hoc Cardin. Petr. Damianum, aitque: Deus & deambulatio? Deus immutabilis & mobilis de loco in locum? Deus in throno gloriæ suæ quietus, & in humana statione inquietus? Nemo Deum reprehendat: nec miretur aliquis: quia Deus se mortalibus accommodat. Hominem cernit ad Aquilonem culpæ congelatum, violento superbæ cogitationis vento superatum, quem diabolus sibilo serpentis infernalis insufflauit, & homini frigido se Deus offert, quasi calorem requireret: deambulatione & frigore homini qui fugam capessit Deus se mouet quia ijsdem cum illo passibus gradi consueuit. *Deambulabat ad auram post meridiem: quia meridianus ab illo iam feruor abierat. Aura quæ frigoris est alumna, huc accedebat: quia & illum iam Innocentia sublata nudauerat.* Frigidus aër gelu producit ex visceribus suis: Deus se quasi congelatum offert: quia hominem cernit animo congelatum: & si hoc non fuisset, nec à Deo fugisset: nec ipse Deus veniret & ad auram deambularet.

De capite omnium hominum in temporalibus nempe Adam progredimur ad caput in spiritualibus & Principem Ecclesiæ D. Petrum. Comprehenditur in horto Dominus, fugam ineunt discipuli & Magistro terga vertunt. *Et relicto eo omnes fugerunt*: hucusque enim humana accedit amicitia,

Gen. 3. 1.

Qualis Adam Deo talis Deus Adæ.

D. P. Dam. *Opusc.* 60. c. 9.

Matth. 26.

tia, amico in calamitate constans non perseuerat: sed Petrus vtpote feruentior eum licet à longe, sequitur. *Petrus autem sequebatur eum à longe:* non ausus proximius accedere, vitæ suæ formidans periculum, vtique suæ consulens, qui tanta tamen Paulo ante promiserat. *Animam meam pono pro te.* Stupefactus quærit Eusebius Emissen. Petre, licet vates non sim, ex eo tamen quod video tantum, non errando præsagiam: quod adhuc longiori à diuino tuo Magistro discedes interuallo, illum negatarus. Ratio est luce clarior, atque ex certis præmissis inferam huic antecedenti consequentiam: quòd illum à longe ponè insequaris: *à longe*: quod consequens magis immediatum, quam quod Deus se à te elongabit, tu vero ab illo derelictus, indubitanter eum es negaturus. Vel illi approximes: quod nisi feceris: & te victum arbitrare: si namque Christus te conspiciat in amore sui ita frigescentem, feruentem eius amorē infrigidabis: ex quo permissio lapsus tui certò consequetur. Audite. *Adhuc Petrus sequebatur Dominum, sed à longe, iam proximus erat negationi.* Crassitie vnius aurei tibi negationem prædixit, teque proximium esse abnegationi. *Proximus erat negationi.*

II. Humiliter in D. Petro notatur.

Emiss. Ser. Domini in Ramis.

Hanc rei veritatem satis apertè declarat Propheta Regius in Psalmo 118. licet suam patiatur difficultatem. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Verbum tuum ô Pater æterne, lucerna est, qua videam, vbi figam pedes meos in periculosa huis vitæ peregrinatione. Mirabilē indicauit D. Ambrof. hunc loquendi modum, quo Deum intitulat *Lucernam*, quod candelam denotat vel quid simile, exiguam lucem & modicam claritatem qua quis possit illuminari: nec vlla videtur inueniri posse inter *Lucernam* & *verbum* conuenientia: quia Deus etiam quando carnem nostram induit, radios suos abscondit, & splendores retraxit: verumtamen ipse in se lux erat splendidissima: sic eum agnominat Isaias. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam,* Quomodo ergo *Lucerna*? Dubium proponat D. Ambrof. *Nonne hoc erat verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Quomodo ergo Lucerna dicitur? Isaias clamat: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam; quomodo hic dicitur Lucerna?* Notemus eius responsum. Affirmat D. Ambrof. quod in hac vita (sicut certum est) Deum perfectè diligere non possimus: quia terrestre corpus ex quo formati sumus, si quidem sit animæ palatium, sæpe tamen illi est obstaculo: quia detinet illam, opprimit, & mobilem illum spiritum velut carcere concludit: tandem: *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam.* Angeli cælestesque illi spiritus qui absque impedimento mœniorum horum corpora-

Ps. 118.

III. Deus homini lucerna: lux autem Angelis.

Isa. 9.

D. AMBRO. *Ser. 14. in Ps. 118.*

poralium Deo perfruuntur, diligunt illum multò ardentius. Modo se prodit Ambros. *Sed videamus ne fortè idem verbum Dei alijs magna lux sit, alijs lucerna; mihi lucerna, Angelis lux est.* Ipse Deus absque vlla sui mutatione quibusdam lux est exigua, radius modicus: alijs autem lux splendidissima. An nosti quibus se largius extendat, & quibus se contrahat? Angelis augetur: quia ipsum nihil eos turbante feruentius diligunt. *Angelis lux est.* Sed homini in amore tepido, lumen quoque suum coarctat, nec illum splendidius illuminat: vnde quando lux ista se cohibet, huic est lucerna: hanc enim seruat conditionem, & hæc illi perpetua est proprietas: vt talis sit homini, qualis ipse Deo fuerit. Nullus ex eo offendatur, si Deum viderit exiguum exiguo, magnumque magno, tepidum frigido, feruentemque feruenti: hæc enim sunt eius statuta regiminis, & domus suæ stylus: nihil in nostro conceptu diuina eius perdat existimatio: nam quemadmodum oleum Elisæi, quamdiu vasa fuerint vacua, quibus infundatur, multiplicabatur, nec fluere destitit, donec plura non superessent implenda vasa. *Affer mihi ad huc vas: qui respondit: non habeo, stetitque oleum.* Ita similiter deliciæ Deiq; cōmunicatio crescunt aut decrescunt iuxta paruitatem aut magnitudinem quam in corde recipientis inuenerint.

4. Reg. 4.

Conceptum hunc excipit non minus elegans conceptus D. Maximi: Christum enim considerat ad os putei iuxta Samariam inclinatum, eius oram gemmis orientalibus, sudore inquam suo conspergentē ex diuino suo vultu præ nimia fatigatione defluente; & quasi materialis tantum sitis eum cruciaret, aquæ flagitat calicem à muliere aquam pro se haueriente. *Mulier da mihi bibere.* Vocem comprime ô Domine: plane namque indecens censetur supremo omnium Domino, Deoque adeo sublimi ab ea creatura petere qua nulla abiectior; sursum elementum ascendat ad te, vel descendant Angeli calicem tibi propinaturi, prout in deserto superato iam tam arcto longoque ieiunio tibi famulati sunt. *Accesserunt Angeli & ministrabant ei*; ne à femina publice peccatrice & nouaria aquam efflagitaueris. Deinde, quomodo siti vexaris qui liquorem aquamque tribuis petris, rupibus, montibus aquarum defluxu prægnantibus, & in quorum venis nō iam ignium scintillæ, sed frigidæ erumpūt crystalli? *Neque enim poterat fons sitire, neque in quo est aqua viua poterat vndam terrenæ fæcis haurire.* ait D. Maxim. quod igitur ex parte Christi latebat in hac petitione mysterium? Aurem præbete solutioni. Supra modū huius animæ sitiebat salutem, & quantum noui, ne attributo iustitiæ aliqua fieret iniuria: eius

Ioan. 4.

Matth. 4.

D. MAXIM. Ho. 1. de Eleemosynis.

eius misericordia medium quærebat & rationem : ob quam velut ex justitia illi posset hanc præstare misericordiam. Hac igitur intentione calicem petit aquæ, q. d. viuis adeo frigida, vt ego tibi quoque frigidus sim : porro porrige mihi saltem ex amore, qui ignis est, aquæ guttam, qua me deuincias propter ipsum qui sum, vt tibi gratiæ meæ aquam impertiar : si namque hac tenear conditione, vt talis sim homini, qualis ille mihi : dum te vel modice tantum liberalem videro, futurus quoque sim tibi liberalis. Sunt igitur hæc eius verba. *Aquam ergo Saluator à muliere postulat, & sitire se simulat vt sitientibus æternam gratiam largiatur. Sitiebat ergo Christus? Sitiebat plane, non potum hominum, sed salutem sitiebat, non aquam mundi, sed redemptionem generis humani; mirum igitur in modum fons super puteum sedens; misericordiæ ibidem fluenta producit.* Fons Saluator noster assidet, & insidet puteo, vt mulieri porrigenti illi aquam, suam cõmunicet misericordiam, fontes & riuulos gratiæ suæ : dicant igitur omnes : deuinxit illam aliquid ei tribuendo : quia legitmum hoc ille est sempiternum beneficia conferendi, fundatum in consuetudine toties ab ipso confirmata, vt animæ sit liberalis conformiter ei, quod ipsa ad diuinæ Maiestatis confert obsequium.

IV. Et mulieri Samaritanę fontem pollicetur : si vel guttam promat.

D. Paulinus Nolæ Episcopus Seuero familiari suo litteras dat quibus eum de promotione sua ad Sacerdotium reddit certiorem qualiter in principio illi contradixerit Barcinonæ per eius vrbis Antistitem S. Lampium : tandem inquit, collum iugo submisi quod prius recusaui, nõ ignorans quantus secum trahat obligationes & molestias Sacerdotij reuerenda dignitas. *Data ergo ceruice in iugum Christo, video maiora meis meritis, & sensibus tractare.* Et statim quasi socordiam suam excitans cum Deo ita loquitur : Domine mi, ego ex parte mea aliquid feci : nimirum submisi me : tu autem ex parte tua largire mihi pignora, dignitatem, capacitatem, merita, quibus sublimi adeo satisfaciam dignè ministerio. Obediens tibi fui, mihi nunc esto beneficus, quo fiet, vt nec tua Sacramenta tradantur indigno, nec ego iuste depromam de te querimonias : Contractus est quasi Societatis: tu media suppone & facultates; ego diligentiam, & hanc tibi promitto: hoc quippe mihi confidenter persuadeo : quod iuxta modum quem in me notaueris submissæ gratitudinis, ego quoque effusam sentiã in manu tua munificentiam. Iterum loquitur. *Sed is qui sapientiam paruulis dedit, & ex ore infantium atque lactentium perfecit laudem sibi : potens est etiam opus suum in me perficere, & munus ornare, vt sic dignum faciat, quem ab indigno vocauit.* Vocauit me ad

Paulin. Ep. 6. ad Seuerum.

V. Exemplum.

Ecclesiam suam: vocanti respondi, manum meam expetijt, & extendi: mihi nihil amplius incumbit: illius autem muneris est, hac ita me detinere vt illi ministrem, virtutibus ijs animam meam exornando, quas culminis quod in me contemplor, deposcit eminentia: cum hæc eius sit consuetudo, vt homini par reddat eius quod ipse diuino fultus auxilio in Dei præstiterit famulatum.

D. THOM. 3. p. q. 55. a. 4.

Parens meus Doctor Angelicus D. Thom. circa hoc Euangelium quærit. *Vtrum Christus debuerit discipulis suis in alia effigie apparere?* Et videtur non conuenire: hoc quippe erat Apostolorum oculos frustrare, & quasi illis illudere, dum cogitant se quemdam videre, illique loqui, cum tamen esset alius. Non patitur Deus fictiones & simulationes, qui amicus est sinceritatis, repugnant eius simplicitati & integritati tales trãsformationes; indubie latet hic arcanum. Dubij solutionem audire pergratum erit, qualiter ingenio satisfaciat, & discursui finẽ imponat, vt nihil sit illi superaddendum. Resurrectio Christi Saluatoris, articulus tanti momẽti, & fidei nostræ sustentaculum, manifestanda erat hominibus iuxta modum quo diuina panduntur: quæ magis vel minus, maiori vel minori claritate deteguntur iuxta singulorum dispositionem. Illi quibus anima pura est ab omni peccato, & spiritus bene affectus, ipsa conspiciunt lumine supernaturali multò splendidiori: qui verò tali non fulgent conscientiæ nitore, confusè tantum & obscurè illa percipiunt. Quibusdam ex merito suæ dispositionis arcanorum cælestium cortinæ contrahuntur: alijs autem extenduntur, & absconduntur.

VI. Vnde diuersimode Christus suis apparuit.

Resurgit è sepulchro Christus & Apostolis in ea apparet effigie, qua statim illum agnoscunt: his autem discipulis habitu, & facie peregrinus nec cognitus: nec enim tantam merentur claritatem: nec tantam accipere increduli ac fideles, frigidi ac ardenter diligentes. Accipite verba Doctoris. *Christi Resurrectio manifestanda fuit hominibus per modum, quo eis diuina reuelantur. Innotescunt autem diuina hominibus diuersimode, secundum quod diuersimode sunt affecti. Nam illi qui habent mentem bene dispositam, secundum veritatem diuina percipiunt. Illi autem qui non habent mentem bene dispositam, diuina percipiunt cum quadam confusione dubietatis vel erroris; & ideo Christus quibusdam ad credendum dispositis, post Resurrectionem apparuit in sua effigie: alijs autem in alia effigie apparuit, qui iam videbantur circa fidem tepescere: vnde dicebant: Nos autem sperabamus, &c.* Quod autem ita diuersimode se reuelet, ex parte eorum procedit, quibus se conformiter transformat.

Discur-

Discursus V. Quæ? *Redemptor noster, cum intellexisset discipulos suos de Passione sua collocutos, denuo percunctatur:* Quæ? *quia ex amore erga hominem breues illi videbantur pœnæ adeo diuturnæ quibus homo ita deuinciretur, vt iam nulla faceret peccata.*

AD confirmationem tristitiæ, qua Christus instante iam Passione sua in horto doluit, in hoc discursu loquendum mihi est, & probandum fuisse gaudium, etsi quidẽ indicium humanitatis fuerit humana infirmitas, non minus tamen fortissimæ signum diuinitatis: vt hinc colligamus quam libenti animo pro homine passus sit cum se quasi præteritorum simulet oblitum, ac si pro illo passus non fuisset, vel tam exigua fuisset diligentis demonstratio, vt confunderetur amor hanc dilecto enarrare quis audiuit illum in horto ad funestarum arborum vmbras, ab Apostolis separatum, amoris suspirijs cælos perrumpentem, & aëra tristi hoc eloquio permonentem. *Tristis est anima mea vsque ad mortem:* quo tristitiam indicabat in parte inferiori, quis indicabit quod anxie desideraret non mori? Porro licet hoc in quodam sensu verum sit, & Catholice dicatur, quod pauorem metumque ostenderit in quantum homo

Matth. 26.

I. Explicatur hoc Christi verbum.

nobis ad consolationem: in alio tamen sensu dicam cum D. Ambrosio: hanc illi tristitiam ex dilatione crucis mortisque inferri: quæ licet in proximo esset, ex vehementi tamen desiderio multum adhuc distare illi videbatur. Non mihi sed Ambrosio credite. *Christus qui cum in se nihil habuerit, quod doleret, nostris tamen angebatur ærumnis, & sub tempore mortis mœstitiam prætendebat, quam non ex metu mortis suæ, sed ex mora nostræ redemptionis assumpserat.* Mortem non expauescit, impauidus adstat fortissimus Leo de tribu Iuda ad omnem euentum: si verba denotent mortis agoniam, illam Crux desiderio eius procrastinata prouocabat. *Ex mora nostræ redemptionis assumpserat.*

D. AMBRO. *l. 7. in Luc. c. 12. circa:* Sint lumbi &c.

Ambrosianæ suauitati hominis & Doctoris libenter eius adiunxero expositionem, quæ & ipsa eadem est, mulieris vt sanctissimæ, ita & doctissimæ tantoque Dei amore flagrantis, quæ cum eius vulnera susceperit, atque singulari prorsus priuilegio doloribus eius participauerit, potuit in hac materia, sicut in alijs S. Scripturæ multis, valde subtiliter disserere, vt eius libri & epistolæ testantur. S. Catharinam intelligo Senensem magni ProtoPatriarchæ Dominici filiam, columen Ordinis Prædicatorum. Ait igitur quod in illis verbis Christi ad Patrem. *Pater transeat à me calix iste*, quo mors indicabatur: viri perfectione & for-

II. Imo mori rogabat.

matth. 26. In vita S. Catharinæ Senen. p. 2. cap. 6.

fortitudine insignes calicem hunc intelligant alio prorsus modo quam imperfecti & pusillanimes: quodque his non tantum rogabat ne moreretur, quantum, vt humanæ redemptioni totale daretur complementum; q. d. Transeat iam & absoluatur hominis redemptio, cælorum apertio, culparum remissio, inferni destructio: cum autem hæc pretio sanguinis mei sint adimplenda: spinæ caput hoc terebrent, flagella humeros dilacerent, manus pedesque claui transfigant, morior enim, quia nõ morior; & affligitur cor meum, quia caro mea non affligitur.

Ad cuius confirmationem S. Virgo profert illud quod Saluator noster in mensa Iudæ dixit proditori suo: *Quod facis, fac citius.* Festina opere id exequi, quod corde concepisti. Hanc interpretationem dixit illa R.P. M. Raymundo à Capua tunc Ordinis Generali suoque Confessario cum autem hic illi replicaret, communem Doctorum sensum hunc esse, verba prout sonant intelligenda: nam nostram insinuans infirmitatẽ rogabat posse non mori: respondit valde sublimiter S. Virgo: verba & opera Christi velut vniuersalis Magistri, consequenter esse debent ita generalia, vt in ipsis omnes consolationem, exemplum & instructionem inveniant. Asseris hanc fuisse Saluatoris intentionem, vt debiles in eius oratione pusillanimitati suæ robur

Ioan. 13.
III.
Ita hoc intellexit S. Catharina Senen.

inuenirent: & verum est; porro & hoc pariter verum est quod robustiores inde fortitudinem sibi conquirant: quod non fieret, nisi modo supra dicto verba de feruenti moriendi desiderio capiamus; & ita vtrisque doctrinæ pręclara dedit argumenta. Quid plura? ita censet & interpretatur D. Ambros. *Sed ex mora nostræ redemptionis.*

Et hoc quoque cum pijssimo perpendamus Eusebio Emisse. dum enim Redemptori nostro in Cruce vinum propinatur felle mixtum. *Vinum myrrhatum, felle mixtum, cum gustasset noluit bibere.* Extremis tantùm delibauit labijs, nec ad stomachum transmisit. Quis hoc cum illo non miretur? cum enim tantopere pœnas esuriret, vt se saturum esse illis iam satur diceret: *Saturabitur opprobrijs*, cur & hanc non comedit? Myrrham fugis Domine mi? Modo mihi occurrit quod recenter natus, inter alia gloriæ suæ & dignitatis pretiosa munera Magorũ mystica pietas myrrham obtulerit, & modò tibi viro an nauseam parit? Quomodo auerso illam vultu detestaris, cum manibus pedibusq; confixus illam nequeas auertere? Suspendite censuram: nec enim ab illa fugit, sed cum iam nunc emittat spiritum, & amaritudo hæc & pœna paruo tempore sit duratura, quia iam illi vita terminabatur, ex dolore tam cito transeunte confunditur: quod

Matth. 27.
IV.
Cur Christus myrrham non biberit.
Thren. 3.

quod si multo durasset tempore, ne dubites ad fœces vsque illum epotasset. Ipse loquatur Eusebius. *Gustauit autem, sed bibere noluit: quia mortis amaritudinem, quam gustaturus erat, momentaneam & cito in dulcedinem conuertendam significabat.* Trutinemus illud *Momentaneam & cito.* Si superfluum vitæ illius protracta fuissent sæcula, vel horæ plurimæ, ne dubites myrrhatum vinum ebibisset: sed amor ex tam breui tormento confundebatur, pœnam illi adfert pœna quæ in longum non extenditur, & diuturnam non infert pœnam; opprobriis saturatur dilatatis sed momentanea ac cito transeuntia illi fastidiunt. *Momentaneam & cito* &c.

EVSEBIVS EMISSE. *Serm. in Ramis.*

Matth. 27.

IV. Cur Christus myrrham non biberit.

Thren. 3.

Sol Græciæ splendidissimus D. Chrysost. obseruauit, quod in profusa illa concione, qua Christus de magnifico suo egit aduentu in die iudicij: fuerunt autem hæc postremæ conciones, quas in mundo perorauit: nihil aliud proposuerit, quam maiestatem, gloriam, iudiciariam potestatem, dominium, thronum nubium, Angelorum societatem. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, & omnes Angeli eius cum eo.* Nouum hoc videtur D. Chrysostomo: cum familiares eius conuersationes, non nisi humilitatem eius spirarent, & ad singula momenta se dicat *filium hominis* & seruum: *Non veni ministrari sed ministrare*, & meam occultare celsitudinem. Quinimo Principem Apostolorum sibi admodum familiarem: quia peracta illa de diuinitate eius confessione, mortem eius impedire velle videbatur, exprobrauit aduersarium; quomodo ergo nunc ille ipse maiestatem publicat & supremum sibi vendicat dominium? Placebit audire acumen D. Chrysostomi. Iam primæ instabant vesperæ Passionis suæ, mors erat in ianuis, & opprobriorum primus audiebatur pulsus: quæ tãto sibi duxit decori, vt illis iam vicinus, non nisi de gloria loqueretur: prius nihil de his inferebat: quia Crux adhuc longe distabat, modo verò cum se proximum illi sciat: opportune. Vnico verbo respondet D. Chrysost. *Crebro gloriæ meminit: quia Passionis tempus iam aderat.*

V. Proximus Passioni gloriæ meminit.

Matth. 25.

Matth. 16.

Nota.

D. CHRYS. *Ho. 80 in Matth.*

Ex prædictis fundamentis secunda pars discursus suum habeat responsum. Quæro igitur ô Christiane: qui fieri potest, vt peccata committantur præmissis tot tantisque amoris signis eminentissimi? Iam Deus mortuus est & resurrexit: & adhuc peccamus? quis hoc credat? Ploremus cum D. Bernard. *Proh dolor, peccandi terminus, terminus recidendi, facta est Resurrectio Saluatoris.* Fundite lachrymas: etenim ex Resurrectione & victoria Christi sumpsit anima recidiuæ prin-

D. BERN. *Ser. 1 in die Pascha.*

principium, & Domino resurgente multi relabuntur. *Ex hoc nempe comessationes & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitiæ repetuntur, & luxantur concupiscentijs frena; quasi ad hoc resurrexerit Christus, & non magis propter iustificationem nostram* Qui obsidione premuntur, hoste circumquaque ciuitatem corona militari cingente, portas occludunt, muros instaurant, præsidia requirunt, alimenta congerunt; vel sicut illi, qui multo tempore conclusi latuerunt, demum soluti ab ambulando non saturantur; ita quibusdam videtur obsidio, & clausura fuisse sanctum. Quadragesimæ tempus, confessio, abstinentia à cibis & peccatis: & toti anheli aspirant ad Paschæ lætitiam, vt quæ prius reliquerant, denuo repetant: iam tamen inceptum melioris vitæ prosequi deberent tyrocinium: vt eleganti sententia monuit D. Hier. *Non enim ex fide licentia nascitur delinquendi; sed ex dilectione fidei voluntas boni operis augetur.*

VI. In Resurrectione Christi multi relabuntur.

D. Hier. l. 1. in Ep. ad Galat.

Præclarissimus mihi occurrit Theodoreti conceptus: locum hic explicat Leuitici: quo Deus præscribebat: vt si in oblatione sacrificij sanguis iugulati animalis quempiam ex assistentibus macularet, ille eo tempore sanctificaretur, & in templi ius cederet, teneretur que in eo ministrare, vel carnem tangendo vel sanguinem, donec lauaretur. Verba legis sunt hæc: *Quidquid tetigerit carnes eius sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto.* Domine, quid hoc tanti refert si vel vnica gutta inaduertenter illum commaculet? Multum per omnem modum: etenim sanguinem exprimebat diuini Agni sine macula Christi, & quicumque illo fuerit redemptus, & intinctus, adeo sanctus tenetur esse, vt nec aliam domum præter Templum inhabitet, nec quidquam aliud agat, quam soli Deo intendere: post cuius mortem quasi omnis aufertur illi peccandi possibilitas. Loquatur ipse. *Hunc autem qui ausus appropinquare, guttas sanguinis receperit, præcipit in Templo sedere, quasi sui Dominus amplius non sit.*

VII. In Paschate quales esse debeamus.

Leuit. 6.

Theodor. ibi.

Eius auxesim ministret nobis ingenium D. Augustini. Discurrit circa mysticam illam piscationem factam in Mari Tiberiadis Christo iam rediuiuo per Apostolos eodem ipso illis hanc imperante, qua factum est vt multitudinem caperent piscium copiosam, cum tota nocte in vanum retia laxassent. Iniungit vt ad dexteram nauigij retia expandant. *Mittite in dexteram nauigij rete & inuenietis.* Hanc piscium capturã confert D. Aug. cum alia cuius meminit D. Lucas: in qua nec dexterũ nec sinistrum illis latus assignat, sed tantum: *Laxate retia vestra in capturam.* Quænam, amabo, tibi videtur causa differentiæ? Hæc illa sub-

Nota VIII. Apostolorum piscatio mystice declaratur.

D. Augus. Ser. 148 de temp fer. 4. Paschæ.

Ioan. 21.

Luc. 5.

la subsecuta est eius Resurrectionem: hæc vero præcessit: D. Lucas Christum refert adhuc mortalem D. Ioan. iam gloriosum: quando mortalem agebat Redemptor vitam, omnes intrabant rete: boni, mali, iusti & peccatores: & proinde in omnem partem rete laxatur; sed post Passionem eius & mortem, ad manum tantum dexteram sagena mittitur: quia secundum omnem iustitiam, nulla deberet modo esse manus sinistra, nullaque crimina: dum homo tam ardenti & diuino amore deuincitur. Habeo quem vobis profero D. Aug. *In prima piscatione non illis dixit: Mittite retia in dexteram aut sinistram quia si diceret: In sinistram, soli mali significarentur: si diceret, In dexteram, soli boni figurarentur. Ideo non dixit, vel in dexteram, vel in sinistram: quia permixti erant capiendi boni cum malis. Iam modo post resurrectionem, qualis erit Ecclesia audite; discernite, gaudete, sperate, comprehendite: mittite, inquit, retia in dexteram partem. Iam dexteri capiuntur, nulli mali timeantur.* Omnes iam in Ecclesia pertinere deberet ad beatum sortem, quia moriente Christo, omnes culpæ mortuæ sunt, & percussio illa qua mortuū Christi corpus in latere apertum est, nostra percussit crimina, ne plura denuo committerentur.

Nota VIII. Apostolorum piscatio mystice declaratur.

D. Avgvs. Ser. 148 de temp fer. 4. Pascha.

Sit igitur vera nostra Resurrectio: sunt etenim aliæ falsæ & apparentes, vel quibus ad mortem denuo fit relapsus. Multi è sepulchro surrexerunt, sed mortis tributum bis soluerunt; Christus autem nequaquam. *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur.* Opinantur nonnulli quod in morte Lazari idcirco lachrymas fuderit, quia sepulchrum esset repetiturus, quem nunc ex illo resuscitabat. Quantò satius fleret (si iam non esset impassibilis) dum luget his festis Paschalibus multos rediuiuos denuo morientes? *Si consurrexistis cum Christo* (clamat & hortatur D. Paulus) *quæ sursum sunt, sapite.* Pateat ex dotibus, cum quibus resurrexistis, quàm constans sit vestrum cum Deo sponsalitium. Quatuor illis fulgere debet anima vestra, ad imitationem corporis gloriosi. *Claritas.* Sublimis Dei cognitio, cum tot manifestis signis. *Agilitas*: festini, & veloces estote in iis quæ diuinum spectant obsequium. *Subtilitas*: nam parietem absque vllo impedimento corpus penetrabat gloriosum. Optimum signum si cunctas euincas difficultates, & nemo tibi remoram iniiciat. *Impassibilitas.* Vnica mors sit mundo, qua soli Deo viuas in æternū. *Vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.*

Rom. 6. IX. Pateat hoc ex 4. dotibus.

Colos. 3

2. Cor. 5.

Modo verbum vnicum dicamus de gaudio SS. Virginis Mariæ; nam solum Mariæ nomen, liceat mihi dicere, sufficiebat vt

tres illæ Mariæ primum sibi locum in Resurrectione vendicarent; in qua docet Ecclesia cælestem hanc Reginam, nostramque Dominam, primam fuisse quæ filii sui iam rediuiui gloria fruebatur. Profluebat aquarum impetu pusio tenellus Moyses fiscella scirpea conclusus, currit germana soror ad Principissam, cui infantis faciei venustas mirum in modum placuit, vocat illa matrem suam, vt infantem enutriat, & cui, ignorans quid ageret filia Pharaonis illum tradit. Moyses in Nilo (ex opinione SS. Patrum S. Basilij Hom. 14. & D. Nysseni lib. de vita Moysis, D. Bernardi Serm. 1. in Octaua Paschæ) Christus est in morte, fiscella est sepulchrum, fluuius successit Passioni. *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Quando autem Pharao omnium crudelissimus, Synagoga inquam omnium ingratissima sibi persuaserat, eum modò extinctum, educit eum de sepulchro Dei prouidentia, Matrique tradit, vt secundò sit eius filius, quem inter brachia sua velut enutriat deliciis & dapibus, quibus anima eius demulcetur, & cor absorbetur. Nostram speremus Resurrectionem hic per gratiam, & in futuro per gloriam: *Ad quam nos perducat, Iesus Mariæ virginis filius.* Amen.

X. De B. Mariæ gaudio. Allegoria.

Psal 68.

CONCIO

CONCIO OCTAVA
DE ADMIRABILI ASCENSIONE D. N. IESV CHRISTI

Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. Marci vltimo.

SALVTATIO.

ADuertit lucidissimus Græciæ sol D. Chryso. in hac festiuissima solemnitate, itinerarii Saluatoris nostri clausula, & vltimo peregrinationis eius termino, nec non corona præmioque laborum, pœnarum & calamitatum eius: exoriri sibi occasionem, in qua verborum, orationis & vniuersale prædicationis necessarium seruandum esset silentium: & quamuis in aliis Domini nostri celebritatibus, fandi detur plenissima Prædicatoribus potestas, hic tamen in illis non nisi animi suspensiones, extases & admirationes decet inueniri: illis inquam, qui piè, dignèque admirabilem hanc Domini celebrant Ascensionem.

Porro cum festum hoc nostram includat dignitatem, humanamque felicitatem, iucunda postulat ab homine signa lætitiæ: quandoquidem supremus omniũ Triumphator æthereas transeat regiones, corda euellens Apostolorum, quos in eum transfert amor Ascensionis huius spectatores. Loquatur de se D. Chrysost. *Quem ad modum loquar ignoro, quo sermone vtar, quo verbo dicam, recipere non possum: nam fragilis natura contempta, & omnibus monstrata inferior, omnia vicit, omnibus meruit excelsior reperiri.*

D. Chrys. Serm. de Ascens. Domini.

Quando diuinus ille Ioseph tubis resonantibus: *Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ*: currum ascendit æterni Patris, quando Principes & Dominationes obedientiæ præstant iuramentum Christo Deo, & homini,

Psal. 48.

in Christo throno sed & diuino: nube vehitur, quæ radios eius ardentissimos attemperat, vt eum Apostoli cernant ascendentem, & inde ego solamen accipiam cui mens est triumphos eius describere firmiterque credã, quod fauente mihi nube Maria Matre triumphatoris sanctissima, gratiam sim affecturus, qua de eius gloria dignè loquar & congruenter: proinde Salutationem præmittamus Angelicam. *Aue Maria.*

Discursus I. *Tanta Christus ascendit maiestate, tantumque mors sua eum extulit, vt ad triumphalem eius ingressum, non aperiantur, sed tollantur cælestes portæ: etenim illum non capiunt, qui certo quodam modo de terra maior reuertitur (sit venia verbo) quàm de cælo descenderat.*

HOnoris dignitatem quam ad Patris cælestis dexteram hodie consequitur gloriosa filij Dei humanitas: commoda & vtilitates quibus in triumphali eius ascensu, homo potitur, quibus Deus suas perpetuò glorias copulauit, absentiam Christi de cælo, quæ illi, sicut & sponsæ suæ Ecclesiæ plurimum referebat, atque ab illa quoque, vt in cælum sublimaretur: perpendit D: Bern. eleganti sane sententia, cui præsentis discursus titulus immitetur. *Eleuatus est sol in ortu suo, incaluit & inualuit: dilatauit & multiplicauit radios super terram, nec est qui se abscondat à calore eius.* O sol venustissime, qui summo impetu radios tuos euibrasti, quibus te quis esses, reuelasti, nominis tui famam extendisti, præclara tua facinora multiplicasti, & consequenter hominem tui amore feruentem in tuam attraxisti sequelam! Duo profert hic D. Bernard. nimirum Ascensionem in maximam Christi cessisse auctoritatem, nobis autem in gloriam & honorem. Primum explicemus.

D. BERN. Serm. 3. de Ascensione.

Maxime Christo cõducebat vt quoad corporalem præsentiam de terra discederet. Dauid Rex conceptũ introducat: audiens acclamantes eos Angelos qui comitabantur illos, qui modum recipiendi præcurrebant: *Attollite portas Principes vestras & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Auferte portas Principes vestras, & soluentur portæ æternales.* legit Tertull. vos Principes, qui cælos in splendoribus inhabitatis, portas illas tollite, & cardinibus suis euellite. Non immerito modum admiror loquendi: dicerem etenim: aperite portas, seras eius resoluite, quas sibi culpa conclusit: abscedat Cherubin prohibens ingres-

Psal. 23.

TERTVLL. l. Scorpia. aduer. Gnosticos.

I. Qua ratione tolli iubentur portæ cæli.

ingressum; sed *Auferte*: in quem finem auferentur? Quid cæleste hoc palatium sine portis apparebit? D. Ioannes vidit in eo postmodum duodecim portas. *Duodecim porta.* An fortæ semel sublatæ denuo reponentur? Nequaquam. Facilis est responsio. Morem spectat antiquum, quo triumphatores suas ingressi ciuitates, nequaquam dignitati suę satisfactum arbitrabantur, si portis apertis & dilatatis reciperentur; sed insuper ad maiorem triumphi sui gloriam eas cardinibus suis euellebant, & omnino tollebant. Hinc illud Isaiæ desiderium intelligo. *Vtinam dirumperes calos & descenderes.* Vtinam ô Domine, homo fieres: quia vero actus hic, amoris tui triumphus existit: tanta fiat hic festinatione, vt moræ impatiens, qua cælestes tibi pandantur orbes, eos tu dirumpas.

Apoc. 21.

Isa. 64.

II. Alia ratio.

Sed dicamus potius cum D. Chrysost. sitque hæc secunda expositio: ita loquuntur Angeli: *Tollite, auferte.* Vt enim domus quamdiu portas habet, occludi potest: sed illis sublatis, nequaquam; ita cælum semel modo per Christum homini apertum, cum amplius claudendum non sit, quibus nunc portis indiget? *Iam enim quod claudendum numquam erat, portis non eget.* Et Tertull. ingeniose ruminatus verba illa Vatis Amos. *Qui ædificat ascensum suum in calos, & profusionem suam fundat in terras.* Fundauit super ascensum suum aduentum spiritus S. amorem suum, quem dicit profusionem, nec vllum obstat impedimentum, quo descendat ignis: dicit igitur Doctor Africanus. *Scito & ascensum illum exinde complanatum vestigijs Domini, & introitum exinde reseratum viribus Christi: nec vllam moram aut quæstionem Christianis in lumine occursuram, qui non dignosci habeant illic sed sed agnosci: nec interrogari sed admitti.* Patens adeo planaque mansit via tanto iure ingrediendi humano generi in cælum: vt nulli sit illi obstaculum, nec necesse sit pulsari ad portam, cum nullæ sint, nec præmittendum examen, aut responsum expectandum, sed continuo ingredi homo possit vt amicus & conciuibus illius optime cognitus.

D. Chrys. Ho. 4. in Imperfec. in Matth.

Amos 9.

Tertvll. vt supra.

Nota III. Tertia ratio.

Sed mysterium multo eximius continet illud *Attollite, Auferte*: quia non capit Christum. Quomodo fieri potest hoc? Dum veniret, cepit illum quem ascendentem non caperet: saltem aduerto quod tunc non audiatur: *Attollite portas*, sicut hodie: Difficultatem explicet diuinus ille Theologus D. Gregorius Nazianzenus. *Portis vt attollantur & sublimiores fiant, impera, quo Christum à Passione sublimiorem capiant.*

Nazianz. Orat. 42. in Pascha.

Altius

Altiùs capita portarum attollantur: nec enim iustum est, vt qui triumphator ingreditur, suum ad intrandum inclinet: portæ dirumpantur & prosternantur. Eadem elegantia sentit ita D. Hieron. *Pulchrè leuari iubentur portæ & in sublime erigi. siquidem iuxta dispensationem carnis & mysterium & victoriam crucis, maior regreditur ad cælos, quam ad terram venerat.* Valde concinnè *Pulchrè* cælestes aiunt spiritus *Auferte:* caro quippe mortalis & Crux dedit illi nescio quam sublimitatem, eoque modo erexit, vt solum Deum capere potuerit cælum descendentem, & non capere Deum & hominem ascendentem. Statim eodem loco citato idem pene dicit Nazianzenus. *Qui propter corporis & Passionis signa, quæ in descensu non allata, secum ascendens tulit:* Dubitant num intrare possit, sicut descendit: nam in terram venit nulla secum deferens cruciatuum, plagarum, pœnarumque signa: modo ascendit his insignitus, quibus sublimior erigitur.

D. Hier. Ep. 27.

IV. Vtrum Deus dici possit Dominus ab æterno.

Quærit D. Thom. vtrum titulus ille *Dominus* Deo conuenerit ab æterno, & ita vocari posit? Respondet cum D. August. negatiue: quia vox *Dominus* est correlatiua & refertur ad seruum & obedientem subditum, & cui imperatur; & vsque dum Deus creaturas in lucem produceret quamuis omnipotens in se & Dominus, non tamen ita dicebatur. Et quamuis huic obstare videatur id quod dicit Moysi. *Ego Dominus Deus patrum vestrorum,* cui addit: *Et hoc mihi nomen est in æternum*; respondetur tamen, quod tunc (ô immensam Dei excellentiam!) Dominus esset nihili: ex illo quippe creauit quidquid voluit: quia Dominium est *facultas vtendi re in quemcumque vsum*: sed in prædicto sensu, nullo modo: nisi habeat seruum sibi & obedientem, qui titulum illum & epigraphem impleat. Verba do D. Thomæ. *Licet igitur Deus sit prior creaturis; quia tamen in significatione Domini clauditur quod habeat seruum, & è conuerso: ista duo relatiua, Dominus & seruus, sunt simul natura; vnde Dominus Deus, non fuit Dominus, antequam haberet creaturam sibi subiectam.* Vnde colligit Tertullian. quod S. Eloquium Deum non vocauerit Dominũ primo quintiduo creationis: sed tantum dixit: *Dixit Deus, fecit Deus*: donec sexto die hominem creasset, quo dicitur: *Formauit igitur Dominus Deus hominem*: & respondet ad nostram instructionem: sicut enim vult Deus subditos illi voluntarie & spontanee seruientes: hoc autem sol, luna, terra &c. non faciunt, nisi ex necessitate: sed homo tantum: ita tunc & non ante inscribitur *Dominus.* Verba non omitta-

Exod. 3.

D. Thom. 1. p. q. 13. a. 7.

Genes. 2.

TERTVLL. l. aduers. Hermoge. in initio.

omittamus Tertullian. *At vbi vniuersa perfecit, ipsumque vel maxime hominem, qui propriè Dominum intellecturus erat, Dominus cognominatur.* Si ergo creato iam homine creuerit Dei dominium, quantò magis ex eiusdem hominis redemptione, creuit eius auctoritas & diuinum dilatatum est imperium? Non nisi Angelos habebat sibi comites, hodie homines attollit. *Redit turmis cum duabus, Angelis & animabus*: canit Ecclesia: vnde præclare dicunt SS.PP. quod ob crucis mysterium gloriosior cælos ascenderit, illudque Dauid prædixerit, & Angeli postularint. *Attollite portas, auferte &c.*

In Prosa.

V. Ioseph figura Christi cur differat in venditione.

Ioseph Patriarcha viuam expressit Christi figuram, Iacob patri suo charissimus, obiectum inuidiæ fratribus suis, persecutionis scopus, & Ægyptiacæ famis remedium. Tantum in pretio venditionis conuenientiæ discrepantiam notat D. Ambros. Bis, inquit, Christus venditus est: semel vmbratice in Ioseph, & in veteri testamento: aliàs in seipso & in noua lege. Porro hoc nota discrimen: quod Ioseph viginti argenteis distractus sit Ismaelitis: Redemptor autem noster triginta Iudæis. *Alibi viginti argenteis venditur, alibi triginta; viginti argenteis in veteri testamento venditur, triginta in Euangelio.* Mysterium huius loci in eo consistit, quod vt figura figurato respondeat, si Ioseph viginti vendatur argenteis, æqualibus Christus esset distrahendus: quid igitur denotat, quod viliori Ioseph quam Christus exponatur? Ratio sit hæc: quod Ioseph licet carceribus traditus fuerit, non tamen mortuus sit: & ei qui tantum in vincula coniicitur, & venditur in vile mancipium, sufficiunt viginti argentei; porro Christus venditus ad mortem ex hac in tantam excreuit dignitatem vt pretium eius necessario esset augendum; & dum nos proprio redemit sanguine, pretium sui imperiumque dilatauit. Hæc habet verba D. Ambros. *Viginti aurei pretium seruitutis, triginta aurei crucis sunt: quamuis enim simili modo Assumptionis & Passionis sint admiranda mysteria; plenitudo tamen fidei in Sacramento est Passionis.* Se nostrum exhibuit seruum, & sacrificium nostrarum culparum: sed in quantum seruo viginti argentei iustum erat prætium: verumtamen in quantum Redemptor triginta valet & appenditur: etenim quodammodo pluris valet mortuus: proinde portas illi attollunt; sublimior enim digniorque ascendit. *Attollite portas &c.*

Genes. 37.

D. AMBR. l. 3 de Spiritu S. 18.

Insigne prorsus arcanum detexit nobis Emissen. in eo quod Christi iam crucifigendo purpu-

ram exuerint, qua prius illum induerant. *Exuentes eum chlamydem coccineam* &c. & ait: Non expediebat insignia illa deferre regalia, nec habere alia: mors etenim celsissima erat illi dignitas: proinde dum in ea se Regem ostendit, purpuram non assumat regiam: sic eius habet sententia. *Neque enim conueniebat, vt cum Regio apparatu crucifigeretur: sed humilis appareret in habitu, qui seipsum humiliaverat maiestate.* Quod D. Pet. Chrysologus elegantissime declarauit titulum cruci assignans rarissimum. *Arietem suæ crucis portat, aggressurus infernum. Aries* iuxta Lyran. explicantem verba illa Ezechielis: *Et pones arietes in gyro.* Instrumentum est bellicum ex ligno cui caput ferreum præfigitur quo mœnia ciuitatum fortissimo quatiuntur impetu, cuius loco nunc tormentis vtimur bellicis. Calepinus inquit quod *Arietare* nostro idiomate *Tractum est ab arietum similitudine quorum firmissimum caput & solidissima cornua faciunt vt magno impetu quidquid obieceris, percutiant & deiiciant.* Ait igitur Chrysologus quod velut vadi & sponsori Adam portæ & mœnia cælestis Hierusalem se Christo ingressuro opponerent: quid igitur ille? Crucem tollit in humeros, in ea ascendit, eaque portas arietat, diruit, viamque liberam militibus quibus Dux præibat, pandit: *Ascendit pandens iter ante eos* & cum hæc omnia moriendo præstiterit, maior ascendit: *Attollite portas.* Grauissima verba Ruperti audite. *Caro Christi quæ ante Passionem, solius erat caro Verbi Dei, per Passionem ita creuit, adeo dilatata est, ita mundum vniuersum impleuit, vt omnes electos qui fuerunt ab initio mundi & futuri sunt vsque ad vltimum diem in fine sæculi in vnam Ecclesiam faciat Deum & hominem æternaliter copulari.* Crescis ô Domine, Regnum tuum magnificas, & potentiam tuam extendis: eaque sanctissima caro, quæ nondum passa crucem sola erat, in tantum multiplicata germinauit, vt huius virtute iusti omnes iure gaudeant cælos ingrediendi.

Sed præcedentes phrasi sua antecedit Tertullian. *Subleuatæ sunt portæ sempiternæ vt introiret Rex gloriæ, Dominus virtutum, hominem de terris, imo de inferis mercatus in cælos.* Mercatorem appellat Christum quo nomine seipsum in Euangelio denotat: *Simile est Regnum cælorum homini negotiatori.* Et velut nauta qui nauim hic sibi ad maximum lucrum onerans reuertitur, videtur præ gaudio in domo sua non capi, & dilatatis

Matth. 27.

EMISSEN. *Do. in Ramis.*

VI. Cur Christus moriens purpuram exuerit.

CHRYS. *Serm.* 123.

Ezech. 4.

GLOSSA *ordina.* & LYRAN. *in c.* 4. *Ezech.*

VII. Crux eleganter dicitur Aries.

Mich. 2.

RVPERT. *l.* 2 *de diuinis Offic. c.* 11.

TERTVL. *l. de fuga in persecut. nu.* 87.

Matth. 13.

tatis cordis sui finibus non consistere : ita Christus pluribus onustus quam attulerat mercibus reuertitur, nec eum modo capit cælum, nisi tollantur portæ & pandatur ei via latior. *Hominem mercatus* ditissimas lucratus est merces. *Attollite, auferte portas* : quod alio verbo confirmat alius Doctor Africanus & Martyr D. Cyprianus. *Hodie gauisus est Pater hereditate amplificata, sobole multiplicata* : omnes hi termini augmenta lucraque significant.

VIII. Quarta ratio.

D. Cypria. Serm. de Ascens.

Ex prædictis patet mihi ratio quam præter alias assignat Doctor Angelicus hodierni discessus Christi Saluatoris, præsentiam suam corporalem nobis auferendo, in clarissima fundata Philosophia. Omnibus creaturis dedit Auctor naturæ locum & habitationem conditioni earum & statui conformem : hominibus & animantibus terram, piscibus mare, auibus aera : & si hæc naturam mutarent, necessario etiam locum mutarent : sit exemplo : Sol radiorum suorum efficacia de terra & aqua sursum attollit vapores, cum terra & aqua sint in loco inferiori : porro dum earum esse mutatur & subtilius efficitur, conuertuntur in aquam, & ascendunt ad regionem suam. Locus proprius carni hominique viatori, terra est : quod si caro hæc & homo glorificaretur, mutaret locum suum. Christus mortalis & passibilis viuit inter nos & cum terra complectitur : verùm modò gloriosus tantoque lucro diues, angustam nimis sibi censet hanc habitationem: quocirca cælum vt proprium sibi petat habitaculum. Habeo huius testem D. Gregor. *Carnis cum locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cælo collocatur* : attollantur illi portæ & auferantur.

3. p. q. 57. a. 2.

IX. Ratio discessus Christi ex Philosophia.

D. Greg. Ho. 9. in Euang.

Epilogum huius discursus habeat acumen D. Augustini. Absorptis hoc spectaculo Apostolis Magistrum suum cernentibus nubes has penetrantem, notaque illas luce perfundentem, atque ex ea absentia lachrymantibus, accurrunt adstantque consolatores Angeli. *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum.* Legit D. Augustin. *Hic est Iesus.* Detergantur ab oculis vestris ô Apostoli, lachrymæ, ex iusto adeo mœrore profusæ, temperate tristitiam : hic enim Dominus qui ascendit, Iesus est. Quænam obsecro ratio est cur hoc illis reuocetur in memoriam, quod absque vlla norunt dubitatione? Num fortasse eius obliti erant? Non erant : multo

Nota.

Act. 1.

 quippe

quippe tempore cum eo fuerant amice conuersati. Iam illis benedictionem suam impertierat, iam complexus fuerat, & dicitis ô Angeli, *Hic est Jesus? Quasi illi non scirent, quia ipse erat Iesus* (inquit D. August.) *quia paulo ante eum non viderant? Secum loquentem non audierant? Ipsi ergo nesciebant quod ipse esset Iesus?* Vtique sciunt. Sed tanta sursum ascendit gloria, vt si fieri posset, illum non agnoscerent, dum illum nunc maiorem cernunt quam antea, & festiuiori longe dignitatis apparatu ascendentem. Eia igitur. *Attollite portas, auferte portas.*

D. AVGVS. Psal. 46.

Discursus II. *Distulit Christus discessum suum in cælum quadraginta diebus: quia licet in illo nequaquam, in nobis tamen ascensus immediate post resurrectionem, & absque vlla temporis mora, solet communiter minus esse securus.*

INter alias rationes quas profert D. Thomas, cur mora quadraginta dierũ post resurrectionem expedierit, hæc notanda venit: *Ascensionem distulit vt veritas resurrectionis comprobaretur*; adducit autem glossam dicentem: quod sicut mortuus quadraginta horis mansit in sepulchro, ita ratio suadebat, vt quadraginta dierum tempore, viuere se declararet. Fodinæ huius ditissimæ venam indagemus. Percunctor ô Doctor sanctisime: nam gloria Resurrectionis euidentius non appareret, si immediate post resurrectionem cælos repeteret victor inclytus insignes sibi glorias, & immediatos accumulans triumphos? Ipse D. Thom. obiectioni suæ satisfaciet. Asserit Redemptorem nostrum vsque ad trigesimum ætatis suæ annum nullum edidisse miraculum, quo se manifestaret: sed primicerium fuit conuersio aquæ in vinum ad nuptias in Cana Galilææ, teste eiusdem scriptore D. Ioanne: *Hoc fecit initium signorum Jesus.* Quænam igitur subesse poterat causa nullum patrandi, infinitam illam constringendo potestatem, & Oceano bonorum ac misericordiarum fluxum suum cohibente? Respondet: hoc ea fecit ratione, vt tanquam verus homo crederetur, teneram & infantilem ætatem silentio transigens, aliorum more puerorum: quem si viderent puerum à communi agendi modo discrepantem, humanitatem eius haberent suspectam, & de corporis veritate non leuis oriretur suspicio: quod vanam potius vmbram arbitrarentur.

D. THOM. 3 p. q. 57. a 1. ad 4 & super 1. c. Ioan lect. 14.

Ioan. 2. I. Cur Christus tam sero edidit signa?

rentur. *Ideo autem non fecit miraculum medio tempore, vt non putaretur mysterium Circumcisionis & Incarnationis phantasma esse, si non se habuisset ætate sicut alij infantes.* Dixissent: infans ætate, vir autem consummatus operibus: extra vulgarem agendi stylum: periculum infert, & de rei veritate generat suspicionem. *Phantasma esse.*

II. Ob eandem rationem terra creatur vacua.

Hunc ordinem notamus in natura, de imperfecto ad perfectum per gradus: & quamuis hoc in Christo non requireretur, cum esset ipsa perfectio & totus consummatus: voluit nihilominus nobis ad doctrinam per hæc transire media, vt dum aliquem videmus his prætermissis ad extrema peruenire, de veritate sumus anxii.

Ioan. 2.
I. Cur Christus tam sero edidit signa?

Creauit Deus & cælum & terram quasi in pictura & vmbra, & ita reliquit: *In principio creauit Deus cælum & terram: terra autem erat inanis & vacua.* Nullo ornatu decora, compositione & pulchritudine: pateant primò cæli isti impoliti & terra difformis: nam iis quæ postmodum in illa & illis statuit, sole, luna, planetis, plantis, floribus vltimam suam acceperunt perfectionem: *Omnis ornatus eorum.* Numquid forte defectum hic in Dei omnipotentia arguimus, quæ tempus mundi compositioni non seruauit? Absit hoc. Sed vt videntes cælum & terram diuerso in rei statu & absque ornatu aliquo, postmodum verò decore vestita, mortales cognoscerent mundum ab æterno non fuisse, prout Deum fuisse credimus, sed suum habuisse principium: solus quippe Deus fuit, est, & erit immutabilis, ac permanens, nec vllum est tempus ei prius aut posterius, quod in cæteris rebus agnoscimus: si vero tale non agnoscimus, parum securas esse arbitremur. Non omittamus loquentem D. Ambros. *Ideo primò facta postea composita declarantur, ne vere increata & sine principio crederentur, si species rerum velut ingenerata ab initio, non postea addita viderentur:* lineamenta variosque tractus paulatim superaddens, vt verè esse indicarentur, & perseuerarent: quod enim hac non procedit via, aberrat, paruamque de se promittit securitatem.

D. Ambr. l. 1. Hexa. c. 7.

Præfatus Antistes & Doctor Mediolanens. interpretatus vocem illam imperiosam qua Deus telluri præcepit, vt plantas produceret, arbores germinaret, fructusque gigneret: *Germinet terra herbam viuentem, & lignum pomiferum &c.* sic ait. *Quam decorum autem, quod non statim fundere terras semen iussit & fructus: sed primum germinantem*

Gen. 1.
D. Ambr. l. 3. Hexa. c. 9.

re, deinde herbescere campos statuit; postea secundum proprietatem sui generis semen adolescere. Fructus per varias dispersit ætates; fasciolis inuoluuntur, quando germinare incipiunt: adolescunt dum eorum gemmæ prodeunt, iuuenescunt dum folia sua explicant; dum autem fructum proferunt senectus dicitur dum maturescunt: per spatia igitur temporumque distinctiones, non vnico impetu vnaque hora natura operatur: in omnibus quippe suum sequitur Creatorem. Ab ore nostro mel illud Ambrosianum non effluat quod in eo maxime suaue eructauit. Postquam in cælo aperta & reserata fuerunt septem illa sigilla libri clausi, quem vt talem conspexit amoris Discipulus D. Ioannes, testatur auditas fuisse septem voces velut tonitrua: cum autem calamum aptaret scriptioni eorum quæ audierat, prohibet illum Angelus. *Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere.* Ioannes attolle brachium: nam quidquid vidisti iussus es scribere, & memoria retinere: porro quod modo in tonitribus audiuisti relinque ita, *Noli ea scribere.* Res notatu digna. Cur ea scribere prohibetur? Certum est, accedere non potest, cum inter vnum & alterum intercapedo

III. Nemo repente potest esse perfectus.

Apoc 10.

sit infinita, ad illud quod in exordio Euangelii sui scribit. *In principio erat Verbum,* &c. Vt permittatur illi calamumque accipiat quo diuinitatis describat arcana, neutiquam vero ad hæc tantò minora, quantò ea licet considerare, quis hoc capiat? Quæ sunt hæc tonitrua? Quæ voces quas emittunt? Quid loquuntur vt eius mysteria nefas sit exarare? Respondet D. Ambros. Cæli, vnde voces illæ erumpunt, sunt Apostoli: nec opus est probare eos esse cælos, cum crebro tales nuncupentur. Ita nobilitauit illos Propheta Dauid: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Tonitrua quæ in altissimis audiebantur fragore & strepitu nubes, vbi generantur, perrumpendo, sublimissimæ sunt veritates quas prædicabant, hominibus cæli viam, & consequendi illud medium demonstrantes. Dum igitur Angelus Ioanni mandat ne illas exscribat, ratio est; quia Apostoli præceptum successoribus suis ac Euangelii ministris reliquerunt vt quos de nouo ad fidem conuerterent, non aspero verborum tonitru terrerent, quasi vno die perfectionis apicem attingere deberent: sed tempus expectarent, & pedetentim eos blande, comiterque erudirent. Et quemadmodum tonitru in altissimis auditur, nempe perfectionis

Ioan. 1.

D. Ambr. In Apoc. c 10

IV. Allegoria.

Psalm 18.

D. Bern. Ep. 8 ad Brunonem

V. Consilium D. Bernar. de hoc.

ctionis culmine debitaque celsitudine, ita communiter paulatim sensimque illam intendant, ordine nimirum naturali, quem etiam in supernaturali & gratiæ Deus vult obseruari. Placet illum audire. *Vox ergo Ioanni de cælo loquitur ne septem tonitrua scriberet: quia Apostoli qui per cælum designantur, primis prædicatoribus præceperunt, ne nouiter ad fidem venientes, subitò ad celsitudinem virtutum ascendere cogerent.*

D. AMBR. In Apoc. c. 10

IV Allegoria.

In consilium adhibuit D. Bernardum Bruno electus in Archiepiscopum Coloniensem vtrum onus sibi impositum acceptaret; cui ita respondet. *Quæris à me consilium vir illustris Bruno; an volentibus te promouere ad Episcopatum, acquiescere debeas? Quis hoc mortalium diffinire præsumat? Deus forsitan vocat: quis audet dissuadere? forte non vocat: quis appropinquare consulat?* Consilium exposcis, & quis in hoc casu tibi dare queat securum ac prudens quo rectè scopum attingas? fortasse te Deus ad hanc erigit sedem, & quis tibi ne sedeas, audeat dehortari? fortè non ille sed homines, & quis non fugam tibi suadeat? Asseris mihi quod vsque modo de correctione vitæ, acquirendis virtutibus, morumque reformatione parum profeceris, quæ tamen omnia status adeo perfectus in homine requirit. Aduerto autem quod nullo intermedio tempore ex tam abiecto humilique morum statu ascendas ad tam sublimem, qualem Episcopale denotat officium. Hoc me suspensum habet. *Horreo inquam, considerans vnde, quo vocaris; præsertim cum nullum interuenerit pœnitentiæ tempus, per quod vtrumque huiuscemodi periculosissimus transitus fiat.* Periculo non caret saltus hic adeo repentinus, vnde & quo: heri sæcularis, hodie Episcopus: mane peccator, ad vesperam perfectus: nisi forte Deus breui pœnitentia, diuturna compenset crimina.

D. BERN. Ep. 8 ad Brunonem.

V. Consilium D. Bernardi de hoc.

Quod si ad tui excusationem mihi protuleris Ambrosium, qui de sæculari ac forensi iudice transiit in Archiepiscopum Mediolanensem; respondeo: sanctitatem hic coluit à primis vnguiculis, qua non obstante, nosti quantâ diligentia dignitatem studuerit euitare. *Sed etsi occurrat de Ambrosio, quod de tribunalibus ad Sacerdotium raptus fuerit: Nonne valde confortat cum à puero mundam in mundo duxerit vitam: & sic etiam fuga & late-*

VI. Respondetur exemplis.

latebris multisque dissimulationum modis declinare conatus sit. Si replices Saulum vno instanti à Deo mutatum in Paulum, orbis magistrum, Apostolum & vas electionis: non tamen euincis: quia in Saulo prætenditur ignorantia, non malitia, sibi persuadente prudenter se agere, si legis Mosaicæ adeo feruenter prosequeretur obseruantiam. *Si de Saulo factus quoque repente* Paulus *vas electionis, repente Doctor gentium in exemplum adducitur: hoc exempli euacuat similitudinem: quod ille idcirco misericordiam consecutus sit: quia ignorans, ipso teste, peccauit.* Si Matthæum addideris de publicano in Apostolum repente transformatum: tibi respondebo: quod priusquam à Christo mitteretur prædicaturus, illudque audiret. *Ite in vniuersum, prædicate Euangelium*: multo illi tempore comes adhæserit; quid plura? Deus operis huius auctor erat: quem nemo certis constringat limitibus. *Video tamen Matthæum ad Apostolatus culmen assumptum: sed hoc me rursum conturbat: quod non prius audierat cum cæteris Coapostolis suis: Ite in orbem vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, quam egerit pœnitentiam multo tempore, ac labores sequendo Dominum quocumque iret, permanens cum eo in tentationibus suis.* Tandem concludit: nescio quale tibi dem consilium: negotium enim hoc valde arduum est, de vno ad alterum statum ita festine transire. *De regione dissimilitudinis in terram viuentium, & de luto fæcis in paradisum voluptatis.*

Apposite D. Gregor. Nazianzen. adducit fabulam de gigantibus, quos euulgabant *Vna die satos atque editos*: similitudine pictoris, qui mollendis ac temperandis coloribus diutius insudat, hæret in protrahendis lineis, nec vnico penicilli tractu absoluit imaginem. *Nec pictor est, qui non prius colores temperat multos, & delineat figuras. Cathedra vero sine vllo acquiritur labore* (loquitur de illis qui nullis præclaris meritis, nullisque diuites talentis acceptant officia) *non secus ac cum fabulæ gigantes fingunt, vnius diei sanctos efficimus.* Sancti vnius diei D. Nazianzeno tuti ac securi non habentur: adsit mora temporis, & constans pateat in pietate perseuerantia.

NAZIAN. *in laudem* D. BASIL.

Potissimum autem D. Ambrosius mysterium aduertit in verbis Dauidis quibus proprietates describit viri qui pleno ore cunctisque vocibus vocari potest iustus ac beatus. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.*

sedit. Dicito nobis ô propheta sanctissime, quomodo loqueris in præterito: Non abijt, non stetit, non sedit? Cur in præsenti non enuntias: non abit, non stat, non sedet? *Quid sibi vult quod maluit dicere, non abijt, non stetit de præterito, cum potuerit dicere: Beatus vir, qui non abit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stat, & in cathedra pestilentiæ non sedet?* Aures ad eius doctrinam arrigite. *Vide dogma: non enim statim beatus, qui non est impius, aut peccator, propter incerta exitus.* Potest quisquam, & quotidie contingit, esse hodie sanctus & cras peccator cum tanta adlaboret in actionibus suis instabilitate: non quia eum modo bonum advertis, proclames eum vt beatum: longa quippe est via: & si bene inceperit, aut medium iter percurrerit, infaustum potest sortiri exitum. Transeat, & currat in stadio virtutis non aliquo tantum tempore, sed tota vita sua, vt laude sit dignus. Et concludit D. Ambros. *Ergo dum in hac vita quisquam est, non potest definita prædicatione laudari.*

D. AMBRO. *in Ps.* 1.

VII. Quis dicendus sit iustus.

NAZIAN. *in laudem* D. BASIL.

Porro sibi obijcere videtur D. Ambros. quomodo multi seipsos adhuc viuentes laudarunt? Audite Apostolum Ecclesiæ D. Paulum sui deprædicatorem. *Veniam autem ad visiones & reuelationes Domini*, &c. *Semel lapidatus sum*, &c. Raptus fui in tertium cælum, consolationibus abunde cælestibus, tribulationes pro Euangelij prædicatione perculi grauissimas. Sed dubij solutionem, inquit D. Ambr complectitur Apostolus. An eum sui præconem audisti? Audi quod de se proferat testimonium. *Quotidie morior.* Mortuus sum, quamuis viuam: vt aduertant, quod si laudes meas decantem, hoc faciam post mortem meam: ne habeant illas vt parum tutas, & multo satis tempore pro illis non laborauerim, quò redduntur securæ. *Et ideo malebat Apostolus quotidie mori, vt vitæ suæ meritum comprobaret:* atque idcirco etiam Redemptor noster tempus extendit Ascensionis: *Vt veritas Resurrectionis comprobaretur:* inquit D. Thom.

VIII. Talem se D. Paulus prædicat.

1. *Cor.* 13.

D. AMBRO. *in Ps.* 37.

Discursus III. *Quadraginta horas quibus Saluator noster iacuit sepultus, quemque luxerunt Apostoli, compensat quadraginta dierum visitatione: vt enim Deus in rigoribus ac seueritatibus contractus est, ita est in delicijs & misericordijs effusus.*

MElle suauior D. Ambrosij Antistites eloquentia discursui det exordium. Citat Dauid ad se Ioab legionum suarum protoducem, illique mandat vt censum ineat omnis populi, totumque lustret regnum, quinam in eo milites conscribi possint. Cui Ioab: Attendat Maiestas tua victorias Israel, vt longâ docti

I. Dei misericordia probatur in Dauid.

sumus experientiâ, diuinæ magis adstrictus esse protectioni, quam inuincibili brachio, humanæque defensioni; quocirca meo iudicio, mandatum hoc regale suspendatur. Non cedit rationi Rex, sed suam iubet in hoc impleri voluntatem. Proficiscatur Ioab, mandatum exequitur, delectum facit populi, tantumque commouetur Deus, vt per prophetam suum admiserit Dauidi trium suppliciorum optionem qua in populum sæuiret, & quam ipse iudicaret toleratu leniorem. *Trium tibi datur optio.* vel tribus annis in regno tuo famem, vel tribus mensibus hostium incursum, & vastationem, vel triduanam pestilentiam. Vltimum elegit supplicium, vtpote flagellum Deo magis immediatum, & à benigna manu infligendum: & cum illi triduum proposuisset, pestis eo ipso quo cœpit desijt nec integro perseuerauit die D. Ambros. *Nam qui proposuerat mortem triduo exercere in terra, ne vnum quidem diem passus est præterire.* Miratus est D. Ambros. & quasi diuino consulens honori, ne quis peruersus ac blasphemus improperaret, Deum verbo suo non stare, præclarissimam hanc subiungit sententiam. *Numquid aliquid miserationis est crimen: quia plus minatur & minus exigit, qui in remuneratione præmiorum sua promissa custodit, in exactione pœnarum præscriptum remordet?* Nullus hanc misericordē conditionem culpet;

1. Paral. 21.

D. Ambr. in Ps. 37. in initio.

Deo quippe innatum est, in supplicijs se cohibere, sicut in delicijs extendere. Si promiserit triduanam misericordiam, vt verum assero, transibit illam & conuertet in sæcula: sed quoad seueritatem iustitiæ *Præscriptum remordet.* Viscera eius prædictam non patiuntur executioni mandari sententiam. Quibus hoc addit. *Cum irascitur in reum, differt: cum miseretur properat vt absoluat: terret vt corrigat, præuenit vt ignoscat.* In seueritate mora extenditur, & in misericordia præscinditur. Non hoc credenti fidem faciat filius ille prodigus, quem adhuc longe absentem misericordiæ pater misericorditer aspexit. *Cum adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius.* Atque ex eo tantum quod illi se præsentauerit, ab eo in gratiam receptus fuit. *Misericordia motus:* non regiam suam spectans dignitatem obuius occurrit illi: *Accurrens:* pudore quippe Deus confunderetur si ad nostrum non festinaret auxilium: quod insigniter notauit D. Pet. Chrysol. *Pater occurrit, sed occurrit longe:* quod si castigaturus accederet, plombeis incederet pedibus morasque necteret.

Nota.

Luc. 5.

Chrysol. Ser. 5.

Statim addit D. Ambros. illud de psalmis: *Calix in manu eius vini meri plenus mixto: verumtamen fœx eius non est ex inanita.* Calix in S. Eloquio tribulationes signat. *Calix in scriptura, pœna vel gladius.* Quamuis ergo bibant mundi peccatores, *Bibent omnes peccatores terræ:* & plures

Ps. 74.

res quam futuri sunt, non eum tamen ebibent: semper fundus erit, & fœx remanebit. *Verumtamen fœx eius non est exinanita.* Gustate Ambrosij dulcedinem. *Ad terrendum plenus est calix, ad feriendum non est exinanitus. Plenus erat calix, cum mors per triduum mandaretur; sed occurrit misericordia Dei, tenuit manum Angeli, priusquam calicem istum exinaniret.* Eandem de Dauid ita prosequitur historiam. Calix plenus triduanam complectitur intentatam à Deo cædem, quem Angelus velut pincerna Dei manu deferebat: bibit ex eo populus, & mortem incurrit: diuina vero benignitas quasi timens ne totum exhauriret, tenuit manum Angeli, cui vas tribuerat. *Tenuit manum Angeli:* triumphum sibi vendicans Dei misericordia. Ilico oculos suos præfatus Doctor conijcit in conuersum latronem; & quando (prout ille iudicabat, & vere sic erat) Redemptor noster eius tantum meminisset, iuxta eius desiderium: *Domine memento mei:* tanta tamen liberalitate erga eum vsus est, vt alium non inueneri titulum quam illi hunc tribuere festinam, velocem, acceleratam & hodiernam. *Ille adhuc rogabat, vt meminisset sui, cum venisset in Regnum: & Dominus cum nondum venisset, ei iam Regnum cæleste tribuebat. Quam velix misericordia, tardius votum precantis, quam remunerantis est præmium.* Hoc latroni satis erat si Saluator noster throno suo reimdens Imperiali sui recordaretur: cum autem diuinæ Christi misericordiæ tarda nimis eius videretur petitio, præuenit eam ac promouet etiam eovsque quo potentis desiderium non poterat accedere.

Nota.

II. Similiter in latrone.

Luc. 23.

Doctissimus Abbas Rupert, exponens illud Micheæ. *Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham.* Iustitia tua Domine in domo Iacob, hoc est *veritas* & misericordia in edibus Abrahæ: quærit quodnam latere potest hic misterium in distributione duorum horum Dei attributorum in duobus Patriarchis: & quod vni conveniat hoc, alteri verò aliud. Quare magis spectat ad Abraham misericordia quàm ad Iacob nepotem suum? Imo vero dixero Iacob abundantioribus fuisse delinitum misericordijs: illi quippe dormienti cæli dilatantur, erigitur scala, visitatur ab Angelis, pater instituitur duodecim Patriarcharum. Sed notandum Iacob vnius tantum gentis fuisse progenitorem: Abraham autem generaliter omnium pater nobilitatur: *Patrem multarum gentium constitui te:* atque in eius primogenito benedictio totius mundi comprehenditur. *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Cum igitur Abraham extensiùs dilatatus fuerit, illi ampliores donãtur misericordiæ. *Misericordiam Abraham.* Hæc nempe perfectio, nostro loquendi modo in Deo magis extenditur.

Micha. 7.

III. Idẽ indicat Michæas.

Gen. 22.

Rupert. l. 3. in Mich. c. 8.

Verba profero Ruperti. *Porro illud animaduertere pulchrum est, quod in plures misericordia, in pauciores autem danda pronuntiatur veritas, dum non dixit: dabis misericordiam Iacob, sed Abraham: Iacob quippe vnius tantum, id est Israeliticæ gentis, Abraham autem pater multarum gentium prædicatur.*

Threm. 2.

Vates Hieremias euersionem deplorabat Hierusalem, aitque: *Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum suum.* Cogitare cœpit Deus qualiter dissiparet propugnacula murosque populosæ illius vobisHierusalem, atque in hunc finem accepit perpendiculum ac regulam: modus hic loquendi normaque destruendi non cuilibet nota est. Ad hoc sumitur ligo, quo fortiora diruendo tabulata domus solo prosternatur, nec aduertitur quo ordine lapides cateruatim corruant. Perpendiculum ædificandę fabricæ seruit: illo cæmentarius vel lapicida curiosè lapidem qui superest adæquat, ordinatè & prudenter. Si Deus igitur euertat & dissipet, perpendiculum non assumat: quod si, non euertit. Et cum ita sit quomodo sibi quadrant: *Dissipare* & *Tetendit funiculum?* Rationem habe. Cum enim supplicium sumendum de Hierusalem futurum esset graue & extensum, ob criminum eius grauitatem: primò manibus funiculum assumit: vt qui taliter eum cernerent, non supplicium sed ædificium esse indicarent; non iustitiam sed misericordiam. Et si quidam notetur rigor, multa perpenditur ratione & mensura, quam in benignitatis suæ non seruat actionibus.

IV. Deus dum dissipat, tendit funiculum. Nota.

Tanto se gradu promouet indulturus, & cohibet puniturus, vt dum necessitas cogit plectendi patrem, ita rem disponat, vt prius generet filios habeatque successores, quibus sit misericors. Hoc egregie perpendit D. Ambros. in proditore fratricida Cain, sanguinis innocētis Abel effusore, quando autem terra erat iam aperienda in linguam versa iustitiam contra homicidam expostulans: adeo lente progreditur Deus, vt illi signum imponat, quo cognitus à nemine occidatur: vel ipsum Cain posuit signum. *Posuitque Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum.* Quæ est hæc tanta mora dum pœna tanto sceleri infligitur? Præpropera sit: nam etiā ipsum elementum, communis omnis viuentium mater, terra eum portare non sustinet. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Quasi confusa quod tanti proditoris pedibus atteratur. Quid igitur hæc dilatio Dei inferet? Audio D. Ambros. Eo tempore Cain nullos genuerat filios, nec posteros habebat illum autem ita punire Deus non patitur: videat primo nepotes suos & semen quibus Deus possit esse misericors, cum illum ex iustitia punierit.

Nota. V. Patrem non punit nisi filijs misereatur. Gen. 4.

Nota.

Neo

D. AMBRO. *Nec Cain parricidij reum, priusquam generaret filios, paßus est interire.* Postmodum moriatur nec prius deficiat; pio etenim Dei animo defectus imponeretur, si videretur illum puniens, nec in aliquo illi innatam sibi demonstrans benignitatem.

Nota. V. Patrem non punit nisi filijs misereatur. Gen. 4.

Origenes commentaria edens super lib. Numeri perpendit præceptum illud Domini exorta iam seditione populi contra Moysen & Aaron de Sacerdotio, Core, Dathan & Abiron in Moysen conspirantibus: vt positis duodecim virgis circa arcam fœderis, illa quæ floruisset, signum diuinæ foret voluntatis, quæ per illam signabatur, & huic annexum esset Sacerdotium. *Et erit homo, quemcumque elegero, virga eius germinabit:* Num. 17. Ita legit ipse, & ait. Aduertant diligenter: etenim probare intendo tantam esse tamque multiplicem in benefaciendo Dei liberalitatem, vt etiam seipsum & promissa sua euincat & præueniat. Nefas esset eius verba subticere. *Sed attendite diligentius, si forte possumus liberalitatem Dei, etiam ipsis suis promißionibus edocere.* Probemus exemplo. Quid Deus promisit? Quod virga eius floreret. *Virga eius germinabit.* Et quid in verbi huius impletione contigit? Videant virgam cum floribus folia produxisse: sufficiebat hoc, imo plus satis erat: insuper & fructum addit: vt ex eo omnibus Dei natura innotescat. Prosequitur Orig.

Orig. Hom. 9. in num. 17. fine.

Nota.

VI. Promittit folia, & fructus largitur.

Hoc est solum quod promisit Deus, vt virga eius quem elegerit, germinet; vbi vero ad rem venitur, vt quod promissum est, ostendatur impletum, non vnum illud quod promissum fuerat, effectum dicitur: sed vide quanta addantur: ait enim; ecce germinauit virga Aaron in domo Leui & produxit frondes & protulit flores & germinauit nuces. Cum ergo de solo germine fuisset promissum; vide quanta largitur Deus, vt non solum germen produxerit, sed & frondes: & non solum frondes, sed & flores, & germanauerunt non solum flores, sed etiam fructum.

His conformiter affirmat idem Orige. phrasim esse Scripturæ, qua præfata declarantur: nam cum de Dei beneficijs sermo incidit, illa Deus per se immediate conferre dicitur, nec ministerio vti alieno: verumtamen vt supplicium inferat & pœnam, per tertiam loqui personam, & alius illa inferre. Occurrit locus Apostoli Pauli, in quo mentio fit de iustis, viuentibus iuxta legis diuinæ præscriptum, quod ipse præmium illis sit retributurus. *His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam.* Porro iniustis & peruersis prius dixerat: *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Non tamen exprimit quis pœnas has sit illaturus: cum ergo de præmijs dicat: *Reddet:* cur non similiter de

VII. Ipse præmia tribuit, pœnas infligunt alij.

Rom. 2.

Rom. 2.

ſupplicijs ? ob prædictam rationem, quam ipſe profert Adamantius. *Quod & alijs Scripturæ locis ſimiliter intelligitur deſignari: ſicut & in primo Libro regnorum, vbi dicit Dominus: Glorificantes me glorificabo, ſpernentes me ſpernentur. In quo euidenter oſtenditur dicere Dominum, eos qui glorificandi ſunt, per ſe glorificandos; de his vero qui ſpernendi ſunt, non retuliſſe ad ſe, ſed abſolute dixiſſe, quia ſpernentur. Si enim vt bona per ſemetipſum præſtat ita & mala per ſemetipſum retribueret Deus, conſequens erat vt quomodo dixerat: glorificantes me glorificabo, diceret & ſpernentes me ſpernam.* Dum loquendi modus mutatur quo iuſtus glorificetur, & dicitur glorificabo eum, quo verò reprobus contemptor ſpernatur alia infertur phraſis, & dicitur ſpernetur, nec à quo ſpernendus ſit, aſſeritur: nobis Dei proprietas & pia eius conſuetudo innoteſſit.

Origе. l. 2. in c. 2. Ep. ad Rom.

1. Reg. 2.

Nota.

Quod non ſolum in operibus, ſed & in verbis vult intelligi, dum eadem ipſe non profert quando rigorem ſpirant, ſed alijs ea committit. Hoc accumen tribuitur D. Chryſoſtomo: nam enodans reſponſum Chriſti ad Apoſtolos ait: quidquid conſolationem habet, ipſe loquitur: expectate in Hieruſalem: vobis enim mittam Spiritum Sanctũ vos corroborantem: *Donec induamini virtute ex alto.* Quando vero reuelandum eſt illis rigoroſum eius iudicium, & qua maieſtate illum viſuri ſint venientem in nubibus cæli iudicem viuorum & mortuorum, hoc ipſis Angelis traditur intimandum. *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum: Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet.* Epilogus ſint verba Chryſoſtomi. *Angeli quod minus eſt dicunt: quod maius eſt tacent: quod enim ſic eſſet venturus quodque idem è cælo foret expectandus eloquuntur.* Non quod in Deo minor ſit iuſtitia quàm miſericordia, ſed noſtro idiomate ſtylum eius deſcribit: nam ſeueritatem committit Angelis edicendam, vtpote viſceribus ſuis minus dignam: vtilia verò ac ſuauia per ſeipſum eloquitur.

Act. 1.

VIII. Suauia ipſe promittit, ſeuera alij indicant.

D. Chrys. Ho. 2. in Acta.

Diſcurſus IV. *Vt erant Apoſtoli tenaciter nimis affixi exteriori conuerſationi ac communicationi Magiſtri ſui Chriſti, eiuſque ſanctiſſimæ humanitati: vt ad diuinitatis amorem adſpirarent, illam in cælum defert, eis affirmans non ſuperuenturum Spiritum Sanctum donec illis ipſe ſe ſubtraxiſſet.*

SIngulare mouent dubium D. Auguſtin. & Bern. eodem plane acumine, & quaſi iiſdem verbis expoſitores verborũ Chriſti. *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Non vos aduentu ſuo viſitabit Spiritus Sanctus donec

Ioan. 16.

ego præſentia corporali me veſtris oculis ſubduxero. Notatu dignum. An fortaſſe eſſe poterant ſibi oppoſiti filius Dei & Spiritus Sanctus vt ſi ille de mundo non diſcederet, hic aduenire non poſſit? *Neque enim* (ita D. Auguſt.) *ſeparabilis eſt à filio Dei Spiritus Sanctus aut impotens erat eo præſente venire, à quo non poteſt omnino diſcedere.* Et D. Bern. *Grande myſterium fratres mei. Quid eſt quod Chriſto commorante in terris, Spiritus Sanctus venire non potuit? An carnis illius conſortium abhorrebat, quæ de ipſo & per ipſum in Virgine & de Virgine matre concepta erat & nata?* An caro illa & SS. Humanitas opere Spiritus Sancti non fuit efformata? fuit: *Quod enim in ea natum eſt de Spiritu Sancto eſt.* Numquid in aduentu amici & in diſceſſu diſcordes? Non, non; quod igitur myſterium? Reſpondeat D. Auguſt. *Quamdiu circa carnem meam occupatur veſter carnalis affectus, tamdiu meam diuinitatem non ſuſcepit ſpiritualis veſter obtutus.* Huic manum porrigat linguamque D. Bern. *Niſi carnis præſentia veſtris ſubtrahatur aſpectibus, ſpiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit, non recipit animus, non capit affectus.* Ratio eſt: quia tantopere exteriori ſui Magiſtri tenebantur conuerſatione, illum audiendo, illique communicando: & amor erga humanitatem ita fortis erat, vt nec diuinitatis quidem recordarentur nec alterius boni quam præſentis & corporalis quo potiebantur. Illo autem tempore quo ſe illis immortalem oſtendebat & glorioſum tam ſublimen interius infudit illis cognitionem huius internæ animæ cum Deo conuerſationis, vt iam cauſam agnoſcerent, qua Chriſtus mouebatur ad dicendum, quod turbaret illos & impediret inordinatus ad corporalem eius præſentiam affectus, cum eminentior cum Deo familiaritas conſiſteret in ſpirituali. Puerierant bullis & crepundijs allecti puerorum: ad ſuperiora tendat, vt eos viros efficiat perfectos, eorum ſecum animos cordaque pertrahens.

D. Avgvst. Serm. 188.

D. Bern. Ser. 6. Hodie.

Matth. 1.

I. Amor nimius humanitatis Chriſti Apoſtolis nocebat.

Fortis eſt murus exterior creaturarum conſolatio, ne anima ad interiorem diuinamque tranſeat. D. Laurentius venetus ſententiam profert, quæ enodata rem nobis optimè declarabit. *Delicata eſt diuina conſolatio & non datur admittentibus alienam.* Vt ſapio ſpectat Eliæ triumphum. Surſum rapitur hic curru igneo, recte congruo verſus cælum, & qui proprietatem ſuam naturalem mutauit: quandoquidem qui leuis adeo tranſuolare debuiſſet, tanto hæreat tempore, vt loquatur ei Eliſæus, eumque videat progredientem, & medio iam vectus itinere diſſoluat eique pallium ſuum adijciat. Hoc nos oportet capiamus. Quæro ô vates ſanctiſſime, an pallium deſeris? Tantumne tibi graue eſt, vt illo amictus currus proficiſci nequeat?

Lavrent. Iuſtinian. Ser. Aſcenſionis.

4. Reg. 2.

II. Nihil ex terrenis appetendum.

Atten-

Attende coram Deo nullos esse nobiles, optetque ille videre saltem pallium in humeris. *Delicata est diuina conuersatio (hila muij delgado Dios :)* nec filum quidam vestimenti de terra potest ille auferre secum, qui cælum petit.

Mulier illam cuius ædibus Elisæus oleum multiplicauit, quo creditoribus suis satisfaceret, audiuit ab eo, vt oleum vasis infunderet vacuis, & deficientibus illis, quibus infunderetur: *Stetit oleum.* Quodnam est illud vas, nisi anima capax diuinitatis? Quodnam illud oleum? charismata Spiritus S. cælestes deliciæ. Dum igitur non est libera, & à terreno affectu soluta, earum capere non potest plenitudinem: quia spiritus & caro, sublime & humile terrenum & æternum, cælum & terra, eadem numquam mensa resident conuiuæ. Exprimat hoc D. Bern. *Impleri autem visitationibus Domini anima non potest quæ distractionibus subiacet: & quantò magis illis euacuabitur, tantò amplius istis implebitur; si multum, multum, si parum, parum: neque enim spiritus & caro, ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur.*

4. Reg. 4. III. Allegoria.

D. Bern. Ser. 3. Ascensio.

Misticum huic addit conceptum discipulus illius Gillibertus. *In lectulo meo quæsiui illum.* Ait anima in canticis. Siste paulisper ô anima. Si lectus cælestis sit sponsi, si Dei nuptiarum thalamus quas tecum celebrauit: ne loquaris nec terminis hoc exprimas munitiuis hi namque auctoritati eius & tuæ derogant diligentiæ: quamuis enim quia tuus est, optime conveniat paruitas: quia vero ad illum dicit relationem, non video quod illi conueniat, aut placeat: ita placet quia eo ipso instanti quo anima loquitur de lecto vbi requiescit, vbi recipit misericordias, & theatrum est deliciarum, denotando quod ibi nec sit capacitas nec sinus terrenis recipiendis, dicat *In lectulo* paruo & angusto sponso quippe valde placet angustus locus, quo se solum brachijs illius innijcit: & nisi talem præpararet, notaretur sponsa vt adultera, quæ plures admittit. *Bona siquidem breuitas lectulo, quæ nescit nisi dilectum suum, id est Christum suscipere. Est enim breuitas, quæ non nisi illum suscipere nouit.* Et ante dixerat quod in isto termino *Lectulo: Ego in hoc verbo coarctationem quandam intelligo, vt soli secum dilecto sufficiat.* Totalis quædam omnium renuntiatio quæ Deus non sunt, necessaria est, quo delicijs eius gaudeamus, bonorumque eius cælestium participes efficiamur.

IV. Cor animæ si lectulus.

Gilleber. Serm. 2. in Cant.

Narrat Euangelista Matthæus, quod. *Videns Iesus turbas multas circum se, iussit eos ire trans fretum.* Insolitum videtur D. Chrysost. hoc Domini præceptum, quo iubet eos à se discedere quos viæ & doctrinæ comites habebat: quandoquidem semper inuenire satagebat occasiones benefaciendi. Et verò non

Matth. 8.

non admiror, inquit: necessarium fuisse Saluatoris nostri mandatum quo illos à se amandaret; quis enim nisi coactus à tali Domino se separaret? *Et certe, quis ab auctore talium signorum non inuitus recederet?* Quis grauem illum aspectum venustumque vultum considerans, oculos suos in eo cernendo non intenderet, quem sibi illisque præsentem haberet: cum eius tantum consideratio & prædictio Dauidem in eius amorem rapuerit. *Nam vt faciendis signis erat mirabilis, sic visu gratiosissimus fuisse traditur, idque ipse Propheta significans multò ante clamauerat: Speciosus pulchritudine super filios hominum.* Deinde binas eius dat rationes: prima erat: qua doceat humanæ gloriæ fugam, cum applausus populi signa eius sequeretur, quæ operabatur. *Docens nihil esse ad ostentationem faciendum.* Altera proposito nostro conueniens, quam velim memoria retineas. *Repellebat igitur turbam, quoniam erant ei affixi, non parum amantes admirantesque ipsum, videreque ipsum semper cupientes.* Ita suspensi absorptique eius conspectu hærebant, ac si clauis eos sibi confixisset. *Affixi ei erant:* nihil eos poterat amouere, tenerè illum diligentes, & perpetuo eius cupientes abtutu delectari. Siccine (quærit D. Chrysost.) meæ affixi estis exteriori conuersationi, amorique humano? Igitur vos à me repello, mare transmittite, vobis vt lauacrum huius

D. Chryso. Hom. 18. in Matth. 5.

Psal. 44.

V. Ratio discursus in alio casu.

Gilleber. Serm. 2. in Cant.

Nota.

Matth. 8.

non integræ perfectionis & adhæsionis has aquas assigno, earum amaritudine dulcedinem luite, quam nullius alterius memores, meæ tantum humanitatis intuitu degustatus: idcirco *Iussit illos ire trans fretum.*

Eleganter conceptum hunc prosequitur Oecumenius in Acta Apostolorum causam inquirens cur Saluator noster his diebus aduentum Spiritus Sancti procrastinauerit: confestim descendat, quid ni? Congruentiam inuenio: quia cum Apostolis tantopere necessaria esset consolatio molestia vtique tanta afflictis ex Magistri sui absentia, optime consolator adueniebat, refrigerium, quies, & afflictorum cordium medicina confortatiua. Absit omnino: nonnullis expectent diebus (respondet auctor præfatus): quia nimis humanitatē amabant Christi, & angustias ac pressuras quibus modo cruciantur, habebunt vt quoddam purgatorium, quo purificetur & soluatur illegitimus ille erga visibilem Dei sui familiaritatem affectus. *Non autem statim descendit Spiritus Sanctus sed post octo vel nouem dies: vt paulultum contristati, & in desiderio ac necessitate promissionis constituti, parum ac perfectum reciperent in eius aduentu gaudium.* Verum purumque gaudium vero puroque amori respondet: & si talis hic non fuisset, illo potiri non potuissent; præparent se. Flammis suspiriorum & affectuum ardo-

Nota.

Oecumen. in Act. 1.

ardoribus: hoc modo & non aliter eius receptui capaces efficientur; quamuis enim Spiritus S. statim illabi potuisset, vt opinor aduentum eius indebita Apostolorum dispositio retardabat.

VI. Similitudo.

Exponamus hoc omnibus noto fidei nostræ dogmate. Dum anima è corpore discedit dissoluto horum duorum amicorum modo, scimus animam iusti morientis in gratia vel cælum sursum ascendere, vel si defectu aliquo minori detineatur descendere in purgatorium, fornacem in qua mundatur argentum, & virtute ignis aurum purificatur. Corpus in terra reconditur, non eo solum quod mater sit communis, quæ nos recenter natos excepit & mortuos expectat, iuxta hoc de nobis Dei decretum: *Puluis es & in puluerem reuerteris*; sed etiam quæ incinerationem illam & ignominiam recipiat eo quod sæpius animam sibi sociam cohibuerit & oppresserit. Considero in Apostolis animam & corpus: sed nec cum illa, nec cum hoc cæli meminerant alterius, quam gaudij illius ex præsentia Christi corporali: paries hic erat ingressum totalem prohibens Spiritus Sancti in corda ipsorum. Decem igitur elabantur dies ardeant interim anima & corpus, sciant esse diuinitatem, aliam esse familiaritatem magis propriam Deique communicationem: vberibus cõsolationis terrenæ renuncient, & cælestis inhient: & si asseclis suis purgatorium statuat aquarum, discipulis suis flammarum assignat. *Vt purum ac perfectum reciperent in eius aduentu gaudium.*

Gen. 3.

VII. Ita docet S. Petrus Damianus.

Litteras dat S. Petrus Damianus Imperatrici Agneti ex eius absentia mœrore tabescenti cum ipse illi esset pater spiritualis, & adductâ historiâ de Elcana viro Annæ sanctissimæ matris Prophetæ Samuelis, quæ vitam suam continua lachrymarum effusione transigebat, donec filio fecundam se cerneret: Principem consolatur allatis verbis quibus Elcana coniugis suæ lachrymas abstergere conabatur. *Anna seu Agnes cur fles? Nonne melior ego tibi sum, quàm decem filij.* O serenissima Imperatrix Deus animæ tuæ sponsus est legitimus, veraque consolatio: cumque ille tibi non sufficiat, quid tanti refert, si tibi cunctæ deficiant creaturæ? Quinimo quia Maiestas tua Cæsarea ad Creatorem aspirat; idcirco permittit vt illæ se tibi subfurentur. Et rationem amplius vrget casum præsentem proferens in argumentum. Quod si præsentia Christi cum Apostolis licet iustis, & gaudium ex eius SS. Humanitate conceptum illis fuerit obstaculo, non exparte hominis Dei, sed ex immoderato affectu ad hæc terrena: quantò magis amor eius quod Deus non fuerit? *Quanto magis necesse est, vt purus homo ab hominum se frequentia subtrahat, quatenus superni muneris capax fiat?*

Nota.

1. Reg. 1.

P. Damian. l. 7. Ep. 6.

Episto-

Epiſtola verò ſequenti Reginæ franciæ ſcribens docet cauſam modici profectus ſpiritualis multarum animarum, & in virtutibus exercitij quo fit vt hodie non magis quam heri ſint perfectiores, eam eſſe quod corporibus feruentius quam animabus afficiantur.

VII. Ita docet S. Petrus Damianus.

VIII. Et iterum. Exponit hoc exẽplo Michol filię Saül Regis, vxoris Dauid, quem tenerrime diligebat, exteriori magis conuerſatione & conditone permota, quam virtutum eius alecta prærogatiuis. *In carne quippe amorem ſuum illa conſtituerat.* Et patet veritas, quando non parum ex viri tripudio corum arca Domini offendebatur; quod ſi namque animam diligeret, dignum indicaret tanto Regi exercitium quo ſerui coram Deo ſuo munus exercet. Attendamus modo, inquit, quo ſupplicio voluntas hæc inordinata puniatur: S. Paginam audite: *Igitur Michol non ſunt nati filij.* Myſterium exponat D. Pet. Damianus. Qua ratione mulier filium concipiat, ſemenque videat familiæ ſuæ, quæ virum quam Deum amat ardentius? Et quæ humanum applauſum magis quam Dei ſpectat auctoritatem? Magis corpori quam animæ affecta. Reſponſum eius vobis placeat. *Quæ profectò Michol, quia deſiderium ſuum in ſola carne poſuerat, carnis fructu debita eſt animaduerſione priuata.*

Nota.

1. Reg. 1. P. Daimia. l. 7. Ep. 6.

2. Reg. 6.

Nota.

P. Damia. L. 7. Ep. 6.

Luculenter dixit D. Leo Pontifex indicium eſſe animarum non effeminatarum ſed robuſtarum, corde ſequi non oculis, ſignum virorum fortiumque argumentum. *Magnarum hic vigor eſt mentium, & valde fidelium lumen eſt animarum, incunctanter credere quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere deſiderium, quo nequeas inferre conſpectum.* Et concludit. *Tunc igitur filius hominis, Dei filius excellentius ſacratiuſque innotuit, cum in Paternæ Maieſtatis gloriam ſe recepit, & ineffabili modo cœpit eſſe diuinitate præſentior, qui factus eſt humanitate longinquior.* Quantò longius ſuam à nobis abſtraxit humanitatem, tantò propinquius ſuam fecit eſſe diuinitatem: & apte proponit illud quod Saluator noſter ait Magdalenæ: *Noli me tangere.* Non propter ipſam quæ tanto illum affectu deperibat: ſed quia figuram gerebat Eccleſiæ, cui hoc volebat myſterium indicare. *Noli me tangere,* hoc eſt, nolo me nunc cognoſcas ſenſu corporali ſed interioribus animæ potentijs intellectu tuo feraris in altiora, & voluntate tua æterna & quæ non videntur, concupiſcas. *Hoc eſt* (perorante D. Leone) *nolo vt ad me corporaliter venias, nec vt me ſenſu carnis agnoſcas ad ſublimiora te differo, maiora tibi præparo cum ad Patrem aſcendero: tunc me perfectius veriuſque palpabis, apprehenſura quod non tangis, & creditura quod non cernis.*

D. Leo. Serm. 2. Aſcenſ.

Nota.

Ioan. 21.

Sed potiſſimum aduertit Rupertus ad quod Dominus Moyſi præcepit circa turturũ ſacrificia, ne caput illis abſcindatur ſed ad collum retorqueatur. Turtur hæc auiſque formoſa Chriſtũ denotat,

Leuit. 1. collum autem Ecclesiam; quando igitur per mortem suam & Ascensionem se subducit: non se à nobis elongat, sed fit proximior. *Quia ex eo quod pro nobis caput nostrum Christus pertulit mortem: omnes nos verius in ipsa morte sua coniunxit. Caput ergo turturis incissum adhæsit corpori: quia pro nobis quidem Redemptor noster passus est, sed à nobis per passionem separatus non est.* Hinc infero pro nostra consolatione & disciplina Deum amatorem esse zelosum qui dum animam sibi studet strictius vnire, illam ab omni separat creatura: quam si notauerit à creaturis quoad intimam conuersationem impediri, reddit eas illi amaras ac molestas. Viuit homo cælestiũ obliuiosus, affixus nimis facultatibus, vxori, filijs: hodie vnum illi adimit, cras alterum, vt eum solum atque ex toto corde diligat. Hoc modo animam è somno suscitat. Contingit virum aliquem familiaria cum amico suo miscere colloquia: discessum meditatur, hoc tibi non placet: quid agis? tollis illi pallium. Domo mea inquis non excedes. An non consolari debebat Christus Apostolos promissis quæ faciebat illis? igitur: *Si non abiero Paraclitus non veniet ad vos.* Humanitatẽ meam immodico diligitis affectu, pallium meum, auferatur illis, vt eum tanto purius ament; idcirco discedit, se subducit, & ascendit triumphator in cælos quo secum illos attollat.

Rupert. l. 1. in Leuit. c. 22.

Discursus V. *Explicatur gloriosus Christi triumphus in nube quæ vapores attollit de terra: quia cum Saluatore nostro nos homines & ascendimus & triumphamus.*

Redemptor humani generis nubem assumpsit vt triumphi sui theatrum, & gloriosi ingressus sui currum: in ipsa ascendit, sublimatur & magnificatur, ipsa inquam quæ illum Apostolorum subtraxit oculis & abscondit. *Nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Oculos conijciamus cũ D. Chrys. in ascensum potius raptum Eliæ, vt ex hoc ad illum cum ipso progrediamur. Mos erat antiquis (ait) illos qui in prælijs, & ciuitatum obsidione fortiter dimicassent, corpusque suum aleæ & morti exposuissent, curru honorare Imperiali. Hoc præstitit Deus vati Eliç, toleratis ab eo diuturnis laboribus, & grauissimis persecutionibus, quales illi mouerunt Achab & Iezabel Rex & Regina: mundum prostrauit, & pro Dei honore zelator stetit inuincibilis; quare vehiculo ignito ad sidera rapitur: vt vitæ eius exercitio modus respondeat assumptionis. Populi peccata refrænauit, equos compescuit animosos, ad cælum euolet, qui tam celeriter percurrit quidquid terræ ambitu continetur. Hinc Pictores & Poëtæ imaginem

4. Reg. 2.

I. Eliæ nominis deriuatio.

ginem solis in Elia efformarunt. *Sol enim Græco sermone Helios appellatur: vnde Helias vere Helios: quoniam curru atque equis fulgentibus igne de Oceani fluctu, hoc est de mundi commotione per montium scopulos, id est per magnorum laborum difficultates progrediens, ad cælestia deuectus ascendit.* Quisnam artifex hunc elaborauit currum, rotasque composuit? Quæ Regio, quæ Prouincia flammantia hæc submisit animalia? Si de longe illa consideraueris, equos esse dixeris: si de propinquo, ignem eos esse senseris Si *animalia contrectare velis, ignis vrit; si ignem refugis, animalia non credis; si animalia dixeris, ignis occurrit; si ignem credideris, forma se animalis opponit.* Hoc tibi verum habe, diuinam esse figurationem, quæ in vero Elia, sole iustitiæ Christo hodie debebat exhiberi, quando spoliatis inferis morteque superata gloriosus triumphat. *Quanto magis maior hæc quam credimus gloria hæc est, ipsum Dominum de inferis, de diabolo, de mundo, omnibus mundanis virtutibus tam gloriosum trophæum ferentem, nulla Angelorum opera, nullo adminiculo ministrorum non ad cælum, sed vltra omnes cælos, sola suæ maiestatis ascendisse potentia.*

D. Chrys. Hom. de Ascens. Elia.

II. Quid currus & animalia denotent.

4. Reg. 2.

Porro mysterium ascensus in nube declaremus. Nube vapores continentur quos sol radiorum suorum efficacia sursum attollit de terra; ita Redemptor nos omnes secum attollit, nos in se de terrestri eleuans habitatione: eius etenim ascensione accensi sumus, redditique subtiliores. Appositè profertur hic à Pet. Damiano proprietas auis Charadrion de qua Naturalistæ referunt: quod si languentem vsque ad mortem fixa acie oculorum intueatur, totum in se transferat languorem, infirmis autem sanus assurgat. Plinius auem hanc appellat Iterum à colore & effectu quem producit. Et affirmat Phisiologus totam esse niueam; volat igitur confestim ad solem, in cuius radijs de se dimittit infirmitatem non propriam sed alienam quæ sibi adhæserat. Christus auis est: *Vocans ab Oriente auem.* Ait Isaias. Hominem intuitus est ex peccato languentem, illumque sanitati restituit, illud in se transferens quantum ad pœnam & satisfactionem. *Vere languores nostros ipse tulit.* Triumphans ascendit solem versus, vt nostra comburat peccata: nam ascendens illa igne succendit quocirca in meridie ascendit, vt ita purificatos nos secum adduceret. Loquatur modo Damianus. *Christus peccata nostra portauit, & ad ardorem solis ascendit ac vim languoris exussit* (spiritualem inquit dolorem exussit): *quoniam ad Patrem rediens, qui est sol iustitiæ, mortemque deglutiens, ascendens in cælum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.*

I. Eliæ nominis deriuatio.

III. Christus aui Charadrion confertur.

Ælian. de historia Anim. l. 17. c. 13.
Plin. l. 10. c. 11.
Phisiol. tract. de ani. c. 21.
Isa. 46.
Isa. 53.
Pet. Dami. *l. 2. Ep. 28.*

Indubie tale latet hic mysterium in eo quod reliquerit in lapide, vnde hodie incipit ascendere, impressa

pressa sacra pedum suorum vestigia, quod Isaias non tacuit: *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.* Arbor quæ multo iam tempore plantata fuit in terra, si postmodum quis illam radicitus velit euellere, quantumuis multum radicem denudet & profunde fodiat, secum semper partes aliquas ex propinquo defert elemento, in quo esse habuit & habitationem. Christus arbor pulcherrima, & iam triginta tribus annis in terra nostra plantata inter nos habitans. *Cum hominibus conuersatus est.* Modo venit hora qua se eradicet, quocirca necesse est vt partes lapidis in pedibus suis secum trahat, q. d. vobis ô mortales me subtraho: sed hoc taliter facio, vt in radice mecum ascendatis, omnesque mecum adducam. Vt autem sollicitudinem videamus qua nos hic commorantes studet attollere, asserit Venerab. Beda quod cum eodem loco Imperatrix Helena mater Constantini Imperatoris sumptuosum ædificaret templū, numquam tamen potuit fornicem occludere, semper aperta mansit cæloque patula, vt illac ascendens Christus quasi continuo hic in terra commorantes intueretur. D. Paulus abyssorum ac secretorum Dei penetrator hoc vnico verbo manifestauit. *Consedit in dextra sedis magnitudinis in cælis Sanctorum minister:* Hoc vltimum verbum *Minister* difficultatem mouet si regnet quomodo ministrat? Quando venit in mundum, optime capio quod seruiturus venerit. *Non veni ministrari sed ministrare.* Nunc autem quæ præstat obsequia? Quibus se potest occupare seruitijs? Respondet D. Tho. quod non dicatur hominibus seruire aduocatus pro illis precibus apud Patrem intercedens; quia illi æqualis est & absolutus Dominus: sed ad amoris quo nobis afficitur argumentum, & desiderij testimonium nos secum rapiendi, Patri nostram ostendit humanitatem, quasi qui sine homine viuere nequaquā possit. Ita rem exponit D. Gregor. *Vnigenito enim filio pro homine interpellare, est apud æternum Patrem seipsum hominem demonstrare, eumque pro humana natura rogare.*

Isai. 53.

IV. Similitudo.

Barac. 3.

Beda de locis sanctis.

Hebre. 8.

Matth. 20.

D Thom. *Ad Hebr 8.* *Si & 3. p. q. 57. a. 6.*

D. Grego. *L. 22. Mor. cap. 18.*

Modo tempus instat describendi licet linguæ nostræ rectitudine quidquam de triumpho Redemptoris nostri. Apparet hodie discipulis suis ad mensam recumbentibus, iubetque eum præstolentur in monte Oliueti vbi illis denuo se manifestauit modo gloriæ cælestis equitum legiones obuiam prodeunt Principē suum excepturi: modo spiritus hierarchici locum præparant, modo regia harmonia suauissimam modulatur barbiton, modo auiculæ linguis suis aduncis Creatoris sui discessui cantica premittunt dissona, modo mitior solis reuerberatio floribus odorem suum suffuratur, modo terra nouo amicitur vestimento, modo mare attol-

V. Describitur Christi ascensus.

lit crispatque fluctus suos, osculari desiderans pedes Domini illius, qui quondam volubiles eius calcauit vndas. Primò virginem matrem suam accedit, ex purissimis cuius maxillis orientales defluebant gemmæ, lætitiæ inquam lachrymæ. Quod si mater Betsabeæ ineffabili exultauerit gaudio dum filium suum Salomonem regali conspexit throno sublimem: quale putamus gaudium fuisse Virginis Mariæ cuius brachijs velut scalis vtitur quibus ad Patrem suum regnumque transcendit? *Iam hiems transijt.* Iam ô pulcherrima columba aquæ diluuij cessarunt, in corde meo te gero, quod si dilexerim, tibique vt matri filius obediuerim, vado gloriæ tuæ locum præparaturus: corporalem meam supplebis absentiam Proregina Regis, electa vt sol, pulchra vt luna, statuum meorum Gubernatrix, immobilis Ecclesiæ meæ columna, Apostolorum meorum vmbraculum, fidei præsidium, ouium mearum id est animarum custos vigilantissima. Magdalena deliciæ meæ, Petre claues Ecclesiæ meæ, Ioannes Matrem meam tibi ex corde commendo, & omnibus perpetuam mei memoriam, qua fortius excitabitur mei Spiritus aduentus tristitiam vestram solaturus, & pusillanimitatem roberaturus. O Sanctissimũ Collegium, quibus suspirijs, aërem perrumpitis, ne ploretis: eius etenim cohibetis triumphos.

Cant. 2.

Vates Hieremias illos describit. *Lætabitur virgo, iuuenes & senes, & conuertam luctum eorum in gaudium.* Ex singulari præcellentia ac privilegio gaudio cælesti demulcebitur virgo & Mater ex tam manifesta diuinitatis ac gloriæ filij sui reuelatione. *Iuuenes.* Angeli quos senium numqnam deprimit ætas quibus semper florida, & ardor inhæret iuuenilis. *Et senes.* Sancti Apostoli Contemplor illos amore succensos, & diuinis Christi pedibus aduolutos, quibus hoc ille quod olim Raphael Tobiæ. *Tempus est vt reuertar ad eum qui misit me.* Manus attollat ostendens in rubricantibus vulnerum suorum Rubinis ardentissimam suam charitatem, & benedictionem efficacissimam. Splendidissima delabitur nubes, quam D. Chrysost. regale nominat ferculum: non quod illa Redemptor noster indigeret, sed in diuinitatis eius argumentum cuius subsellium est inquit. D. Thom. *Nubes non præbuit adminiculum Christo per modum vehiculi, sed in signum diuinitatis.* Et addit Abulens. quod descenderit eo vsque vt quasi scabellum se pedibus eius substerneret. Ascendit igitur pedetentim, ne subito vnicoque impetu eorum oculis eriperetur: tandem nubes contrahitur, & regionem transit aëris, cæli, lunæ veneris, ardentissimi amatoris Mercurij, ille qui Deus erat sapientiæ, solis sol iustitiæ, Iouem dominum dignitatum, Saturnum ille qui tristes eius expurgat influen-

Hierem. 31.

Tobiæ 12.

In Act. 1.

D. Thom. 3. p. q. 57. a. 4.

Abulens. Act. 1.

fluentias, Martem omnipotens. *Dominus exercituum.* Ad cælum penetrat Empireum ad brachia sedemque Patris sui, vbi illi dicitur: *Sede à dextris meis.* Hodie dies ille refulsit, ô fili vnigenite, in quo diuino tuo throno illam collocas humanitatem, quam tibi hypostatice copulasti.

Ps. 109.

Cortinæ contrahuntur, vela oppanduntur, etsi nostra non flagrent desideria, de illis vere dixeris, quod in se humiliter deflebat D. Bern. *Verumtamen quid mihi & solemnitatibus istis? Si conuersatio mea adhuc detinetur in terris? Sursum ergo* (subiungit D. Leo) *liberos cordis mei oculos ad illam altitudinem in qua Christus est erigamus, sursum vocatos oculos desideria terrena non deprimant.* Demus oculis nostris libertatem & cordi quod vt captiuum deprimimus: quia anima, quæ terram aspexerit, qua ratione in Deum regnantem in cælis mentis reflectet attolletque obtutum? *Liberos cordis oculos.* Liberos & non impeditos petit, quos peccator tales non habet, nec ipse talis est.

D. Bern. *Ser. 4. Ascens.*

D. Leo. *Ser. 2. Ascens.*

Solamini nobis sit in tristi hac peregrinatione Serenissima Regina, & suprema omnium Domina Maria: hoc enim officium hereditario ei iure ex filia descendit & imponitur. Hodie sic eam affectuose compellat. *Auerte oculos tuos à me; quia ipsi me auolare fecerunt.* Lumina tua à me declines: illa quippe lætum me & omni cura liberum in cælum rapiunt: remanens namque in terris Ecclesiæ & fidelibus meis protectrix, eius necessitatibus remedia procurabis efficacissima. Porro Domine mi: quo sensu ais *Auerte* ne te cælestia illa luminaria contemplentur? dicit ergo, quod amodo aciem suam in homines deflectat ex altissimo vertice in quo filium suum contemplatur, deorsum vbi nos Adæ filij viuimus peregrini. Quæro hic Guilielmi Abbatis elegantiam. *Noli me aspicere ô pia Mater, auerte à me maternos oculos, sed aspice me velut amica & sponsa. Iam ascendi ad Patrem, habeant materni oculi vacationem; sed ad me, porro ad membra mea vacare eos nolo. Auerte à me ad fratres & filios meos, ne claudas illos sed auerte à me, transfer maternam pietatem à me in meos: à me, quia assumptus ad Patrem, non debeo amplius tenerè diligi; in meos autem conuerte quos oportet me ab illis assumpto, maternæ tuæ pietatis teneritudine confoueri.* Viuente me in terris mei sollicita vixisti vt mater: cum autem nunc ad Patrem discedam, sollicitudinem tuam & studium in meos transfer fideles. Vnde ait Tertullianus: quod Deus misericordiam & gratiam quam nobis concedit, matris suæ commiserat manibus: sicut enim puerulus fame deficiens ad maternum recurrit pectus, si subsidium quærat ad brachia: quid plura? non nisi matris meminit, non nisi in matre inuenit subsidium, à qua genitus est & accepit essen-

Cant. 6.

V. Christus matrem alloquitur.

GVILIELM. Parisiens. Cant. 6.

D. M Hom

essentiam. In matrem, solamen & protectionem nobis Maria subrogatur. *Proinde felicitatem ab vtero & vberibus matris suæ transtulit in Discipulos in qua non transtulisset, si eam non haberet.* Occasio nobis nunc offertur beneficia ab illa postulandi, fauores recipiendi, dona expectandi; cor igitur humanum sinus suos dilatet, vt ex opulentissimo thesauro gratiam recipiamus & gloriam possideamus æuiternam: *Quam mihi & vobis &c.*

CONCIO NONA

IN FESTO PENTECOSTES DE ADVENTV SPIRITVS SANCTI.

Sic Deus dilexit mundum vt filium suum &c. Ioan. 3.

SALVTATIO.

Censuit D. Maximus quod præsenti occasione, hac solemnissima festiuitate, in qua liberalitate diuina, cælis apertis & abundanter Deus beneficia depluat, Christus Dominus noster dona effundat, tandem descendat personalis amor, nempe Spiritus S. tertia SS. Trinitatis persona. Erat Spiritus S. velut munera quædam quibus victores in bello Duces obtenta iam victoria suos solent milites honorare. *Hoc victoris insigne est* (inquit Episco. Taurinen.) *post triumphum enim victor dona semper largitur, & proprio regno residens, seruulorum gaudia munerantur; sic Christus Dominus noster victor, diabolicum post triumphum, residens ad dexteram Patris hodierna die dona largitus est.* Non aurum, argentum, lapides pretiosos sed amorem suum, & dono munus homini concedit. Hodie æterna firmatur pax inter cælum & terram, Angelos & homines muneribus stabilita pretiosis. Et eo modo quo prius Principes inter se discordes, conuentione iam inter vtrumq; stabilita vnus

D. Maxi. Hom. 2. Penteco.

Ioan. de Mata de Festis Dom.

alteri munera dedicat quæ in regno suo inueniri possunt eminentissima; ita post mortem Christi (qua in pacis fœdara conuenerunt Prouinciæ adeo contrariæ. *Pacificans per sanguinem eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt*) & in eius Ascensione, quæ à D. Maximo congruè nòminatur, *Inter cælum terramque communio*; Ecclesia triumphans & militans sibi mutuo munera miserunt. Hæc munus misit SS. illam Christi humanitatem, quæ ad dexteram Patris mansura semper collocatur. Erat hoc donum quo nullum dignius possidebat *Fructus terræ sublimis*, ait D. Bern. Illa vero redonat Spiritum S. Excellens sane permutatio, æquale cambium: quod si Deos dederimus, dij nobis redduntur: si Dei filius ascendit, Deus Sp. S. descẽdit. Nihil hæc celebritas terreni complectitur, etiam vsq; ipsum aerem igneũ ascẽdunt campanę, quæ resonant vocantque populum. *Factus est de cælo sonus*. Hodie stationem prædicandi ignei obire deberent Seraphini de feruentissimo Dei amore, de Spiritu S. Et cum necesse sit homines terrenos de cælestibus adeo sermonem habere mysteriis, ipsius Spiritus S. donum exposco & gratiam. *Quomodo enim sine Spiritu potest esse gratia: cum gratia diuina omnis in spiritu sit*: inquit D. Ambros. Quis igitur efficacius gratiam obtinere poterit à sponso quam sponsa? Hæc igitur virgo sacratissima, plena gratia gratiam nobis impetret, quam Angelica pariter salutatione præueniamus *Aue Maria*.

Coloss. 1.

Act. 2.

Discursus I. *Amor Patris, nempe Spiritus S. dedit nobis vnigenitum filium suum: filius autem morte sua nobis meruit eundem amorem: quocirca ex maxima dilectione mortis Christi secutus est aduentus doni huius diuini.*

EMinentias Dei amatoris hominum Pater ostendit dum nobis vnigenitum suum filium tradidit, vt trophæum & victoriam attributam amori duarum diuinarum personarum, nã tertia est Spiritus S. dulcissimus earum captiuus, & quasi per illum mundum venit reparaturus, *Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret*: quo iam per mortem eius reparato, nobis hodie datur Spiritus S. nec enim Patris verbum esse poterat sine amore, illis inuicem sibi manus exhibentibus. *Complectebantur se dilectio & verbum: & de calore spiritus sermo feruebat ignitus*: ait D. Cypria. Verbum & Spiritus, sermo & ignis mutuo fœdere sociantur: si namque ex amore moritur Christus, hoc ideo fecit vt nobis mereretur Spiritum S. ex cuius pretiosi sanguinis effusione integra

Ioan. 3.

Cypria. de Spiritu in fine.

gra prodiit nostræ beatitudinis perfectio, & felicissimus diuinorum omnium operum terminus.

Abbas Rupert. mysticam huius lucis & veritatis inuenit vmbram in Leuitico dum Deus veterem instruit Sacerdotem, qualiter tenerum sacrificaret vitulum. *Tollet quoque Sacerdos de sanguine vituli, & asperget digito septies contra Propitiatorium.* Et alibi. *Immolatoque vitulo in conspectu Domini, inferet Sacerdos, qui vnctus est de sanguine eius in tabernaculum testimonii tincto digito aspergens contra velum.* Quotiescumque in expiationem peccatorum populi mei offerendus est vitulus manibus Sacerdotum, hac lege dedicabitur: intingat Sacerdos digitũ suum in sanguine iugulatæ victimæ, eoque septies aspergat Tabernaculum, & velum quo diuina secreta in templo conteguntur. Qua ratione manus invncta & sacra Sacerdotis sanguine debet maculari? Currat: cum enim sit sanguis animalis ad Dei honorem oblati, qui respectu adeo sublimi effunditur, pauci referet: porro quod digitus intingatur & fœdetur, quasi spongia foret, quo absit vt emundet, imo potius maculat sanctuarium, cortinas & circumstantes, quid tanti refert? Multum per omnem modum; digitus quippe Spiritum S. designat, per quem denotantur danturq; charismata. *Dextera Dei tu digitus* vocatur ab Ecclesia; *illum autem in sanguine intingere, est Spiritum S. per sanguinem suum dare: nam digitus Dei dicitur Spiritus S.* Et idem alio loco confirmat. *Vt quid enim vitulus iste immolatus, vt quid sanguis Christi est fusus, nisi vt Spiritum S. qui in eo septiformi plenitudine requiescit, in remissionem peccatorũ acciperemus? Septies ergo contra Propitiatorium siue contra velum debuit aspergi sanguis istius vituli specificatiui digito Sacerdotis: quia non nisi per Passionem & sanguinem huius filij hominis, potuit aut debuit sanctus septiformis Spiritus in remissionem peccatorum dari nobis.*

Leuit. 4.

I. Christus nobis meruit Spiritum S.

Eccles. in Hymno.

II. Allegoria.

Rupert. l. 1 in Leuit. & l. 11 in Matth. c. 27

In hoc sensu subtiliter valde ac ingeniose exponit idem Rup. verba illa Christi ad Apostolos pridie Passionis suæ. *Expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paraclytus non veniet ad vos.* Si ego me vobis quoad corporalem præsentiam non subtraxero, non veniet ad vos Spiritus S. Quamuis enim pari sententia Doctores hoc ita commententur: quod Apostoli ita affixi essent exteriori communicationi ac familiaritati Præceptoris sui SS. humanitati, vt diuinitatis eius non recordarentur, aut cæli alterius: atque idcirco expediret hoc illis gaudium amaricari, vt eum abire permitterent, ad eminentiorem aspirantes amorem, nempe diuinum. *Quod nisi corporalem præsentiam illis abstulisset, ipsi spiritualiter*

Ioan. 16.

III. Hoc Christus his verbis innuit.

Rupert. l. 9 de diuinis officijs c. 2.

amare nescirent. Porro aliud inquit Rupert. & multo præclarius hic detego mysterium, & assero, quod magis postulet magnificum Spiritus S. donum quod illis promittebat. Notandum autem promissionem hanc non fuisse factam, nec illis dicta verba, quando iam ascensurus erat in cælum, sed immediate antequam prœlium ingrederetur suæ Passionis; nam quando viderunt illum gloria & honore coronatum nubes illas permeantem; iuxta S. paginæ testimonium. gaudio lætati sunt ineffabili, & de monte Oliueti in Hierusalem alacres regressi sunt. *Et ipsi adorantes regressi sunt Hierusalem cum gaudio magno.* Vnde concludit: quod dum illis ante mortem suam aduentum promittit Spiritus S. idem est ac si dicat: ex morte mea descensus eius pendet. Non tacuero eius verba. *Eadem quippe nocte tradendus, sermonem habuit cum Discipulis suis, de quo hæc lectio sumpta est: propter quod Passio eius Pascha dicitur, id est, transitus. Itaque propter hunc eius abscessum, datum esse Paraclytum, scilicet Spiritum S. in eo quod Paraclytus est, hoc modo colligimus.* Hanc autem consequentiam ita colligit eximius ille Theologus. Quemadmodum officium & effectus huius diuini amoris id est Spiritus S. est, homines culpa sua captiuos, efficere liberos & per baptismum filios Dei; hoc autem fiat per mortem Christi sponsoris Adam: ergo per mortem eius atque ex illa recipimus Spiritum S. eiusque Passioni hoc donum adscribimus. Vnde concludit. *Igitur quod ait: si enim non abiero, Paraclytus non veniet ad vos, sic accipiendum est, ac si dixisset: nisi ego ad mortem traditus fuero, necessaria non dabitur vobis paraclisis, id est peccatorum remissio.*

Luc. 24.

IV. Ex consuetudine confirmatur Ecclesiæ.

Conceptum hunc corroborat idem Rup. speciali quodam alio conceptu. Vniuersalem confirmat Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem, in triduo ante Resurrectionem Domini, Mercurii, Iouis & veneris, quod vulgus dicit Tenebrosum Matutinum: quo certum numerum accendit candelarum, quas ad singulos psalmos extinguit, vsque dum omnes extinguantur, & nullum sit in templo lumen. Postmodum temporibus Ruperti mos erat, vt extincta lux non ab aliis candelis facibus, vel igne reaccenderetur, sed ex silice ferro percusso nouus ignis illuminaretur. *Amisso igne qui ad Matutinos extinguitur, ad lapidem per eosdem tres dies confugimus.* Insignis est hæc cæremonia: sed quid in ea latet mysterii? Incendantur candelæ extinctæ, ab aliis accensis, vel ex carbone: cui seruiunt in silice tot verbera, quando alia faciliori via reaccendi possunt? Subtilem attende Doctoris solu-

RVPERT. l. 3. de diuinis Officijs. c. 28.

tio-

tionem. Extinctæ candelæ formosam illā designant Christi lucem in morte extinctam. Silex percussus eandem denotat apud Isaiam: *Lapidem summum angularem*; cui concordat D. Paulus *Petra autem erat Christus*. Ignis ex hac percussione prosiliens est Spiritus S. & hæc omnia nobis innuunt, quod de Petra Christo in Cruce percusso progrederetur donū diuini huius amoris ignisque cælestis. Vnico verbo rem absoluit. *Lapis ergo quem percutientes ignem elicimus Christum significat, qui percussus verbere crucis Spiritum S. nobis effudit.* Quinimo alibi clarius hoc ipsum exarauit ad illa verba D. Ioannis. *Sciens Iesus quia venit hora, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem:* ait: *Nam si Christus non passus, in cælum ascendisset: profecto iste Spiritus gratiæ, qui per sanguinem eius peccata remittit, datus non fuisset.*

Isa.28. 1.Cor.10.

Nota

IV. Ex consuetudine confirmatur Ecclesiæ.

Ioan.13. RVPERT. l.2.in Ioan. c.16.

Decantata satis raraque est Gedeonis de Madianitis victoria. Elegit ex Dei mandato trecentos milites cæteris ignauiores: ordo autem quo bellum hostesque adorsus est, hic erat: lagenas tradidit militibus in quibus lucernæ latebant accensæ: quas cum complosione ad inuicem fregissent, lucentibus ilico lucernis dispersus victusque arenæ cessit inimicus. D. Ambros. hoc accommodat prædicationi Apostolorum: qui languentes licet & terreni, luce tamen verborum suorum superarunt, & sua in tormentis fortitudine deuicerunt tyrannos eos excæcantes. *Quando Gedeon superaturus Madian trecentos viros iussit hydrias sumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dexteris tenere tubas; ita nostri acceptum ab Apostolis seruauere maiores, quod hydriæ sint corpora nostra figurata de limo; quæ timere non norunt, si feruore gratiæ spiritualis ignescant:* quod applicat martyribus inuictis Ecclesiæ militibus; porro proposito nostro conuenienter intelligunt nonnulli per hydrias Saluatoris nostri humanitatem ad illud Isaiæ, in quo tangit Gedeonis triumphum. *Sicut in die Madian,* Quo in cruce concusso splendor & lux Spiritus S. hominibus effulsit.

Iudic.7. V. Allegoria.

RVPERT. l.3. de diuinis Officijs. c.28.

D. AMBR. l.1. de Spiritu S. c.16.

Isa.9.

Doctor gentium D. Paulus clare nobis hoc asserit, sed obscura sententia. Consulit nobis Apostolus vt spei anchoram coniiciamus in bona æterna (huic enim spem comparat) quorum consideratio animæ nauiculam sistit inter multiplices grauesque huius vitæ tempestates immobilem. Cogitatione cælum semper reuoluite: *Vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus*, sc. post mortem suam. Locum hunc D. Chryso. feruens eius amator sic interpretatur. *Præcursor autem, quorumdam est præcursor, sicut Ioannes Christi.* Præcursorē vocat Chri-

VI. Christus quomodo dicatur Præcursor.

Hebr.6.

ſtum, ergo eſſe debet alicuius, ſicut Ioannes fuit Chriſti. Medius & paranymphus inter Saluatorem & Eccleſiam: gloria D. Ioannis hæc eſt, quod veniat mundo Deum annuntiaturus & manifeſtaturus & eſſe Præcurſor; vno quaſi tempore debet apparere & videri: ſi namque multa foret diſtantia & temporis interuallum, hoc titulo non gauderet; quod etiam notat D. Chryſoſt. *Non enim multum eſt ſpatij inter Præcurſorem & conſequentem: alioquin præcurſor non eſſet.* Quocirca hoc ſenſu Prophetæ non dicuntur Verbi præcurſores: quia aduentum eius multo prius tempore imo ſæculis prædixerunt. Sed hoc honore & excellentia cælum dignatus eſt Baptiſtam, vt immediatus veniret, ſicut conceptus vocem præcedit, ſemeſtri tantum Chriſtū antecurrens: quinimo cum hoc Chriſto, multum adhuc cenſeretur, anticipatiue venit illum viſurus ferculo vectus virginali Matris ſuæ ſanctiſſimæ. Tandem vt ait parens eius Zacharias: *Præibis ante faciem Domini, parare vias eius.* Ad rem igitur. Dum Apoſtolus vocat Saluatorem noſtrum Præcurſorem, hoc ea facit ratione, quod præcurſor fuerit Spiritus S. nam vnius diuinæ perſonæ, præcurſor ſit alia diuina perſona; & ſicut præcurſor non ſolum deſignat perſonam, ſed etiam voluntates præparat, quibus illum digne recipiant: ita munere hoc functus eſt Redemptor noſter reſpectu Spiritus S. inquit D. Chryſoſt. illud exponens quod Chriſtus in Diſcipulis ſuis inſufflauerit, dum illis auctoritatem confert remittendi peccata. *Inſufflauit*, quo dedit illis Spiritum S. capaces eos tanti efficiens doni. *Inſufflauit & dixit eis: accipite Spiritum S. nimirum vt eos capaces redderet.* Et quadrageſimali illo tempore poſt Reſurrectionem corda diſpoſuit Apoſtolorum vt notauit D. Aug. *Ergo Spiritus S. in hac die ad præparata ſibi Apoſtolorum templa velut imber ſanctificationis illapſus eſt.* Et hoc eodem ſermone ad huius conceptus aſſertionem vocat Spiritum S. Vicarium Chriſti, quem Eccleſiæ miſit in locum ſuum, cui ſuam legauit poteſtatem, qua integre perficeret aduentus ſui myſteria. *Ecce iterum noua de ſupernis medicina mittitur; ecce iterum infirmos ſuos per ſeipſum Maieſtas viſitare dignatur; ecce iterum humanis diuina miſcentur, id eſt Vicarius Redemptoris, vt beneficia Saluator Dominus inchoauit, peculiari Spiritus S. virtute confirmet.* Tertullianus eundem aſſignat titulum. *Propterea Paraclytum miſit Dominus: vt quoniam humana mediocritas omnia ſimul capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur, & ad perfectum adduceretur diſciplina*

Marginalia: D. Chryſ. in Hebr. Ho. 11. — Luc. 1. — Nota. — D. Chryſ. Ho. 2. in Acta. — Ioan. 20. — D. Auguſt. Serm. 185. de temp. — VII. Spiritus S. eſt Chriſti Vicarius. — Aug. ibi. — Tertull. l. de velan. Virg.

plina ab illo Vicario Domini Spiritu S. Quo similiter nomine ab Origine inscribitur. *Misit Dominus Iesus Spiritum S. Vicarium suum.*

Orige. Ho. 20. in Luc.

Duas conferamus sententias quibus discursui finem imponamus. Testatur Daniel vidisse se profluentē ex vultu Dei fluuium vehementem & ignitum. *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* D. vero Ioannes fluuium igneum vidit mutatū in crystallum, procedentem de sede Dei & Agni. *Vidi fluuium splendidum tanquam crystallum procedentem à sede Dei & Agni.* Fluuius hic Spiritus S. est ex mente D. Augustini. *Huius fontis largo atque inuisibili flumine lætificat Deus ciuitatem suam, de qua prædixit Psalmus: fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Fluuius est igneus: quia corda incendit congelata; & fluuius est aquæ: quia refrigerat, tēperat & mitigat affectus, irrigat, mundat & lauat. Profluentē hunc dicit D. Ioannes *A sede Dei & Agni.* Pater nomine Dei censetur & filius nomine *Agni: Ecce Agnus Dei.* Sedes siue thronus si Theologia mystica loquamur voluntatem denotat Patris & filij, idque mirabili metaphora: quia sicut dum aliquis obtinet quod desiderat, expleta iam eius voluntate, quiescit & sedet quasi in cubiculo, terminum finemque optatum assecutus; ita Pater & filius quiescunt in diuina sua voluntate, quo Spiritum S. producunt, amorem quo se diligunt, vt docet D. Thom. *Pater & filius dicuntur diligentes Spiritu S. vel amore procedente.*

Dani. 7. D. Chrys. Ho. 2. in Acta. Ioan. 20. Apoc. 22. D. Augu. Serm. 185. de temp. VII. Spiritus S. est Christi Vicarius. D. Augus. l. 2. contra Crescent. Grammat. Ps. 45. Aug. ibi. Ioan. 1. VIII. Spiritus S. fluuius est igneus. Tertull. de velan. virg.

Porro fluuiū repetamus igneū Danielis de vultu Dei scaturientem. Christus facies est Patris, & per quem cognoscitur. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Dum dicitur igitur. *Egrediebatur à facie eius*, idem est ac si dicat: visa est facies Christi pulcherrima in cælo, & continuo egressus est ignis Spiritus S. hoc enim ait Propheta. *Ascendit fumus in ira eius.* Dum ascendit Apostolos incredulitatis reprehendit. *Exprobrauit incredulitatē eorum.* Et statim. *Et ignis a facie eius exarsit, id est*, inquit Hugo, *extra se arsit.* Foras prodiit Spiritus S. ascendente Christo, quo corda Apostolorum ignea reddita sunt. *Et carbones succensi sunt ab eo.* Igitur, morti eius affixa est tanta gratia tantumque beneficium.

Ioan. 14. Psal. 14. Marc. ibi. Hugo. in Psal. 17.

Discur-

Discursus II. *Euidentissimum hoc fuit Christi diuinitatis argumentum, quod sedens à dextris Patris sui, Spiritum S. miserit: qui namque tantum homo est, ad dignitatem promotus altiorem, omnium obliuiscitur.*

PRimum discursui nostro radium mihi ministrabit Ecclesiæ sol D. Aug. in sermone quodã, vt reliqui sunt omnes, elegantissimo. Sapienter perpendit cur primum verbum Orationis Dominicæ, methodi, ac formæ, quam ad rogandum Deum Christus Apostolis suis præscripsit, ponatur *Pater noster*. Cur ô Domine in singulari legendum non statuis *Pater meus?* Si Deus, omnium licet Pater & creator, mei tamen ita meminerit, mihi consulat, meque gubernet, ac si nulla alia esset præter me creatura in mundo, patiatur vt dicam: *Pater meus*, & hoc ita singuli pronuntient. Nequaquam fiat ita. Quod igitur latet in hoc interdicto mysterium? Audiatur D. Aug. Homo diuitiis opulentus, potentia magnus, & honore sublimis, ita vanus erigitur, & aliorum miseriæ obliuiscitur, vt si permitteretur illi, diceret tantum *Pater meus*, quem ita sibi proprium faceret, ac si pauperes & infirmi, quia talem se non esse gloriatur, patrem non haberent nec iure gauderent Deum suum vt suum inuocandi. Crimen esset eius verba reticere. *Admonentur autem hoc verbo diuites & nobiles, cum Christiani facti fuerint, quatenus se non extollant aduersus pauperes & ignobiles: quoniam simul dicunt: Pater noster, quod vere ac pie dicere non possent nisi se fratres esse cognoscant.* Vt potentiorum deprimatur altitudo, humilietur arrogantia, ventorumq; turres euertantur. Qua precor de causa se extollerent? Iam audisti responsum quia tam parui faciunt paruos ipsi potentiores, ac si diuersa cum illis specie non conuenirent, non homines essent vt cæteri, vt ipsum etiam Deum sibi tantum vendicent; hæc autem oratio velut frænum ipsos cohibet, fraudis eorum est reuelatio, somniq; excitatio: vnde audientes *Pater noster* sibi persuadebunt Deum esse bonum vniuersale, tantumque in eo ius possidere subditum ac Regem, humiles ac sublimes: pauperem ac diuitem: necessarium quippe hoc est vt hi cohibeantur.

I. Cur dicamus *Pater noster* & non meus.

D. Aug. Serm. 182. de temp.

Septennali fame laborauit Ægyptus, vt S. narrat historia. Submisit Deus illi Prouinciæ Ioseph in Proregem, cuius arbitrio ac sapienti dispositione præsenti prouisum fuit necessitati. Cum autem hac premerentur, confugerunt Æhyptii ad Regem suum Pharaonem triticum postulan-

tes, quos ſemper remiſit ad Ioſeph. Introducit hic D. Chryſoſt. Pharaonem populo ſuo reſpondentem. *Quid me vrgetis? Non videtis quod ego Regis tantum habitum geſto; ille vobis ſalutis auctor factus ſit? Ne igitur illo relicto ad me curratis, ſed abite ad illum, & quæcumque dixerit vobis facite.* Vt famis veſtræ inopiæ ſuccurram, nec poteſtate valeo nec induſtria: licet ſceptrum geram manibus, & corona caput meum cingat: in me nihil aliud attendendum præter Regis ſimilitudinem, habitum vmbramque Principis; *Abite ad Ioſeph:* homo quippe eſt medius diuinus: etenim poteſtatẽ meam illi regiam conſignando, non tantum non obliuiſcitur, ſed in ſe ſuſcepit omnium recordari, omnibuſque benefacere: *Salutis auctor.* Et ſi Dei imaginem non præferret, tantam potentiam omnium obliuio ſequeretur, vt ſemper ſolet vmbra corpus comitari.

D.Chryso. Hom. 64. in Gen.

II. Ioſeph licet Prorex omnium meminit.

Gen. 41.

Vlterius progreditur D. Aug. conſiderat quod in omnibus operibus ac miraculis Chriſti, hoc voluerit ipſe ſignificare, eorum operationem & beneficiorum hominibus collationẽ non ſibi convenire in quantum homini, neque ex illa parte profluere, ſed in quantum Deo. Et hæc eſt ſententiæ illius interpretatio, quę quamvis ſeueritatem videatur involvere, reuerentiam tamen ſpirat & dilectionem: quando Sacratiſſimę Matri ſuæ petenti pro vini defectu ſubſidium, reſpondit: *Quid mihi & tibi eſt mulier?* quod ita Hugo Card. interpretatur. *Non offenſus vel corrigens, aut arguens matrem ſuam, cuius compaßio grata erat ei.* Et D. Aug. idem appoſite exponit: q.d. *Quid mihi & tibi*, &c. O mater ex parte humanitatis quã mihi tribuiſti, non pertinet hoc patrare prodigium, ſed diuinitatis & in quantum Deus ſum. *Quaſi dicat ex te habeo, vnde mori & pati poſſum, quod in Cruce recognoſcam te diſcipulo commendans; ſed ex te non habeo, vnde poſſum miracula facere, & ideo in huiuſmodi te non recognoſco.*

Ioan. 2.

III. Chriſto vt Deo conuenit ſigna facere.

D. Avgvst. In Hugone ibi.

His ſuppoſitis curioſe perpendit D. Chryſoſt. myſticum modum quo Chriſtus oculos aperuit duorum cæcorum iuxta Hiericho & licet eum non viderent, odorem tamen & fragrantiam ſenſerunt diuini illius floris, inquit ille. Quibus verbis? *Sicut enim roſa antequam videatur, ſentitur, & antequam inueniatur, tenetur in odoribus ſuis: ſic & Dominum tranſeuntem de longe duo cæci, antequam viderent, diuinitatis eius fragrantiam ſenſerunt;* & exclamare cœperunt: *Miſerere noſtri Domine fili Dauid.* Quos ad ſe iuſſit adduci, & coram tota circumſtante multitudine percunctatus eſt: *Quid vultis vt faciam vobis?* Et reſpondent, eum appellando Dominum, viſum requirimus. *Domine, vt aperiantur oculi noſtri:* & continuo viderunt. Non ſegniter prætereamus quod prima vice

D.Chryso Ho. 36. in Imperfect. in Matth.

Matth. 20.

IV. Et talis invocatus cæcos illuminauit.

vice eum appellando filium David, Dominus quasi surdaster misericordiæ suæ torrentes suspenderit: quos tamen audito tantum Domine, currere permisit. Arcanum hic olfacio. Nec leue, respondet D. Chrysost. voluit illis indicare: nempe quod liberalitas illa ipsis concessa, & signorum multiplicatio, non illi tribuenda foret quia homo esset & filius David: sed quia Deus, qui quia summe potens compatitur homini: homo quippe tantum talem ignorat compassionem, nescitque liberalitatem. *Quamdiu ergo dixerunt: Domine fili Dauid, suspensa est sanitas; mox autem vt dixerunt tantummodo, Domine, infusa est sanitas super eos.*

Nocte quadam obscura pelago vehuntur Apostoli, nauicula autem in medio mari contrarijs agitur turbinibus, vndisque impugnatur furiosis: & ecce à longe nescio quod hominis detegunt phantasma super aquas incedens: sic enim aiunt: *Phantasma est* humani corporis: erat autem Christus, licet tunc eum minime cognoscerent, *Et præ timore exclamauerunt*, in mortis pallorem conuersi. Quid hoc ô sanctissimi Apostoli, medijs obruti fluctibus, nec verbum profertis, & conspecto homine mare calcante, eius vos figura conturbat? Quinimo solamini vobis esse deberet & recreationi. Furiosum hoc non formidatis elementum, vt vmbra vos humana perterret? Quid hoc rei? Rem attigit Caieta.

Matth. 14.

Laborant discipuli contra ventum remigando & non timent; sed vbi phantasma hominis ambulans super mare prope se nocturno tempore vident, timuerunt. Fuit quasi productus metus ex ista quam habere potuerunt consideratione. Homo, quem vndas calcantem intuemur, superior nobis est, plura potest quam nos in misera hac vita degentes: homo vero qui dignitate superiori sublimis alienas spectat calamitates, nec succurrit, sed nec solatur quidem, nobis fraudem aperit eius quid cælum Deumq; inuocemus: quia tali modo illũ spectare, grauiorẽ incutit pauorẽ. *vbi phantasma hominis super mare prope se*, &c.

Caietan. in c. 14. Matt.

Exponit incognitus versũ hunc Psalmi centesimi: *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ:* vbi ex industria Dauid describit Regem sanctitate insignẽ & Principem honoris diuini æmulum, ac de se locutus ait: iuste vixi & innocenter. Numquid hoc verum, inquit Incognitus? Numquid Dauid omnibus notus vt adulterij ita & homicidij reus? qua ergo conscientia, ait: *In innocentia*? Dubium soluat vt bonus Theologus, notans duplicem esse virtutem & innocentiam: vna dicitur *Concreata*, & hæc propria est Angelis qui non peccarunt, illis qui semper fidelitatem Deoque debitam seruauerunt obedientiam, ceteris corruentibus & Apostatis. Alia dicitur *Innocentia recuperata*: quæ per peccatum amissa,

Psal. 100.

V. Quomodo dicatur Dauid innocens.

amiſſa, recuperatur per pœnitentiam: & talis fuit illa Dauidis, qui poſt peccati lapſum ad tantam aſſurrexit gratiam, vt ex profluuio lachrymarum nomen ſibi vendicarit innocentis titulumque iuſti, ac ſi numquam fuiſſet iniuſtus. Hunc igitur terminum, *Innocens*, ita interpretatur, & ait idem eſſe ac, *Non nocens*. Ille qui nullius damni fuerit auctor, alteriue intulerit; & hoc in rigore nemini niſi ſoli Chriſto proprium eſt, Deo & homini. Probat igitur qualiter in nullo miraculo eorum quæ operatus eſt, cuiquam nocumentum aliquod corporale attulerit. Et in hoc patet diſcrimen Chriſti inter alios homines: vt quantalibet fuerint pietate inſignes, ſi quandoque manibus poteſtatem præferrent, illam alij ſatis grauem eſſe quererentur. Quis manſuetudine & benignitate ſuperauit Moyſen? Sed attendamus illum in indololatria populi, gladio viginti tria millia virorum trucidat; alia occaſione operit os ſuum terra, & ſeditioſos viuos abſumit, qui fratris eius Aaron Sacerdotium ſibi vendicabant. Fateatur hoc prius eiuſdem manu flagellata Ægyptus. Ad Eliam veniamus, qui de cælis ignẽ præcipit deſcendere, quo Quinquagenarij duces cum militibus ſuis exuruntur. Quid Eliſæus? Imperat vt de monte duo proſiliant vrſi paruulos ſui irriſones membratim diſcerpturi.

VI. Solus Chriſtus nemini damnum intulit.

Num. 16.

4. Reg. 1.

4. Reg. 2.

Et ne quis forte dixerit me vetus teſtamentum rigoremque adferre legis; nouum inſpiciamus, & gratiæ ſuauitatem; in hac D. Petrus Eccleſiæ Princeps ſolo vocis ſuæ imperio in terram proſternit Ananiam & Saphiram, ruuntque coram eo mortui. De Chriſto autem nihil tale legitur, ſed tantum quia conueniebat poteſtatis eius caſtigandi nonnullum dari argumentum, hanc in arbore demonſtrauit doloris incapaci & à ratione prorſus aliena: nam tantum aberat ab oſtendendo ſeueritatem, imo potius exhibendo miſericordiam, quantum aberat ab hominibus ſe in hac conditione lenem demonſtrandi, oſtendens in ſua ſe Deum eſſe. Æquitati repugnaret non adferre eius auctoris verba: ſunt enim grauia, ſunt & conſolatoria. *In hoc differt Chriſtus ab alijs Sanctis: quia alij faciendo mirabilia ſua, vel oratione ſua aliquibus nocebant, Chriſtus nulli vnquam nocuit, ſed omnibus profuit, vt Actor c. 10. qui pertranſijt benefaciendo & ſanando. Alij autem Sancti à Chriſto, multoties alios etiam offendebant, ſaltem corporaliter in ſuis portentis & mirabilibus: vt patet in Moyſe, ad cuius orationem aperta eſt terra & deglutiuit Dathan & Abiron. Et de Elia ad cuius preces ignis deſcendit de cæle, & conſumpſit duos quinquagenarios cum centum viris. De Eliſæo ad cuius preces egreßi ſunt duo vrſi de ſaltu & lacerauerunt quadraginta duos pueros, qui inſultabant ei.*

Act. 5.

Incogn. in Pſ. 100.

De Petro ad cuius verbum Ananias & Saphira expirauerunt ad pedes eius. Christus omnibus benefaciendo numquam alicui nocuit: quinimo quando virtutem suæ punitiuæ iustitiæ ad terrorem peccatorum volebat ostendere: hanc exercebat non in hominibus, sed in bestijs, vel arboribus: vt patet quando ad Christi imperium grex porcorum præceps ruit in mare, & arbor ficus continuò arefacta fuit. Itaque patet aliquē esse Deum, & hominem: nam hic ad altiora prouectus, neminem nouit nullumque fratribus suis præstat beneficium: ille vero Dominus cognoscitur, cuius omnipotentia maiorq; dignitas in effusioribus declaratur liberalitatibus.

Matth.8.

Matth. 21.

Trutinat Antistes Mediolanensis prudentiam Dauidis, cui Deus eum puniturus ob recensitum populum, optionem concedit ex ore Gad Prophetæ flagelli, gladij, vel supplicij instrumenti, vel generis, quod in peccati sui pœnam subiret. *Trium tibi datur optio.* Famis, belli, & pestis. Alta cœpit Rex Dauid mente reuoluere, & plagam aduertens ineuitabilem, ei pondus ex vna pendens & altera parte, tertiam elegit, pestem scilicet: difficultatem nodumque inuenit, ne famem bellumue eligeret: fame quippe perraro Principes & Monarchæ torquentur: nam quamuis hæc oriatur in maximum subditorum detrimentum, & si non nisi vnus panis esset in mundo, illis seruaretur. Nec similiter bellum elegit: habent etenim reges castra sua, præsidia, & munitiora loca: quod si hæc non prodessent ipseque vinceretur, non tam immitis foret victor, quin Regem vt Regem exciperet, vitamque ei condonaret. Qua de causa pestilentiam exposcis? An hostem adeo seuerum, qui nullis concessis inducijs, ilico consumit & perdit? Sed prudens attende Dauidis consilium. Quando agitur de supplicijs hominum manibus infligendis, si potestate fulgeant, nemo illis fidat. Dux ex acie victor nauci facit aliorū vitam, & sanguinis effusionem vt partem triumphi sui ducit præclariorem. Diuinis me committo manibus: Deus enim maxime prouocatus ad iram Dominum se considerans absolutum & vniuersalem, eo ipso mouetur vt homini quamuis reo ignoscat: ita testatur D. Ambros. *Elegit non quod à flagello esset immune, sed quod moderatius iudicauit, vt Dei lenitati magis, qui nosset ignoscere, quam hominum se committeret potestati, qui mensuram vltionis frequenter excederent.* Homo iuxta suę potestatis extensionem, obliuionis suæ & crudelitatis metitur extensionem: Deus autem pietatis ac misericordiæ.

2.Paral.21.

VII. Deus quia Dominus ignoscit.

D. Ambro. In Ps. 37.

Hoc euidenter liquet ex interrogatione D. Petri. Sermonem habebat Christus de remittendis culpis alienis, hominumque offensis: adstringens linguæ Principis Ecclesiæ gloriam suam eiusque claui-

clauibus quibus cæli ianua aperiretur. Quærit igitur D. Petrus: *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: vſque ſepties?* Sufficit Domine peccatum remittere ſepties. Siſtit hic curſum ſuum Græciæ ſol lucidiſſimus D. Chryſoſt. *Quoniam Petrus magnum aliquid ſe allaturum putauit: idcirco quaſi gloriabundus, vſque ſepties intulit.* Arbitratus eſt D. Petrus ſe ſcopum attigiſſe, & in materia de remiſſione peccatorum multum ſe extendiſſe: quocirca ſepties ignouiſſe ſatis eſſe iudicauit. Quæro igitur: cum ille miſericordiæ claſſem frequentarit, & longa iam experientia Magiſtri ſui didicerit conditionem, qui numquam dedignatus ſit peccatores, nec illi hominum ſcelera nauſeam ſeu horrorem prouocarint, quomodo huius tam cito potuit obliuiſci, hoc dicens: cui Chriſtus reſpondit: *Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties?* Dicam tibi: quamuis D. Petrus Chriſto Deo comes eſſet indiuiduus, erat tamen homo, à quo cum ſe cerneret tot cumulatum beneficijs, vt manibus ſuis claues traderet, capiti ſuo thyaram imponeret, verbiſque omnem iudicandi traderet poteſtatem: hoc ipſo quo ſe tanto gaudet honore ſublimem, obliuiſcitur peccatorum; Deus autem è conuerſo eorum recordatur.

Matth. 18.

D. Chryso. Hom. 62. in Matth.

VIII. Vnde orta hæc Petri interrogatio.

D. Ambro. In Pſ. 37.

Auxeſis vltima capitur ex Cardinale Caietano. Quoad illam inſtructionem qua Saluator noſter Apoſtolos erudiuit mittens illos ad Euangelij prædicationẽ. Ampliſſimam illis conceſſit poteſtatem faciendi miracula. *Miſit illos prædicare & ſanare infirmos:* inquit D. Lucas, & D. Matth. *Euntes prædicate, curate infirmos, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate*, &c. Cæcos illuminate, claudos rectificate. Commentator Caieta. his addit vnum verbum lectu digniſſimum. *Non ſolum dedit poteſtatem curandi, ſed etiam præcepit vſum poteſtatis.* His decet nos immorari. Quid opus eſt ô Domine illis iniungere vt hoc ipſi exerceant, quod illis nullo conſtat labore, & in tantam eorum cedit auctoritatem & honorem? Quiſnam ſi præbere poſſit infirmo ſalutem, non ſe iudicet in hoc faciendo feliciſſimum? Dicat illis tua Maieſtas, ſicut dicit poteſtatẽ qua pollent ſuper quælibet morborum genera, quibus humana vexantur corpora, & hoc ſufficiet. Non dicet. Quare? Quia homines ſunt, & tam eminenti poteſtate Domini aliorũ, & throno ſublimi conſidentes, tantum erit miraculum ſi ceterorum recordentur, eiſque benefaciant, vt neceſſe ſit hoc ipſum illis imperari. *Sed etiam præcepit eis vſum poteſtatis.*

Luc. 2.

Matth. 10.

Caietan. Nota.

IX. Chriſtus Apoſtolis vſum præcipit poteſtatis acceptæ.

Eccleſiæ ſol D. Aug. epilogus ſit noſtro diſcurſui feſtiuitati hodiernæ conueniens, & Euangelio vnico tantum verbo ſed valde graui. Infinitatem perpendit gratiæ quam cum tali dono hodie

mundus accepit, & hanc celebritatem alijs collatam nominat duplex gaudium: quia filij Dei personam non perdidimus: qui licet se subtraxerit, quantum ad corporalem præsentiam, mansit tamen cum Ecclesia sua: & recepimus Spiritum Sanctum. *Magna quidem gratia* (sic ipse) *duplex gaudium, quod abeuntem Christum non amisimus, & venientem Spiritum possidemus.* Et continuo hanc singularem subiungit sententiam. *Credimus enim ad Patrem peruenisse filium, cum videmus ad Apostolos descendisse Paraclytum.* Firmiter credimus & nullatenus dubitamus Dei filium ad cælos ascendisse atque ad dexteram in throno Patris sui residere: quia descendit Spiritus S. At dicito mihi Doctor eximie: quamuis Spiritus S. non descendisset in terram, an fides nostra non prædicaret triumphos, gloriam, diuinitatem & æqualitatem cum Patre suo Saluatoris? vtique verumtamen hoc efficacissimum habemus inter alia testimonium clarumque indiciũ ascensus eius gloriosi, ac diuinitatis; quod sursum ascendens, audiensque sibi dici: *Sede à dextris meis:* tantum abest vt hominum abiiciat memoriam, quos in mundo gementes tristesque deseruit, ac tenerarum plantarum hic remanentium obliuiscatur, vt potius feruentiorẽ ostendat charitatẽ donaque distribuat: Deus est & omnipotens. *Credimus ad Patrem peruenisse filium, &c.*

D. AVGVST. Ser 183. de temp.

Nota. X. Ex aduentu Spiritus S. asseritur Christi Ascensio.

Psal. 109.

Discursus III. *Quo vsque Deus non dederat amorem personalem nempe SpiritumS. censebat omnẽ se homini non ostendisse affectum suum; hodie taliter hoc implet: vt Deus nec plura habeat quæ largiatur, nec homo quæ recipiat.*

AMor naturâ sua liberalis est & effusus, generosa nutrit pectora, liberalia animat corda, nobiles creat spiritus, dedignatur contractiones, abhorret detentiones, si verus sit & voluntas captiua sic nihil est quod illum in tribuendo cohibeat. Porro differunt inter se diuinus & humanus: quod hic seipsum nequeat elargiri: diuinus autem se ipsum dono consignet. Effundet dabitque amicus alteri vel pro altero facultates, honorem, & vitam: sed amor est incommunicabilis, in sua manet voluntate. Considerant igitur Theologi amorem diuinum vt notionalem & essentialem: vnus est improductus essentialis communis tribus omnibus diuinis Personis. Alter notionalis est & productus, & spiratus, quamuis æternus, qui est Spiritus S. Et iuxta duas has considerationes dedit primum sibi ipsi, secundum homini: quia Pater dando totum suum esse diuinum, perfectiones & attributa per generationem æternam, filio dedit suum intellectum

I. Duplex amor diuinus.

lectum & sapientiam quæ in illo comprehenditur: & Pater & Filius per æternã spirationem eundem dederunt Spiritui Sancto, in quo amor essentialis communicatur. Non potuit alia esse diuina persona cui Spiritus Sanctus communicaret id quod à Patre & Filio receperat: porro concessum est hoc homini modo possibili, summa liberalitate.

Prologum nobis offerat Abbas Rupertus. Mundus recenter natus, pannisque infantiæ adhuc inuolutus, iam senium induerat iniquitatum, in tantum vt illas Deus erasurus illam voluerit delere: quia nonnullæ tales inueniuntur maculæ, quæ non delentur, nisi telam pannumque resciderіs. Aquas mittit diluuij, & demerso tandem orbe iurat verbo suo Regio Patriarchæ Noë, nullum amplius simile fore supplicium. *Neque erit deinceps diluuium dissipans terram.* Cui in signum pacis tribuit arcum in cælo, qui grauissimis obortis tempestatibus in eo resplendeat. *Arcum meum ponam in nubibus cæli.* Adest Rupert. Arcum seu iridem attendite, quæ licet variis appareat distuncta coloribus, duo tamen ceteris in eo manifestius videntur, cæruleus & coccineus. *Sed præcipui sunt, & magis hi duo apparent, cæruleus & igneus.* Cælestis color Sacramentum mihi affirmat Baptismatis, cuius aquis, quia cælestes sunt, mundatur anima & purificatur. Color igneus promittit Spiritum Sanctum qui peccata consumit: quocirca his remedijs, nec nos præteritæ aquæ tangent inundationis, nec futuri iudicij flamma consumet. Ne debitor vobis sim eius verborum. *Cæruleus, aquæ Baptismum quo visibiliter abluimur; igneus Spiritum Sanctum significat, quo inuisibiliter peccata nostra consumuntur, vt ab vtrisque secernamur, & ab illis qui præterito aquæ diluuio perierunt, & ab illis qui futuro ignis iudicio perituri sunt.* Et statim adiungit. Siccine Deus Spiritus Sancti similitudinem in cælo statuit? Ergo securæ, certæ, firmæque sunt amicitiæ: nec quid vltra poscendum, nec quid vltra tribuendum. Modo patet, quod nec homo quidquam possit amplius accipere, seruitutem exuens in numerum filiorum Dei per Spiritum Sanctum ascitus. *Firmæ sunt amicitiæ Dei & hominum: non iam seruorum sed amicorum.* Vt enim dum Reges bello diffidentes pacis sanciunt fœdera, signum statuunt eius certissimum, mutuum nimirum commercium portuum & portarum ingressum: ita Deus suam confirmat pacem quia contemplor in arcu illo dari nubes has homini adeo & Spiritui Sancto vicinas. *Frmæ sunt amicitiæ*, &c.

Theologice simulque suauiter D. Bern. Spiritui Sancto nomen tribuit præclarissimum, quod si profunde ruminemur, nobis aliquid

[Margin notes:]

I. Duplex amor diuinus.

Gen. 9.

II. Arcus in cælo denotat S. Spiritum.

Rvperт L.4. in Gen. cap. 36.

aliquid dicet de differentia qua hodie Deus tribuitur, & præteritis datus est sæculis. *Habes enim dilectionis pignus spiritum habes & testem fidelem Iesum & hunc Crucifixum; ô geminum ipsumque firmissimum Dei erga nos amoris argumentum!* Vt enim D. Bern. tantum per orationem classes illas cælestes frequentauit, ita præclarissimâ loquitur metaphorâ. O Spiritum Sanctum (inquit) l tua quippe Maiestas duplex fuit & conuincens argumentum. In more positum est vt in Academijs, defendens in Actibus suis quasdam proponat conclusiones ab ipso sustinendas: illas alij impugnant, videturque pugna qualis est bellorum, sed litterarum & argumentorum. Proponitur ipsi argumentum: respondit: replicant alij, & nodi soluit ille difficultatem, ita vt alij non habeant quod vlterius opponant, & aiunt: Placet solutio: hoc dicimus argumentum conuincens. Quæcumque nobis Deus concesserat beneficia, argumenta erant, quibus humana sic replicabat ingratitudo. Fateor, Domine, eduxisti me de terra, sed plura potes facere me conseruans. Desunt ampliora, redemptio mea, tradendo mortem tuam pro vita mea. Porro hodie dum traditur ille ipse amor, conuincitur homo, manus illi ligantur, captiuatur intellectus & subijcitur voluntas.

D. Bern. Ep. 107.

III. Summum donum est Spiritus S.

Nota.

Huic quadrat antiqua illa pictura Dei amoris euibrantis sagittas in cor durum, illudque impetere idem erat ac æs rupemque impetere, vnde sagittæ resiliunt earumq; acies retunduntur. Quod ergo remedium vt emolliatur? Ipse se statuit sagittam & euincit sibique illud subijcit. Quot spicula Deus in cor hominis emisit, & irrito semper conatu! Hodie morem ipsum seu sagittam eiaculatur, quo durum emollit, liquefacit & fluere facit rupe pertinacius; hoc est illud *Argumentum firmissimum* D. Bernardi. Dicat hoc D. Paul. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* Effudit Deus amorem suum per Spiritum Sanctum paruum hoc ille censuit donum, & seipsum dedisset & dedit effusum. Quis hic loquendi modus mysticus adeo & diuinus, & eius quidem qui in terris adhuc peregrinus diuinam intuitus est essentiam? Aduerte qualiter D. Tho. hæc conferat. Dum dicit Apostolus quod Deus se diffuderit, & termino vtatur effusionis, quando ore depromit Spiritum Sanctum hoc ideo facit: quia Dei beneficia vsque modo abscondita & quasi conclusa tribuebantur: vt autem homo plura non possit exigere, amorem suum effundit, vltimam suam in hoc denotans liberalitatem. *Dicitur autē charitas, qua nos diligit in cordibus nostris diffusa esse: quia est in cordibus nostris patenter ostensa per donum Sancti Spiritus.*

IV. Deus sein Spiritu S. effudit.

Rom. 5.

Nota.

D. Thom. Rom. 5. lect. 2.

Euiden-

Euidenter patescit, non est quo fugiat homo, vel a hic necesse est vt contrahat desideriorum, cum illa Deus extendat omni modo possibili. Idcirco toties in SS. litteris tribuitur Spiritui S. nomen fluminis, aquæ, fontis, qui sentitur, cognoscitur, inundat, irrigat seque diffundit. *Si quis sitit, veniat ad me & bibat &c. Hoc autē dicebat de Spiritu S.&c.* Et Ecclesia in Hymno: *fons viuus*: & in Præfatione eodem verbo Effusionis vtitur. *Spiritum S. hodierna die in filios adoptionis effudit.*

Ioan. 7.

V. Similitudo.

Sed subtilius illud *Patenter ostensa* explicat D. Thom. alio loco. Gemma (sic Doctor Angelicus) antequam illam Dominus eius quique illam possidet, alteri tradit, eius tantum est: porro tradendo illam alteri, iam eius esse desinit, & eius est cui illam consignauit. Ex hoc humano ad diuinum argumentare. Spiritus S. donum est, antea inclusus erat Patri & filio, de quibus procedit, hodie ita communicatur, vt ille qui donum erat Dei Deoque proprium, fit etiam (modo possibili) homini, cui tam singularis beneficii tribuitur vera possessio. Scribat hoc calamus Ecclesiæ doctissimus. *Donum antequam detur, est tantum dantis: sed postquam datur, est eius cui datur. Quia igitur donum non importat dationem in actu, non potest dici quod sit donum hominis, sed donum Dei dantis. Cum autem iam datum est, tunc hominis est, vel Spiritus vel datum.*

D Thom. 1.p.38. a. 2. ad 3.

Conferamus binas sententias S. Paginæ veteris testamenti vnam, & noui alteram, sibi correspondentes, & punctum hoc explicantes. Vidit Isaias thronum Dei ardentissimis circumcinctum Seraphinis: Propheta vero desiderans populo Israel. Dei verbum proponere, ad quod ministerium quærebatur aliquis. *Quem mittam & quis ibit nobis?* sic respondet: *Ecce ego: mitte me.* Deficiebat autem Isaiæ nonnulla dispositio, sed aduolat vnus de Seraphim, & forcipe collectum de altari ignitum carbonem, ori illius imponit, quo labia illius purificantur: quem in altari reposuit. Actio hæc ô Angele sanctissime, magnam mihi parit admirationem: vnicus carbunculus, & quasi tibi posset nocere ignis, illum opportuno colligis instrumento, & peracto cum illo debito ministerio, in locum suum priorem restituis, vnde illum attulisti? Quid tanti refert si perdatur vnus carbunculus? Parumper ab hoc cęlesti Principe secedamus, & alium ex Apocalypsi euentum attendamus. Vidit D. Ioannes alterum Angelum. *Et accepit thuribulum, impleuit illud de igne altaris & misit in terram: & facta sunt tonitrua & voces & fulgura, & terræ motus magnus.* Quænam est hæc in-

Isa. 6

VI. Allegoria.

Apoc 8.

magnus. Quænam est hæc inter vtrumque Angelum differentia? Hic adeo liberalis est, alter adeo parcus? hic dispersit carbones, ille collectum restituit? Dubium audio sed illi respondeant D. Ambros. & Rupert. D. Ambros. hoc ita exponit. *Angelus itaque est Christus, thuribula id est corda Discipulorum, de igne altaris, id est de Spiritu S. impleuit, quando post Ascensionem suam in cælum decimo die, Spiritu S. misso de cælo corda Discipulorum impleuit:* quo factum est vt voces audirentur, id est Dei laudes. Modo fuse discurrat Abbas Rupertus. Voluit Deus vt mundo pateret diuersus modus amorem suum tribuendi: nam vsque modo in lege antiqua limitatè & contractè illum dederat: idcirco Angelus carbunculũ in altari restituit, vnde illum rapuerat: quia beneficia Dei hominibus collata non ita præclara erant, ac in lege gratiæ, in qua venit diuitias suas ostentaturus: cumque parum nimis iudicaret id quod dederat, dat illud effusũ, & hoc ascendente Christo magni Concilii Angelo: nam sedens ad dexteram Dei Patris sumpto thuribulo aureo sanctissimæ suæ humanitatis, effudit cum Spiritu S. fulgura, & tonitrua, audita in cælis, & voces auditus in Cœnaculo. Æquum est vt auditâ sententiâ Apocalypsis, Ruperti pariter audiamus interpretationem, *Nunc ignis ille mittebatur: vnde apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tanquam ignis. Ille inquam, ignis mittebatur in terram, quo Angelus ille magni Concilij dudum impleuerat aureum thuribulum immaculati corporis sui: & nunc assumptus in cælum, agebat quod dixerat: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Et sicut Christus elocutus fuerat, quod venisset in terram igne illam viuo incensurus: ita hoc operatus est in aduentu Spiritus S. qui mortalium desideriis satisfecit, totumque necessitati humanæ dedit complementum.

D. AMBR. in c. 8. Apocalip.

VII. Applicatur.

RVPERT. l. 10. de diuinis Offic. c. 13.

Hinc noto mysterium cur Spiritus S. super caput Christi in Iordane descenderit in specie columbæ. *Descendit Spiritus S. corporali specie sicut columba in ipsum;* super Apostolos tamen in igne apparuit. Noui responsum D. August. significari innocentiam & puritatẽ quam anima ex baptismo recipit, quodque deinceps igne opus sit ill'iad eius conseruationem. Hæc eius do verba. *Duobus modis ostendit Dominus visibiliter Spiritum S. scilicet per columbam super Dominum baptizatum, & per ignem super Discipulos congregatos; ibi simplicitas, hic feruor ostenditur.* Simplicitas columbæ, feruorq; ignis vel cum D. Chrysost. quod in baptismo, vbi peccata remittuntur, mansuetudinem præferat, vtque solliciti sint ne gratiam acceptam amittant,

Luc. 3.

VIII. Spiritus S. vt columba Christo, Apostolis vt ignis apparet.

D. AVGVS. Tracta 6. in Ioan.

tant, oculis eorum ignis obiicitur & reddendæ rigor rationis. *Cum oportebat delectis ignoscere, quod fit in baptismo: mansuetudo necessaria erat, quæ demonstratur in columba; sed vbi adepti sumus gratiam, restat iudicij tempus, quod significatur per ignem.* Nam D. Thom. articulum de hoc specialem scripsit, & appropriat septem dona Spiritus Sancti septem proprietatibus huius auis nempe columbæ, quod etiam facit Rupert. *Ad significandum* (ait D. Thom.) *septem dona Spiritus S. quæ columba suis proprietatibus significat.* Dũ ad margines aquarum limpidarum sedet, vbi aduertens vulturis vmbram, statim avolet: donum notatur sapientiæ. In alimentum maiora colligit grana: & in hoc scientiam designat. Pullos educit quos illi aliarum auium quis adiecerit, & donum hoc est consilij. Non mordet: intellectus donum hic accipe. Felle caret: donum intellige pietatis. In petra nidificat, & fortitudinem pręfigurat. Cãtus eius gemitui similior est: quo timorem nouimus.

D.Chrys. citat.a D.Thom.

D.Thom. 3.p q.39.a 6 Rvpert. l 1 de operib S. Spiritus S. c.21.

IX. Proprietates columbæ Spiritus S. dona denotant.

Porro ad rem appositè perpẽdamus eius fecunditatem, singulis quippe anni mensibus pullos enutrit: descendat igitur super Christum, videantque cuncti effectus Spiritus S. in columba denotatos: etenim vsque ad eius aduentum, cælum videbatur quasi sterile & infecundum: modo autem dilatat se & extendit: hoc autem columba significet. Eleganter hunc promouet conceptum D. Chrysost. Accedit Paranymphus Gabriel legatus Reginam nostram Mariam Virginem, vt autem eam de dono illi à Deo promisso redderet securam, ait: *Spiritus S. superueniet in te.* Descendit Dei Verbum, fitque homo in purissimis eius visceribus. *Deus in vtero semper Virginis habitauit:* vnde egressus est humanum genus redempturus: quid plura? vni soli Virgini munera illa promittuntur Spiritus S. Ascendit Christus in cælum peracta iam redemptione & Spiritus S. qui veniente filio descendit in Mariam, illo recedente iterum descendit. Ibi dictum est: *Spiritus S. superueniet in te*: ad vnum coarctatus subiectum (quamuis maxima fuerit intensione & plenitudine in Maria, cui nullus potest Sanctus æquiparari) hic autem ad omnes extenditur cunctisque communicatur, vt ait Ioel. *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Aures præbete Chrysostomo. *Igitur non ad vnam tantum animam dicitur: Spiritus S. superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; sed vniuersæ creaturæ dicitur: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* O amorem dilatatum, extensum & illimitatum!

Luc.1.

X. Spiritus S. hodie omnibus datur.

Ioel.2.

D.Chrys. Ser.de Sancto & adorando Spiritu.

Modo capio sententiam D. Irenæi dicentis: dum Saluator noster cælos ascendit, Spiritui S. commendauit, vt hominem in sui curam susciperet. *Commendante Domino Spiritui S. suum hominem.* Ad huius explicationem cogitatione nostra diuidamus hominis bonum inter tres diuinas personas. Patri hominis assignemus creationem: vt autem hic repararetur, filius hoc in se suscipit: etenim solus hic nostram assumpsit naturam. Nihil superest aliud agendũ, ascendat in cælum, & de profectu eius & augmento curam habet Spiritus S. Hinc ait Abbas Gaugericus. *Parum erat Patri tradidisse filium vt redimeret seruum, nisi daret Spiritum S. quo seruum adoptaret in filium.* Fuit hic titulus, provt in primo discursu huius festi diximus, quo nonnulli Doctores Spiritum S. vocant Vicarium Christi. Non quod à mille leucis in illo notetur quædam inferioritas, sed quia cælestis ille Spiritus tantopere nostri saluti consulit; gradumque facilem efficiet singularis quædam expositio Ruperti Abbatis. Calamum arripit interpretatur verba illa Doctoris gentium D. Pauli. *In Christo noua sumus creatura*; qui nos recenter seu denuo creauit. Quærit igitur. *Quomodo verum dicit Scriptura: quia requieuit, siue cessauit Deus die septimo ab omni opere suo quod patrarat? Quomodo cessauerat, si hanc nouam creaturam facturus erat?* Fatetur S. Eloquium quod die septimo Deus quieuerit, id est manum suspenderit, nec vltra res alias visibiles creauerit: non quod omnipotentia eius cohibita fuerit, sed quod totũ vniuersum debito sibi perfectoque ornatu præfulgeret. Creat Angelos, homines, animalia, elementa, plantas: hoc semel fecit: nulla amplius viget creatio. Cum igitur hoc verum sit, qua veritate dicit Apostolus: *Noua creatura?* Imo etiam si mihi diceretur quod aliquid de nouo creasset, velut stellam quæ Reges ab Oriente deduxit: quam D. Tho. cum aliis sentit ad hunc effectum productam, assentirem: sed ait nos esse nouam hanc creaturam. Quis hoc intelligat? Quid fecit in nostra natura? Respondetur: quod quamuis opera *Ad extra*, vt aiunt Theologi, sint tribus diuinis Personis communia: ita vt sic creator sit filius & Spiritus S. vt est Pater: porro quadam accõmodatione quædã huic attribuuntur Personæ, & alia alteri. Titulus Creatoris hoc sensu spectat ad Patrem: ita fidei Symbolum profitetur: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ.* Cessauit igitur à creando Pater, sed non cessauit Spiritus S. à procurãda hominis salute: vt enim amor est, non distitit donec Deus vniretur homini, quod factum est in Incarnatione

GAVGERI. Serm. 1. Pentecost.

XI. Quid sit Noua creatura.

2. Cor. 5. RVPERT. l. 1. de operibus Spirit. S. c. 2.

Psal. 4.

D. AM... in ps. 4...

X... Oleo S... tus S. c... fertur,

tione; atque idcirco cantatur hoc Euangelium. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret:* & hominem perfectiorem reddidit & quasi recreauit, eum ad esse Dei extollens. Loquatur Rupert. *Nunc ergo quia Pater cessauerit, cõsequitur quod Spiritus eius cessauerit? Non vtique: nam & si cessauit Pater, cuius erat proprium condere rerum naturam, non cessauit Spiritus S. cuius est opus propriam meliorare naturam.* Potentia Patris creauit hominem: sapientia filii illam redemit: bonitas Spiritus S. illum sanctificat, auget & perfectiorem reddit: nec enim sistere potest, quin continuò in illo operetur per amorẽ suum. Hoc est *Noua creatura.*

Psal. 44.

Ex hoc intelligo de Spiritu S. & explicauit D. Ambros. illud oleum iucunditatis, quo psallente Dauid Deus suam vnxit Ecclesiam. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ:* quod ita vocatur à Propheta, inquit D. Ambros. *Oleum igitur lætitiæ, Spiritus S. est: & pulchre oleum lætitiæ dixit, ne creaturam putares. Olei enim huiusmodi natura est, vt nequaquam naturæ humido alterius misceatur:* quinimo omni alteri liquori supernatat, quo se cæteris eminentius esse demonstrat. Et addit *Lætitiæ.* Quia solus Spiritus S. lætitiam & consolationem animæ potest infundere. Sed multo præclarius latet mysteriũ in hac olei proprietate, vt

D. AMBR. in ps. 44.

XII. Oleo Spiritus S. confertur.

vbi labitur paulatim profundius penetret, & ante deficiet, quia materiam non habet, quam quod totum non impleat. Hic effectus est Spiritus S. Idcirco dicit Rup. quod dum Saluator noster ad valuas Templi & in die solemni omnes inuitaret sitientes, vt accederent refrigerium accepturi vel spiritu suo se lauaturi, quem fontem agnominat: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Hoc autem dicebat de Spiritu quem* &c. hoc dixerit, quia alterius recordabatur Paschatis seu celebritatis in qua Ecclesia sua abundantiam reciperet gratiarum eius ex aduentu Spiritus S.

Ioan. 7.

Mysterium notate quod illapsus sit linguis igneis: hoc quippe elementum nullam patitur moram, & lingua declarat extenditque conceptum. Descendat igitur in linguis ardentibus: quia ignis intuitu magis declaratur amor & extenditur. Hoc etiam annotauit D. Greg. in visione illa Ezechielis discurrente in medio animalium: *splendor ignis & de igne fulgur egrediens*: quo signatur Spiritus S. qui fulguris velocitate descendit, & ignis actiuitate comburit, licet nullum auditum sit tonitru; quando ignis scintilla ædificium inuadit vel turrim illam in cinerem redigens. *Quia Spiritus S. simul singulis atque omnibus præsto fit & incendit, quos contigerit, & illuminat quos in-*

Ezech. 1.

D. GREG. Ho. 5 in Ezech. Act. 10.

cendit. Et notat idem eximius ille Doctor: quod aduentus Spiritus S. dicatur casus. *Cecidit Spiritus S.* Nam in hac loquendi formula latet arcanum: nempe hoc iuxta illum. *Spiritus S. in Scriptura cadere dicitur, vt inopinatus eius aduentus exprimatur: quod enim ruit vel cadit, ad ima repente venit.* Quod subito proiicimus cadere dicitur: dicatur ergo de viuificante hoc Spiritu: *Cecidit.* Quo termino effusa eius declaratur liberalitas. Non habes ô homo, quod requiras amplius, sed nec Deus quod tibi largiatur.

D. GREG. l. 2. Mor. c. 80.

Discursus IV. *In aere & igne Spiritus S. suos demonstrat effectus, significans quod veniat peccata remissurus, hominemque in se transformaturus si ex nostra parte nullum obstet impedimentum. Describitur mysterium, probaturque ad gloriam sacratissimæ sponsæ Spiritus S. nempe Mariæ, quod certo quodam modo hic illi debebatur & hic descensus eius omnesque in animas illi debeant adscribi.*

COmmunis est Doctorum sententia, quod in mundi creatione Deus quoddam præmiserit prototypon, qua ratione repararet illum & redimeret: dicendo quippe: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, felicissimum prædixit tempus quo secunda Persona SS. Trinitatis expressa imago Patris humanam naturam assumeret. Vt igitur ei animam infunderet, pectus eius vitalem expirauit halitũ, quo viuit & mouetur ille qui prius truncus erat inanimatus: quo dabat intelligi: quod tunc illum integre perficeret, quando cælestem illi suum tribueret spiritum, quem D. Augustin elegantet nominat animam Ecclesiæ & animarum, his verbis. *Quod est anima corpori hominis, hoc est Spiritus S. corpori Christi, quod est Ecclesia. Quid agit anima in corpore? Anima membra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per linguam loquitur, per manus operatur, per pedes ambulat, omnibus vitam dat, officia singulis, hoc agit Spiritus S. in tota Ecclesia.* Deficiente corpori anima, nec oculi vident, nec aures audiunt, nec sapit gustus; nec manus palpant, nec pedes ambulant, omnia conquiescunt. Dum autem illud ingreditur, mouet se suasque exerit operationes. In corpore mystico Ecclesiæ liquet hoc. Quis venustos eius roborauit pedes, Apostolos dico, ad prædicationẽ Euangelii vt per totum discurrerent

Genes. 1.

II. Spiritus S. est anima animæ.

D AVGVS. Serm. 186. de temp.

rent orbem? Scythiam D. Andreas, Asiam minorem D. Ioannes, superiorem D. Philippus, Indiam D. Thomas, Armeniam D. Bertholomæus, Mesopotamiam D. Simon, Arabiam D. Thaddæus, Æthiopiam D. Matthæus, Hierusalem D. Iacobus minor, Hispaniam D. Iacobus maior, Italiam D. Petrus, & totum orbem D. Paulus? Spiritus S. qui oculos illuminauit, & linguas mouit Ecclesiæ, Doctores & Prophetas, vt tanta viderent, mysteria hi, & aliis ea reuelarent, Spiritus S. *Spiritu S. inspirante locuti sunt Sancti Dei homines*: Quis Martyribus tribuit fortitudinem, pœnitentiam Confessoribus, puritatemque Virginibus? Quis informauit deditque vitam huic corpori, nisi Spiritus S.? Sine illo namque ne quidem motum haberent.

[Genes 1.]

[II. Spiritus S. est anima animæ.]

[2. Pet.]

[D Avgvs. Serm. 186. de temp.]

Sententiam proferre lubet obscuram ex Iob, quæ effectum hunc eius exponat, nempe, quod vitam inspiret, & totum exponet discursum. *Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.* De Christo loquitur sapientia æterna, cuius præconia in toto hoc capite prosequitur, & ait: quod illi nec aurea vasa, nec gazæ diuitiarum possint conferri, nec minus crystallina, seu transflucida vitra. Per aurum natura venit Angelica: proprietas autem metaphoræ aperta est, per vitrum natura humana, tot exposita periculis, vt ad minimum contactum diffringatur. Ipse dixit Iob, & in seipso satis expertus est. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs.* Patent multæ satis experientiæ, non est qui delineat illas, dolorem in illis enarrandis non renouemus.

[Iob 28.]

[III. Spiritus S. robur dat nostræ fragilitati.]

[Iob 14.]

Quamuis autem hoc verum sit, vitrum ostensum est adeo forte & pluris quam aurum æstimatum, licet non in materia, saltem quoad artificium. Refert D. Petrus Damianus artificem insignem Tiberio Romanorum Imperatori vas vitreum obtulisse, quod in lapides collisum non frangebatur, licet tubera contraheret, quasi foret ex ære solidum. *Phiala vitrea nullatenus est confracta, sed ad modum vasis anei vel argentei ex quodam latere complicata.* Cum autem ab eo quæreret Imperator vtrum alteri quam ipsi notum esset illud secretum, quo respondente quod non, iussit eum plecti capite, ne manifestarentur materialia ex quibus vitrum adeo fragile conflaretur tamen firmum adeo & solidum, & vilipenderetur aurum & argentum. Idem refert noster Geminianus. Vt igitur formetur vitrum tria concurrunt; manus eius qui massam de terra componit alba, vel luto, aere & sufflatione tubi formatur, sed

[Petrvs Damia. l. 4. Ep. vlt.]

[Gemin. summa de exemp. l. 2. c. 2.]

non

non solidatur nisi igni commendetur, in quo recipit suum temperamentum ac robur: quod si cadens frangatur, eiusdem fragmenta denuo conijciuntur in fornacem. Requiramus mysteriũ. Vitrum hoc, homo est, creauit illum Deus de luto aquâ temperato in agro Damasceno, fornace & loco suæ fusionis. Insufflat Deus: *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* Et hoc aere, & in aere illi vitam inspirat. *Factusque est homo in animam viuentem.* Quàm formosus de terra surrexit: in tantum vt diceret D. Chrysostom. quod in facie eius singularis quędam pulchritudo fulgeret splendidissimos emittens radios. *Concessa faciei corporis eius forma Angelici cuiusdam fulgoris.* Per culpã ex tam sublimi lapsus est statu: quid facto opus vt reparetur & fortis euadat? quasi resumit partes, & quasi non illi dedisset temperamentum, ignis Spiritus S. descendit in aere & igne: quibus ita per gratiam roboratur, vt alteri nempe Angelo comparari possit. Paucis verbis hæc omnia cõplexus est Tertul. *Recipit enim illum Dei spiritum, quem tunc de afflatu eius acceperat, sed post amiserat per delictum.* Verum est quod in creatione sua homo receperit aerem & diuinum spiraculum, ex quo surrexit in animam viuentem, sed deerat illi alia melior vita & maioris momẽti anima, nempe Spiritus S. atque ad huius significationem fuit leuis tantum aer *Spiraculum*: hodiernus autem vehemens: *Spiritus vehementis*: beneficium enim quod tunc Deus homini contulit, exiguum fuit in comparatione eius quod hodie accipit.

Nota.

IV. Similitudo.

Genes. 2.

D. Chrys. Ser. 2. de sancto & adorando spiritu.

Tertull. de Baptis.

Quando vates Elias vitam puerulo restituit filio hospitis suæ, quamuis S. Scriptura hoc non exprimat, affirmat tamen D. Gregor. quod tertio insufflauerit, fueritq; hoc quasi figura quædam vitæ, quam in hoc cælesti spiraculo Spiritus S. nobis erat infusurus. *Eliæ Prophetæ mysticam illam triplicem insufflationem, qua Sareptanæ filio viduæ vita inspirata est.* Vltimum deerat illi temperamentum, postrema inquam manus. Descendat ignis Spiritus S. Apertis hoc fatur verbis Rupert. nam illa Dauidis exponens: *Flauit spiritus eius & fluent aquæ:* (ait) *propter insinuandam diuini ignis dulcedinem, quod cum frigidum cor tetigerit ita temperat* (notanda venit vox *temperat*) *& emollit sicut glaciem calidus Auster.* Vnde: notat quod Christus Apostolos suos in igne baptizaturus, quando illis ait: *Accipite Spiritum S. Insufflauit.* Qua cæremonia Ecclesia vtitur in baptismo aquæ, denotans à baptizatis recipi gratiam S. Spiritus. *Sicut Discipuli vel ministri eius baptizando insufflant, sicut*

4. Reg. 4.

V. Allegoria.

Nazianz. Orat in S. Penteco qui est 44 Psal. 147.

Rupert. l. 3 de victoria verbi Dei c. 17.

Ioan. 20.

VI. Bis datus est Spiritus Sanctus. Gen. 9.

cut habet consuetudo Ecclesiæ. Cui congruenter adfert binas illas vices; quibus Deus Noe filiisque eius benedixit. nam secunda vice illis ait: *Terror vester sit super cuncta animantia.* Animalia terræ quantumvis ferocia sint, non timebis: quo signatur quod duabus vicibus quibus Christus Apostolis suis Spiritum S. tribuit, insufflando semel: *Accipite Spiritum S.* in igne secundo, hodie scilicet, hac vltima vice vitrorum fuerit horum temperamentum: idiotas & bardos conuertens in sapientissimos, pusillanimes in generosos, frigidos in Seraphinos ardentissimos. *Postquam Christus resurrexit à mortuis, bis effusa est super homines abundantia supernæ benedictionis; gemino quippe dono data est Apostolis gratia Spiritus S. Primo quando datus est eis ab ipso insufflante & dicente: Accipite Spiritum S. Secundo quando venit de cælo idem Spiritus S. in igne apparens illis, & super singulos eorum sedens, sic intrinsecus igniuit, vt de indoctis eruditos, de idiotis sapientes, & de timidis fortes efficeret.*

4. Reg. 4. V. Allegoria.

RVPERT. l. 4. in Gen. c. 30.

NAZIANZ. Orat. in S. Pentec. quæ est 44 Psal. 147.

RVPERT. l. 3 de victoria verbi Dei c. 17.

VII. Exemplum.

Sentiunt hoc ardentissimi Dei amatores, in feruentissimis quorum cordibus moratur Spiritus S. Notandus ille casus est relatus à Ruperto, de puella quadam nomine Waltrada, quam cum instanter Parentes ad in-eundum matrimonium excitarent, cum ipsa cælestem sibi elegisset sponsum: & ipsa nocte qua celebrandæ erant nuptiæ, & hæc quidem contra eius voluntatem, orationi vacaret, ecce singulari quadam dulcedine descendit Spiritus S. in animam eius in figura flammæ, fuitque hæc adeo magna ac visibilis, vt mater exclamaret auxilium postulans. *Ardemus, ardemus.*

Ioan. 20.

Dicamus modo quod Spiritus S. appareat in aere: quia seueritatem Dei in lege veteri, & præteritis sæculis attemperat, suauemque reddit. Grauiter attendit Rupert. rationem ob quam Saluator noster tribuens Apostolis potestatem remittendi peccata, prius diuino quodam suo aere illis insufflauerit. *Insufflauit & dixit: Accipite Spiritum S.* Et duas adducit valde mysticas. Prima declarat processionem Spiritus S. Altera suauitatem eius ac benignitatem. Primò: dum enim aliquis respirat, quasi pectus suum exonerat: ita Pater & filius spirantes Spiritum S. eique suam communicantes essentiam, quasi conquiescunt, omnibus suis effusis diuitiis producentes Personam Spiritus Sancti. Secundò: denotando quod sicut nihil est facilius, nec minoris impendii quam respirare: ita per Spiritum S. remittuntur

VIII. Cur Christus insufflando dederit Spiritum S.

peccata ; & hac intentione descendit. Quis nolit eius verba audire? *Et quidem Spiritus S. non est flatus corporeus; verumtamen per hoc verbum, quod dictum est, insufflauit, duo hæc nobis dat intelligi: & quod ex ipso procedat ista paraclisis; & quod per hunc Spiritum S. tam facile sit omnia peccata dimitti, quam facile cum vult, insufflare potest aliquis.*

RVPERT. l. 1. de glorificat. Trinita & Processi Spiritus S. c. vlt.

IX. Allegoria.

Decantata illa victoria, quam consecutus est Iosue contra Amalec, feruentissimæ tribuitur orationi Moysi, subleuantibus illi manus vtpote graues nimis ex hac parte Summo Sacerdote Aaron fratre eius, atque ex altera Hur. Hanc apposite producit D. Gregor. per grauissimas Moysi manus veterem grauemque intelligens legem in qua Deus hoc illis imponebat. *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Per Aaron qui dicitur *Mons fortitudinis*, venit Christus fortitudo Patris; per Hur id est ignis, declaratur Spiritus S. & omnia simul: *Quia Christus cum igne S. Spiritus veniens mandata legis grauia, quæ dum carnaliter tenerentur, portari non poterant, tolerabilia nobis per spiritualem intelligentiam ostendit.*

D. GREG. Ho. 33. in Euange.

Acumine ingenii præstantissimus Chrysolog. hæc omnia dicere videtur qua solet breuitate & profunditate. Filius meminit mulieris, de qua Christus in parabolis suis, quæ perditâ drachmâ quam tanti faciebat, hanc primam adhibuit diligentiam: nimirum *Accendit lucernam*, eam illa quæsitura. Quænam est illa drachma? quæ fax illa qua quæritur & inuenitur? drachma est homo, thesaurus Dei, & cui cor suum affixit. Qua ratione quæretur & inuenietur? Spiritus S. lux est, cuius diligenti cura inuenitur, & absque cuius clarissimo radio ita perditus & obliuioni traditus manebit ac erat prius. Acumen audite Chrysolog. *Nox erat ei iugis & profunda caligo, cui lucerna sine diuino igne ad noctis solatium non lucebat; sed postquam supernus ignis, ignis Spiritus S. flammeo super Apostolos imbre diffudit: & non minus frigida quam terrea mortalium corda, toto ignis sui calore succendit.* Idcirco D. Augustin. vocat Spiritum S. Dulcedinē Patris & filii. *Spiritus S. genitoris genitique suauitas.* Acceptus titulus, suauis epigraphe illius qui cuncta mitigat supplicia. In mundi creatione patet: Quando *spiritus Dei ferebatur super aquas.* Cum enim aquæ futuræ essent primum flagellum quo Deus destrueret, alas suas columbæ super illas extendit, quasi temperans hanc seueritatem & deinde in illis instituit Christus Sacramētum Baptismi, quasi elementum hoc ab illa vendicans iniuria & priori seueritate. *Ferebatur* (inquit D. Hieron.) *quia*

X. Alia.

D. PETRVS CHRYSOL. Ser. 169.

D. AVGVS. l. 6. de Trin.

Genes. 1.

D. HIER. Ep. ad Ocea. *quia nascentem mundum in figura baptismi parturiebat.*

X. Alia. Cum autem tanto flagraret desiderio se communicandi, & hodie se communicet: videbimus quod signa quibus descendit, terminis explicentur, qui vim, violentiam & impetum designant. *Factus est repente de cælo sonus*: velut aer qui impetuose de cauernis prosilit, omniaque attrahere sibi velle videatur. *Repleuit* velut fluuius inundans qui sinu suo egressus irrigat, demergit, diruit repagula, fontes & castella. Et tandem *Sedit*, quasi videre lassatus esset, quod tot transiissent sæcula, quibus se non effuderat, *Sedit.* Et hæc ratio est, cur in linguis veniat: si namque intendat amorem suum exponere, & docere nos qualiter illum amemus, nihil est quo sic refrigeretur & deleatur amicitia, quam quod amici sibi mutuo non communicent. Quando anima caro cũ Deo agit, signũ esse dixeris amorem paulatim extingui: eius etenim silentium charitatem extinguit. Eleganter hoc exprimit D. August. ad illa verba Psalterii. *Ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Continuum desiderium tuum, continua vox tua est, tacebis si amare destiteris: quia tacuerunt de quibus dictum est: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum; frigus charitatis, silentium cordis est: fragrantia charitatis, clamor cordis est.* Vox tua desiderium tuum est, si non diligis, Deum nec desideres, idem est ac cum illo non loqui; gelu quod charitatis vigorem consumit, est silentium. Illabatur igitur Spiritus S. vt semper solliciti simus quo tanto amori dignè respondeamus.

D. PETRVS CHRYSOL. Ser. 169.

XI. Cur linguis igneis apparet Spiritus S.

D. AVGVS. l. 6. de Trin.

Genes. 1.

Psal. 37. D. AVG. ibi. Matth 34. Nota.

XII. Allegoria. Porro si diuinus hic amor illuminet intellectum: *Ille vos docebit omnia*; si voluntatem inflammet; si memoriam excitet; si ex descensu tantum Dei super montem Sinai, daturi legem exaratam in duabus tabulis, terra tremuerit, & non nisi fumus, tonitru, fulgur visa fuerint, vt omnia consumi igne viderentur: *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descenderet Dominus ad eum in igne, eratque mons terribilis*: quam stricto gelu congelata est illa anima, si hodie tanto igne non inardescat, non inflammetur nec saltem incalescat. De Dauide sic S. Pagina. *Cumque operiretur vestibus, non calefiebat.* Impossibile erat calorem penetrare, licet stragulus pellibus ac lodicibus Rex cooperiretur. Incognitus super Psalmum 18. *Non est qui se abscondat à calore eius*; tres adducit rationes ex Stephano graui Auctore huius in Dauid frigiditatis: cui nullum vestimentum solamen aliquod caloris adferebat, quas apposite ad mores trahit,

Exo. 19.

3. Reg. 1.

omniumque disciplinam. Prima: quia multorum dierum senex, quando vires iam elanguescunt. Secunda: quia ab adolescentia inter arma versatus fuisset, sanguinemque multum effudisset, quo calor naturalis non parum refrigeratur. Tertia eaque principalis, ex pauore nimio, quo venæ ei congelabantur, dum Angelum conspexit euaginatum manu tenentem gladium, diuinam exercentem iustitiā & peccatum punientem, quo recenseri populum suum iusserat, militumque iniri numerum, non solum se fidens Deo exercituum. *Primò: quia erat antiquus ætate. Secundò: quia in bellis, multum sanguinem perdiderat. Tertiò: quia ex quo vidit Angelum Domini cadentem populum, pauore vehementi contabuit.* Cui statim hanc addit instructionem, asserens calorem animæ dici Spiritum. S.

Incog. in Psal. 18.

XIII. Tria impedimenta Spiritus S.

Christus enim postquam ascendit ad Patrem, Spiritum S. in specie ignis misit Apostolis, qui totum mundum calore Spiritus S. inflammauerunt. Placet modo verborum eius audire elegantiam. *Sic, moraliter ista tria multos impediunt, ne calore charitatis, calore Spiritus S. cale[illegible]nt. Primum, antiquitas temp[illegible]is; quid est enim spiritualiter antiquari, nisi antiquioribus peccatis implicari? Secundum est, proximorum egenorum compassio, quod notetur, quia Dauid multorum sanguinem fuderat: tantorum enim sanguinem fundimus, quot fame mori permittimus, subuenire valentes. Tertium est, iustitiæ diuinæ sine misericordia nimia consideratio, quæ ad desperationem perducit.* Ita vt quod in Dauide operabatur senectus, sanguinis effusio & metus, idem operetur in nobis spiritualiter veterum peccatorum senectus, sanguis effusus, & quamuis non gladio, saltem crudeli immisericordia qua nolumus licet possimus egeno subuenire. Nimia consideratio diuiuæ iustitiæ, pietatem eius ac misericordiam non attendendo. Peccata inueterata & consuetudine longa contracta solis huius diuini radios impediunt.

Et neruose notauit hoc noster Caietan. in responso Nicodemi ad Christum qui natiuitatem illi nouam & spiritualem necessariam asserebat: *Oportet vos nasci denuo:* & cum hoc ille crassa Mineruâ ac materialiter intelligeret sic ait: *Quomodo potest homo nasci cum sit senex?* Senem esse & nasci denuo, peccatorem inueteratum & ad Deum conuerti, diuinum est hoc opus eiusque fortissimo brachio adscribendum. *Et citat senectutem vt ab ætate contraria nascenti obiectio sit euidentior.* Secundo sanguis obstat id est odium in corde, ira in pectore: nihil quippe sic opponitur

Genes. 8.

S. Vincen. Ferrar. Ser.

Ioan. 3.

Caiet. Ioh.

XIV. Historia narratur.

ponitur amori ex diametro qui eſt Spiritus Sanctus quam inimicitia nullaque pax. Egreſſus Noe de Arca obtulit Deo ſacrificium de auibus & animalibus tempore diluuij in ea commorantibus : *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Sacrificium hoc diuinos ad ſe traxit oculos : cum enim eſſet ex animalibus tam diuerſæ ſpeciei, illa tamen in arca manſiſſent inter ſe adeo pacifica. Tandem ignem hunc extinguit diffidentia eius qui in Deo non niſi ſeueritatem attendit & indignationem, non aduertens quod ſi ad illum ex toto corde pœnitens reuertatur, totus ſit benignus, & miſericors, gratias donaque tribuens.

Geneſ. 8.

Vrget nos tempus vt ſucceſſum enarremus. Poterat quidem Spiritus S. deſcendere præſente Chriſto, ſed tot dierum expediebat dilatio, quos feruentibus deſideriis & continuis orationibus Apoſtoli conſecrarunt: vt magnificum adeo donum aliqua præcurreret diſpoſitio. Pie meditatur Prædicator Apoſtolicus S. Vincentius ferrarienſ. quod ſicut Saluator noſter diſcedens illis promiſit Spiritum S. illi ipſum ſibi promitterent citius deſcenſurum. Triduo præſtolantur : adeſt dies Dominica : hodie veniet (dicerent) : ſi namque creatio & reparatio ſibi reſpondeant : hac die lucem creauit, & ratio ſuadet illam noſtris hodie infundat animabus eius abſentiæ tenebris demerſis. Die Lunæ creauit firmamentum, noſtram modo corroboret puſillanimitatē. Die Martis produxit plantas, & terram viridi decorauit amictu : hodie vtinam noſtram renouet ariditatem. Die Mercurii condidit ſolem, Lunam, & ſtellas: faxit Deus vt in intellectibus noſtris nouum ſolem fulgere faciat ſuæ cognitionis. Die Iouis aſcendit, & hoc die demittit Spiritum S. Die veneris luximus eum in Cruce pendentem & ſaturatum opprobriis. Die veneris quoque illum videbimus diuinitatis eius ac gloriæ teſtimonium. Die Sabbathi diſperſi ſumus : vtinam nos in vnum recolligat Spiritus Sanctus. Tandem (inquit D. Vincent.) Die Dominica hora tertia omnes ſedulæ vacant orationi, atque inter illos anima illarum animarum & dux glorioſi illius exercitus ſemper Virgo ac Mater Dei Maria, hunc attollens prima verſiculum orat : *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Reginæ ſuæ cælum reſpondit ſtrepitu illo feruenti & commotione magna : quaſi tormenti ænei exploſione illam ſalutans. *Factus eſt repente de cælo ſonus.* Adeſt donum illud cæleſte ſeditque in linguis igneis ſuper

S. VINCENT ferrar. Ser. 2.

XIV. Hiſtoria narratur.

Pſal. 103.

capita Apostolorum, ardent feruentque amore, de Cœnaculo se proripiunt magnalia Dei populo prædicaturi toto spiritus repleti feruore: fidelque Christo iam absente præclariora patrat quam illo præsente facinora.

Supremæ Imperatrici cæli & terræ Mariæ certo quodam modo aduentũ hunc debemus Spiritus S. nam triumphum ducens de Verbo filio suo, etiam de amore Sponso suo triumphauit. Hinc ait Rupert. quod B. Virgo Maria inter omnes mortales purosque homines maiori longe plenitudine receperit Spiritum S. *Datum hoc Beata Maria prima omnium accepit.* Porro singulariter Origen. sententiam adfert, quæ congruenter hoc expendet, notans quod dum B. Virgo Maria visitaret Elisabeth cognatam suam, quam primum loqui cœpit dulcisque sonus rationum vnius quæ Mater erat & Virgo ad aures peruenit alterius matris ad hoc vsque tempus infecundæ: inusitatis lętisque saltibus Infans Ioannes maternam mouerit linguam, & tam ipse quam mater Spiritu Sancto repleantur. *Vt audiuit salutationem Maria Elisabeth* &c. Dicit igitur Orig. *Per vocem Maria Virginis, qua peruenit ad aures Elisabeth exilit Ioannes in vtero matris tunc veluti à Maria sumentis Spiritum* S. Trutina vltima verba: *A Maria sumentis Spiritum S.* Adducebat secum Maria Spiritum S. & cum illum recepturus esset infans, illum à manu B. Virginis sumpsit sponsa sua & reliquiario: nam eius voluntati & liberæ dispositioni quasi alligatus est hic amor, credo, Spiritus S.

RVPERT. l. 1. in Matth.

Luc. 1.
ORIGEN. in Ioan. circ. : vidit Ioannes Iesum &c.

Hodie ô cælestis Domina coronat in lingua ignea caput tuum Spiritus S. designans vel proclamans quod in te quiescat: vel dixero potius, quod coroneris in Reginam Ecclesiæ vniuersalem, qualem esse te nouimus. Et quẽadmodum quando Metropolitanus Episcopus in terris Reginam coronat, illam proponit & petit, ipsa vero iurat se hoc impleturam, subditis suis auxiliaturam eosque protecturam verbis illis ex Pontificali Romano desumptis. *Ego N. Regina promitto coram Deo & Angelis eius, populo mihi subdito pro posse & nosse benefacere.* Idem quoque rogamus te Regina mortales, quando te illorum Amor coronat Imperatricem, te cælum agnoscit, & terra veneratur, ex iisdem sperantes manibus nobis gratiam gloriamque concedi: *Ad quam nos* &c.

Pontificale Roman. in coronatione Reginæ.

CONCIO

CONCIO DECIMA IN FESTO SS. TRINITATIS.

Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij & Spiritus Sancti. Matth. vltimo.

SALVTATIO.

Dignitas ac solemnitas hodierni mysterii, fidei nostrę quo nullum eminentius, & in Ecclesia celebrius, in quo immenso Oceano essentiæ Dei trini & vnius festa dedicamus, profunditatem suam ad montes vsque extollit, & acutissimos Seraphinorum supergreditur intellectus. Dubito num hoc Deus non indicauerit quando Moysi pręcepit vt ad ingressum tabernaculi velum oppanderet cum cortinis ex hyacintho, purpura, linoque mundo contextum *Opere plumario* mira varietate compositum: vnde alio capite ait: *Et in introitu porta eius fecit tentorium opere plumario.* Erat hæc indubie humanis oculis admonitio intrantibus, mysteria diuina in hoc tabernaculo celebrata alas habere quibus auolarent nostrisque se oculis subducerent. Hinc notauit Origen. quod cum Moyses tam versatus esset & eloquens, vtpote scientiis Ægyptiacis apprime instructus, ad primum tamen cum Deo verbum, hæsitauerit, ac balbutierit, ut ipse fatetur: *Ex quo locutus ad seruum tuum, impeditioris & tardioris lingua sum:* & cum prius esset Aquila per aera volitans, in testudinem conuersus est tardissimam. Magnus ille Turonens. Episco. D. Martinus ait. *Sileat lingua oratoria, quia deficit sermo de indicibili, cum consummauerit mens humano de diuina Maiestate dicere aut differere, tunc incipit.* Indicibile quomodo proferri potest nostra lingua, & arctioribus mensurari discursibus? vnde euenit, vt dum

Pontificale Roma. in coronatione Reginæ.

Exo 36. Exo. 38.

l. 3. in Exo.

Exo 4.

D. Mart. in Profess. fidei.

I. Mysterium SS. Trinitatis est indicibile.

dum homo multa dixisse se credit, nec incepisse quidem se sentiat. Porro in tanta hac confusione solantur me verba D. Cyrilli Patriarchæ Hierosolymitani. *Numquid quia totum flumen bibere nequeo, id quod mihi commodum est, sub mensura non bibam? Cum solem comprehendere nequeã: numquid illis lucis visum, quantum sufficit, non aspiciam?* An expediret quia totam & abundantem fontis aquam haurire nequeo, nec aquæ guttam bibens siti exarescam? Vel forte quia potentia visus infirma penetrare nequit solem medio suo cursu flammeum, conueniret vt ad temperatam lucem non accederem mihi necessariam? Fons inexhaustus, mare immensum, solque excæcans est in se diuina essentia: cumque iam in se comprehensu sit impossibilis, tantum in seipso reseruatus: radium saltem huius solis explicemus, & huius Oceani guttam bibamus; filia Mater, Sponsa Patris, filij & Spiritus S. mihi sit subsidio, mihi velut porta lucis gratiæ lucem impetrans. *Aue Maria.*

D. CYRILL. Catechesi 6 de Monarchia Dei.

Discursus I. *In sublimissimo & maxime abscondito nostræ fidei mysterio, fundamento ac basi eiusdem, Deo non placet intellectus altitudo: grata est autem illi humilis submissio, & bene affecta voluntas: quia quò quis sanctior, eò Deum cognoscit distinctius.*

SI suprema Dei Maiestas, quæ in omnibus effusa ac liberali operatur manu, intellectui nostro supernaturale fidei lumen non infunderet, quo posset (licet vmbratice, quia *Fides est de non visis*) saltem aliquid de perfectionibus eius & attributis intelligere, præsumptio foret temeraria, arroganter se eius cognitioni ingerere, ob celsitudinem illius dignitatis corde nostro longe superioris. *Maior est Deus corde nostro.* Quocirca antiqua fidei picturâ, qua fidei mysteria sunt credenda, proponebatur quasi Rex captiuus: etenim intellectum vt potentiarum Regem, præcepit Apostolus vt captiuum ducamus, & ergastulo concludamus. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium fidei.* Et sicut fugit ab intellectu alis cereis volanti ita voluntati se manifestat inflammatæ, puræ & humili.

I. Intellectus hic captiuandus.

Ioan. 3.

2. Cor. 10.

Inter-

Interpretatus D. Gregor. libros Regum illa perpendit verba. *In diebus illis non erat visio manifesta.* Qua tempestate viuebat Heli summus Sacerdos, & populum regebat Israel, illis diebus, Deus non loquebatur, nec spiritus excitabat aut Prophetas, qui futuros prædicerent euentus, nec in Propitiatorio audiebãtur amplius oracula, silebant omnia, cohibebat se Deus vt mutus, velaque contrahebat. Perpendit igitur D. Gregor. & grauiter satis miratur (vt iustum est) tantum Dei silentium, vt nec electo suo populo vel semel os aperiat: cui se tam familiariter per Prophetas communicauerat: vt patet in eorum Duce Moyse, Iosue, Samsone & Gedeone, aliisque vsque ad illam horam, vt modo non sit vllum ab eo extorquere verbum. *Non erat visio manifesta.* Quis mihi causam dixerit? Peccata (respondet ille) negligentia ac desidia regiminis in Sacerdote Heli, filiorum eius ac iudicum non toleranda insolentia; populi igitur qui tam tepida languet Deo seruiendi voluntate, qua ratione Deus intellectum illustrabit, vt arcana eius comprehendat? Cælum illis claudat, solis etenim iustis secretorum suorum aperit cognitionem. Vnico verbo sed eleganti hoc manifestat. *Manifesta namque visio negligentis Pastoris non est, sed amantis.* Deum non amant, quo iure sibi Dei exigant reuelationes? *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum*: ait Christus: eodem quippe gradu procedunt amor Dei eiusq; cognitio: & quicumque illum tepide dilexerit, modicam etiam de ipso percipiet cognitionem.

1. Reg. 3.

II. Tepidis se Deus non reuelat sed amantibus.

Ioan. 14.

D. Greg. l. 2. in 1. Reg. c. 4.

Inter frequentes Christi apparitiones qua se à mortuis rediuiuus gloria victoris coruscum ostendit, hæc vna non minima fuit, dum Apostolis in mari Tiberiadis piscantibus apparuit. Ad littus stetit velut egressũ eorum expectans: quamuis autem eos ipse cerneret, non tamen eum illi cognoscebant. *Stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt Discipuli, quia Iesus est.* Quærit num quid habeant ad vescendum, at illi negabant: quia crebro retia in capturam laxauerant sed irrito labore: eius igitur iussione ad in dexteram sagenam iniiciunt, & confluit capiturque piscium copiosa multitudo. Primus omnium eum cognouit D. Ioannes, & condiscipulum suum D. Petrum accedens ait illi: *Dominus est.* D. Chrysologo mouet difficultatem prima illa D. Ioannis agnitio: cur illum hic cæteris prior agnouit? omnes eandem frequentãt classem, omnes eum tenere diligunt: vel omnes simul eodemque tempore illum agnoscant: vel si non, dicatur mihi ratio, cur hæc cognitio

Ioan. 21.

III. Cur Ioannes prior Petro Christum agnoscat.

prius D. Ioanni tribuatur? Iam respondimus. Erat Ioannes qui cæteris feruentius Christum diligebat; prior igitur illum agnoscat: qui namque Deum multum amauerit: multum quoque illum cognoscet. *Primus qui diligitur videt: quia semper amoris oculus acutius intuetur, & semper viuacius qui diligitur, sentit.* Perspicacior & acutior visus tribuendus est amanti feruentiori, talisque erat Euangelista; atque in amoris præmium magis extenditur, vt plura cognoscat. Sed obiectioni faciendæ statim respondet. Aderat ibi Princeps Ecclesiæ D. Petrus, & quo in materia cognitionis nullus de Christi diuinitate sublimiorem edidit professionem. *Vbi est ipsius Petri illud singulare: tu es Christus filius Dei viui, vbi est?* Et si de diligendo Christum præceptorem suum fiat comparatio, nescio si quis alius Apostolorum illum præcesserit; quænam igitur erit causa, quod illi lumina obtenebrentur, nec primos videat radios? hæc sit: vt enim facile fidem adhibuerat ancillæ voci, Christumque negauerat, ex hoc visus eius nonnihil caligauit. Tantum significatiue dico, quod eum ad ampliorem gratiam & familiaritatem promouerint profusæ pœnitentiæ lamenta, & hoc significetur quod modo aliquantulum cæcutiat. *Tardius suum Dominum videbat, qui vocem facile ancillæ susurrantis audiuit.*

D. Petrvs Chrysol. Ser. 78.

Matth. 16.

IV. Petrus eam negauerat, non Ioannes.

D. Paulus ostendens qualiter per fidem cognoscatur & credatur Deus, sententiam profert in qua per D. Thom. explicata nobis hæc veritas innotescit. *Corde creditur ad iustitiam*: ait: quod tantum corde vidit, an hoc creditur? Explicatur: *Corde creditur, id est voluntate.* Corde, quod est sedes voluntatis, diuina capitur cognitio: quamuis enim exteriora corporis membra ab alio violente moueri possint: porro ad fidem, si ego noluero, nemo me per vim coget. *Nam cætera quæ ad exteriorem Dei cultum pertinent potest homo nolens, sed credere non potest nisi volens. Intellectus enim credentis non determinatur ad credendum ex necessitate rationis, sicut intellectus scientis, sed ex voluntate.* Vnde infertur, quod voluntas melius disposita, & affecta, plura videat. *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Gustate*, inquit Propheta, *& videte*: quis forte dixerit, præmittendum fuisse *videte*, & ilico *gustate*: sed in humanis hoc consentio, nequaquam vero in diuinis: quæ vt videantur & cognoscantur, prius gustari debent & amari. Ama & videbis, voluntas præcedat intellectum: & qui per arrogantem voluerit intellectum argumentari, non autem voluntate bene affecta & in-

Rom. 10.

D. Tho. ibi lect. 2.

Nota. V. Ad fidem nemo cogi potest.

Psal. 33.

inflammata, ad interiora cum filiis non admittetur, sed cum seruis in atrium domus forasque relegabitur. Inter cælestes spiritus quamuis Cherubin exaltetur titulo scientiæ. *Plenitudo scientiæ*: Deo tamen immediate adstant ardentes Seraphin: & sibi Deus propinquiores admittit amantes Seraphin, quam sapientes Cherubin: & abundantioribus fruitur deliciis Angelus Dei amore flagrantissimus, quam scientiæ plenitudine sapientissimus.

Rom.10.

Ex D. Gregor. insignem sumamus auxesim. Quid est quod Deus præclariores reuelationes, & secreta sua communicauerit, tam in veteri quam noua lege per somnia, in obscura noctis caligine, silentio & secessu? Primo parenti nostro Adam, Euam formaturus, & symbolum præmissurus nuptiarum Verbi cum Ecclesia, vt ait Apostolus: *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia*; somnium infudit extaticum. Fertilitatem Ægypti eiusque famem in somnis Deus Pharaoni reuelauit, quod Ioseph interpretatus est. Daniel ita de se testatur. *Aspiciebam in visu noctis.* Zacharias: *Quasi virum qui suscitatur à somno suo.* Nabuchodonosor Monarchiæ suæ successionem in somnis accepit: *Somnium vidi.* Iob sic loquitur: *Quando sopor irruit super hominem.* Atque in nouo testamento in somnio solatur Angelus Ioseph, à metu recreat, cor ei serenat, & mysterium quod ignorabat aperuit. *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph: dicens, Ioseph fili David, noli timere &c.* Per somnium fugam illi cum puero & matre mandat in Ægyptum. Quærit igitur D. Gregor. *Quid est quod per somnium nobis locutio diuinitatis innotescit? An ita dormientes diligit, qui vigilias consulit, & remunerat excitatos?* Respondet. *Quid est &c. Nisi quod Dei secreta non cognoscimus, si in terrenis desiderijs vigilemus.* Manifestum est in dormiendo potentias non operari, intellectum non discurrere, sensus nihil agere: tunc igitur ad recipiendas diuinas influentias sunt aptiores: ab intellectu autem viuo volante & vigilante fugit, cordaque nescit excitata. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Ad somnium se homo componat, velut in sepulchro, Deus velox aderit, seque absque velamine clareque manifestabit.

Genes.2. Ephes.5. Genes.41. Dan.7. Zach.4. Iob.4.33.

VI. Deus in somnio secreta reuelat. Matth.2. D. Greg. l.23. Mor. c.20. D. Thom. in 4. dist. 9. a. 4. q. 1. ad 2. Psal.63.

Contemporaneus vixit D. Petro Damiano Cardinali Monachus quidam litteris vltra modum addictus: quod studium licet nemo reprehendat vtpote iustum, esse tamen potest immoderatum & vanum: cui consuluit, vt magis se daret exercitio virtutum & orationis, quibus anima

VII. Scientia ex amore procedat.

Nota. dilectionem Dei addiscit, & in eius amore proficit. Perpende replicas. O Domine, hoc studio multa de Deo percipiam quibus proximum meum ædificem; cui Damianus: caue tibi: fateor multa te nosciturum si multum studeas: sed plura de Deo non cognosces, si ardentiori voluntate eum dilexeris, quam intellectu & præsumptuosa noueris scientia. Perpende num Christus in Apostolis suis requisierit Grammaticam, Rhetoricam, linguarum eloquentiam, vel manus operatrices. Obedientia eorum, qua ad vnicam eius vocem secuti sunt, ita placuit, vt in præmium piæ huius voluntatis, Magistros illos mundi creauerit: Quocirca concludit vt multum diligat, si multa scire concupiscat. Auctoris habete verba. *Tu quoque valentius prouocas videntes te properare post Christum, quam promouere potueras audientes qualibet multiplicitate verborum. Nec enim Deus omnipotens nostra Grammatica indiget.* Quod fusius prosequitur, legat qui voluerit.

D. PETRVS DAMIA. l. 6, Ep. 17.

VII.

Insignem plane reperi Theologiam apud D. Gregorium explicantem illa Christi verba ad Pharisæos. *Ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* De prædestinatis loquitur aitque non hoc intelligendum de speculatiua tantum cognitione, qua creaturas cognoscit, sed in particulari de practica, nempe qua amicis suis quas oues nuncupat, confert beneficia. Et hinc elicit hoc argumentum. Si igitur cognitio Dei referatur ad amorem, & quia tantopere homines amat, vt saluaturus sit eos & glorificaturus, fatetur se illos cognoscere. Transeamus ad hominem, dicendo: quod si cognoscat Deum, eum diligat, quem si non amet, non cognoscit: quia dum quis alteri se reuelat in intellectu, eum deuincit, vt voluntate ipsum diligat. Loquitur D. Gregor. *Cognosco oues meas, non solum cognitione, sed opere, & ipsi debent ita me cognoscere: scitis autem dico, non per fidem, sed per amorem, scitis dico, non ex credulitate sed ex operatione.* Fides & amor congrediantur, dentque sibi mutuo dexteram; & secreta Dei penetrare desideres, ardentioribus affectibus coneris Deum diligere: de quo plura cognosces si affectu multo illum dilexeris.

Ioan. 10.

VIII. Qui vult Deum agnoscere, amet illum.

D. GREGOR. Ho. 13. in Euang.

IX. Saulus ex cæcatur [...] cognosca[t] Deum.

Descendit Saluator noster Saulum conuersurus sæuientem lupum, & Pastorem animarum Ecclesiæ suæ facturus vigilantissimum: & ecce lux de cælo circumdedit illum, qua de equo lapsus in terram visus illi tollitur fitque cæcus. Ruminat hoc D. Ambros. & verba nonnulla profert, quibus extollens Doctorem gentium, discursus nostri mirum in modum promouet argumentum. *Deus obumbrauit super eum quando apparuit ei*

D. AMBR. lib. de benedi[ct.] Patriar. c. 1[...] de Benian[...] Luc. 1.

Apoc. 8.

D. Ambr. l. de benedict. Patriar. c. 12. de Beniam. Luc. 1.

Christus: qui licet apertis oculis videret nihil; tamen Christũ videbat, & merito videbat præsentẽ, quẽ etiam audiebat loquentem. Non cæcitatis est obumbratio ista, sed gratiæ. Denique Maria dicitur: Spiritus S. superueniet in te & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Apertos habebat oculos, omnes sibi persuadebant, omnes ab eo videri, tamen solus Christus ab eo videbatur. Vt video D. Paulum nulli alteri in hoc casu quam B. Virgini Mariæ comparat; sed in eo hæreamus: *Qui licet apertis oculis nihil videbat, tamen Christum videbat:* q. d. Paulus euehebatur ad diuinę essentiæ visionem, & eligitur vt diuini nominis reliquiarium & custos integerrimus; vult autem Deus vt ipsum diligat, quatenus eum cognoscat: vt autem se ad nihil terrenum posset diuertere, ad hoc illi oculorum fenestræ clauduntur: & si Christum gustet, multam eius habeat cognitionem; non videat sed nec vmbram quidem terrenorum, ibi cęlum sibi faciat: *Non cæcitatis est ista obumbratio sed gratiæ.*

D. Gregor. Ho 13. in Euang.

IX. Saulus excæcatur vt cognoscat Deum.

Audiuit dilectus Domini discipulus Ioannes cælestium laudes, quibus in Ecclesia iusti diuinam extollunt magnitudinem: & aduertit silentium quasi media hora, datumque signum vt omnes ora comprimerent. *Factum est silentium in cælo quasi media hora:* Nec rumor quidem vocis audiebatur, nec gutturis strepitus, citharæ omnes & psalteria suspendebantur; pariter etiam mente suspendebatur D. Gregor. & parumper ruminatus intellexit quid hoc indicaret & ita describit: *Cælum quippe Ecclesia vocatur electorum, quæ ab æterna sublimia, dum per sublimia contemplationis intendit, surgentes ad infimis cogitationum tumultus premit, atque intra se Deo quoddam silentium facit.* Per hoc cælum in quo seruabatur silentium non modo intelligo cælum empyreum beatorum habitationem, sed Ecclesiam in terra militantem, in qua cognitionem Dei desiderantibus præcipitur (quod idem est ac laudes illi decantare) vt quandoque musica instrumenta è manibus soluant nec cogitent quod illum tantum laudent & cognoscant solummodo extollendo, atque intellectu de eius natura disputando, quantum voluntatem suam in alias amore inflammando: nam Deus aduertens in anima silentium amare illum desiderante, illi manifestius se reuelabit.

Apoc. 8.

X. Hoc indicat in cælo silentium.

D. Greg. l. 30. mor. c. 24.

Porro ex aliorum DD. sententia per cælum hoc intelligamus gloriosam ac triumphantem Hierusalem, non quod in ea silentium esse possit à diuinis laudibus, cum dicat idẽ Ioannes: *Requiem non habebãt die ac nocte, dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus:* sed similitudo solummodo quædam

Apoc. 4.

dam fiebat in cælo qua nobis hæc doctrina traderetur: & ratio est: quia Deus confirmare vult ita esse impossibile, vt quis non amans cognoscat Deum, vt Deus cognosci desiderat, vt etiam in cælesti beatitudine canticis silentium indicat, & amor intercurrat: & quamuis Sancti perpetuo Deum & ament & laudent, & illud vtpote adeo internum non ita videatur vt externum hoc canticorum: cessent non cessando, & suspendantur summum illud diligendo bonum. Hinc mens mihi patet Euangelii. Intendit Deus hominibus mysterium hoc eminentissimum explicite declarare, & hos primo reddit fide formata, quæ operatur, amicos suos. *Fides quæ per charitatem operatur*: & illis intimaturus. *In nomine Patris & filij & Spiritus S.* hoc præmittit, vultque præcedat: *Baptizantes eos.*

Discursus II. *In hoc mysterio cui vsque ad aduentum suum Deus tot vmbrarum ac figurarum vela oppandit, præclaras instituit nuptias inter rationē naturalē & fidē infusam: & si illa comprehendat esse Deum, eumque vnum: hæc nobis illum reuelat Trinum in Personis.*

IN vita hac nulla datur clara perfectaque de Deo cognitio: cuncta figuris, enigmatibus, vmbrisque inuoluuntur. Sola sponsa, vtique maioribus dotata priuilegiis quid amplius dicere potuit: audiamus illam in Canticis. *In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni; Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem.* In lectulo contemplationis, vbi quiescit anima, cælestem quæsiui de nocte sponsum, nec inuenire potui: & diligētia mea acceptata fuit. D. Greg. Nisse. sic ait. Age sponsa, quæro: Asseris quod de nocte in lectulo tuo (loquendo diuinatiuè) quæras Deum, & bene incipias *Per noctem*, in obscura caligine: quia omnis cognitio quam hic de illo percipimus, imaginaria est plenaque tenebris homini mortali. *Quo enim pacto possetis, qui supra omne nomen existit, per illam nominatim factam compellationem reperiri?* Vnde cognitionem illam nocturnam de-

Cant. 3.

I. Cognitio hic de Deo, obscura est.

Nisse. in Cant.

emi-

eminentiorē, *per plateas & viros ciuitatis*, hoc est, per totum mundum. Circuit cælos & spiritus Angelicos, & illos pertransiens ipsum inuenit. *Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.* Perpendit autem eleganter, quod occurrens vigilibus (per quos intelligit Angelos) & sciscitata ab eis. *Num quem diligit anima mea vidistis?* Non dicat quid illi responderint, cū mulier esset honesta, & nobilis, illi quoq; nobiles & vrbani: itaque ad interrogationem tacent: quia licet tanta de Deo noscent, nihil tamen esse reputant respectu eius quod illis deest: vnde de Deo agere non possunt sine silentio, quamuis periculose exponant notam incurrendi bardorum & heberum. *Quibus ad interrogationem eiusmodi silentibus, eo silentio declarantibus, se quoque percipere non posse id quod ab ipsa quæreretur.* Ne tam cito nobis Nissenus elabatur interpretatus illam Dei promissionem animæ factam, postquam illa ab ipso postulasset, vt diceret ei vbi cubaret in meridie; cum enim hoc tempus sit, quando se patentius manifestat, & contegit efficacia lucis suæ Planeta sol formosissimus nihil aliud petebat quam vt se illi manifestaret. Respondet igitur. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Quotidie cernimus opus argenteum auro decoratum: porro aureum argento vermiculatum quis vidit vnquam? Si argentum auro vermiculetur, ratio est quia argentum ab auro suam recipit dignitatem: aurum vero vermiculatum argento suam videtur perdere æstimationem. Exponit dubium Nissen. ex lectione Septuaginta. *Similitudines auri faciemus tibi distinctionibus argenti.* Monile faciemus tibi non ex auro, vel argento, sed tantum quod his sit simile. Per aurum intelligit Dei notitiam, per argentum verba & discursus quibus agimus de illo & loquimur. Instruitur sponsa in terra nullam esse perfectam Dei cognitionem. Et nedum hoc quia sua incomprehensibilitate cūcta superet; sed etiā verba non sint vera verba, sed tantum similitudines. Itaque cum non possimus concipere de Deo id quod in se est, etiam parum illud de quo formamus conceptum, non est lingua quæ sit vera lingua, dicatque aliquid, sed tantum similitudo cognoscendi, & apparentia loquendi; dum autem ait *Murenala* torques quæ collo iniicitur, quod est pars corporis humani maxime flexibilis, significat quod accedendo ad illud pūctum imaginandi & cognoscēdi Deum, quod facit intellectus, & loquēdi de ipso, voces formet quę per collum articulantur. Exponat seipsum D. Nisse. *Omnis quæ*

est-

Marginalia: Cant. 3. — I. Cognitio hic de Deo, ob. cura est. — Cant. 1. — Nisse. in Cant. — II. Allegoria. — Nissæ. Orat. 3. Cant.

est de natura illa ineffabili doctrina, & si maxime conuenientem & excelsam videatur ostendere sententiam. Dei sunt similitudines, non autem ipsum aurum. Non enim potest fieri, vt plene & perfecte ostendatur bonum, quod superat intelligentiam & mentis conceptionẽ.

Dubium non contemnendum mouet Rupert. Cur Christus in aqua primum instituerit Sacramentum & ingressum in Ecclesiam? *Quam vel qualem habet rationem baptizare, siue baptizari in aqua?* Audite responsum. Peccatum hominis fuit superbia, arrogantia, vanitas, qua Dei scientiam appetebat, & supra se in sui cognitione extolli. *Fuit supra se homo nimis elatus: quoniam voluit esse sicut Deus, secundum illud falsi serpentis susurrum: Eritis sicut dij, scientes bonum & malum.* Et quemadmodum porta cognitionis Dei, est confessio qua se homo deprimit humiliter, & humanis viribus se fatetur incapacem: voluit Deus vt in baptismo hæc illi notitia infunderetur: & quia creatus è terra superbus se erexerat, terra vero sit aquâ inferior, vtpote elementum grauius, vt cognoscat Deum, humiliat illum Ecclesia demergens in aquam, q. d. Tunc eris ad Dei cognitionem capacior, quando operibus protestaberis, ab eo te nihil impetrare posse absque gratiæ eius auxilio. Loquentum audite Abbatem. *Formauit enim Deus hominem de limo terræ, quod videlicet elementum elemento aquæ inferius est & erat, & sub eo latebat, donec diceret Deus: Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locum vnum & appareat arida. Multum ergo terra intumuerat, ordinemque excesserat: vbi homo terrenus Altissimo similis esse concupierat. Reducendus erat ad ordinem, & docendus cuius esset conditionis; atque in testimonium eiusdem confessionis submergeretur elemento aquæ quod grauius atque segnius elementum terra est.* Plane inordinatus erat homo arroganter sibi Dei cognitionem adscribens, descendat, ad suum redeat principium, & tangens sub aquis grauem terram, tunc per hoc se declarabit quis sit. Hoc est. *Baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus S.*

Optans igitur Deus vt homo finem assequeretur in quem creatus fuerat, suauissimum prescripsit medium, per quod illum agnosceret: nempe matrimonium inter naturalem rationem & fidem infusam, quo illa foret vt sponsa, hæc autem vt sponsus & per hoc intellectus quiesceret. Et sicut in matrimonio coniux se viro submittit velut capiti: maritus autem imperfectiones suffert mulieris, & fructus assequitur benedictionis: ita ratio naturalis, velut mulier debilis submittat se fidei, & fides vt fortior patiatur rationis naturalis imperfectiones,

RVPERT. l. 3. in Matth c. 5.

III. Baptizatur homo vt se cognoscat.

Nota.

Rom 14. D. Tho.

Cant. 1.

Ioan. 2.

IV. Matrimonium inter rationem & fidem

V. Hec Nu... tiæ in Ca... Galilææ designan...

Nota. nes, eiusque interrogationes: hoc quippe verbo vnico ait Apost. *Infirmum autem in fide assumite*: & explicat Doctor Angelicus. *Assumite id est, affectu charitatis suscipite ad supportandum*. Atq; in isto matrimonio fides vt sponsus pignora dat & arrhas sponsæ, & munera promittit. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*. De quibus paulo superius: monilia aurea argento vermiculata, id est veritates supernaturales, aurum purum, & deforis argentum, nimirum sententiæ S. Scripturæ & figuræ harum veritatum. Vt autem distinctè procedamus, cum dixerimus esse cæleste quoddam matrimonium, invenio apud D. Gaudentium Episcopum Brixiniensem mirabilem mysterij huius & Euangelii figuram.

Rom 14. D. Tho. ibi. Cant. 1.

IV. Matrimonium inter rationem & fidem

Ioan. 2.

Celebratæ sunt in Cana Galilææ nuptiæ passim omnibus notæ. Defuit conuiuio vinum: raræ quippe sunt nuptiæ quibus suæ non sint molestiæ & defectus. Iniungit Christus mensæ seruientibus, vt hydrias implerent aqua, erant autem lapideæ, quæ subitò conuersa est in vinum suauissimum. Quid hæ nuptię denotant? quid defectus vini in illis? Quid hydriæ lapideæ? quid famuli seruientes? Respondet D. Gaudent. Matrimonium iniuit Deus cum Israel descendens supra montem Sion signis terrificis tonitru, fumo, & fulgure. Deduxit eos quadraginta annis per deserta materna sollicitudine & amore, Manna de cælo pluit, aquam de petris eduxit durissimis; quid plura? asseruit illis Moyses nullã esse sub cælo nationem cui Deus ita clare se manifestaret. Porro Synagoga adultera nulla non coluit idola pacti cum Deo initi fœdifraga. Cogitat illi dare libellum repudii, & Ecclesiam sibi sumere in vxorem ex Gentilibus collectam. *Plebs Iudaica repudiata ob idololatriæ adulterium, Ecclesia gentium diuino est amori coniuncta*. Vini indigentia, obscuram & quasi nullam denotat Dei cognitionem quam Gentiles habebant: quinimo erant velut hydriæ lapideæ insensibiles, quibus nec manus, erant ad operandum, nec oculi ad videndum: omnia mortua. *Hæc omnia, cum essemus gentes, lapidea erant in nobis & mortua*. Deus igitur factus homo natusque in Bethlehem, id est *Domus panis*: mensam parauit qua Gentes sibi desponsaret. Apostoli famuli fuerunt honorarii amoris diuini, quod ita esse fatetur Apostolus. *Quæ ministratur à nobis ad Domini gloriã*. Illis igitur præcipit vt Gentium hydrias aqua replerent: hoc est *Implete hydrias aqua*, mediante Sacramento Baptismi, & demergite baptizatum aqua idem est ac si dicat illi: hactenus omnia lapidea erant, quo aqua in vinum conuertitur, hoc est, frigus in ardo-

V. Hæc Nuptiæ in Cana Galilææ designant.

Gavdent. Ser. ad Neophy. in illud Nuptiæ factæ sunt.

2. Cor. 8.

ardorem, languor & acedia in diligentiam & promptitudinem. Si hodie igitur in baptismi aquis hoc impleatur, ubi animæ reuelat tam explicite secreta abscondita: congrue dicemus in hisce nuptiis manum sibi dare ratione̅ naturalem & fidem. Verba vobis Auctoris placeant. *Vocatis ergo Iesus ministris, Apostolis videlicet, & eorum successoribus, qui sunt per singulas Ecclesias, Sacerdotibus, dicit eis: Implete hydrias istas aqua, hoc est: Baptizate omnes gentes & in nomine Patris, & filij, & Spiritus S.*

Genes. 8. VI. Allegoria.

Ex D. Cypriano notemus columbam tertiò ex Arca à Noe dimissam volasse super aquas, donec accepto oliuæ ramo reuolans ad Arcam exsiccatas testaretur diluuii aquas. Vmbram hic video SS. Trinitatis, tres columbæ volatus, auis fecunda in aqua, denotabat fore tempus, quo Christus formosa columba in aquis baptismi finem indignationi diuinæ daturus esset, & manifestationis sui ad animam principium. Habeo D. Cypriani sententiam: *Ter enim emissa columba ex arca & volitans per aera super aquam, significabat iam tunc Ecclesiæ nostræ Sacramenta; vnde Dominus Petro, & aliis dixit: Baptizate eos in nomine Patris & filii & Spiritus S.: vt Trinitas illa, quæ sub Noe singulariter per columbam operata est, hæc nunc in Ecclesia per hos spiritualiter operetur.*

D. CYPRIA. l. ad Nouatianum hæret.

Rupertus non inferiorem huic addit conceptum. In limine domus suæ adstabat Abraham in feruore diei, vt oculis ita corde spectans an forte transiret aliquis de via peregrinus, cui misericordiæ & hospitalitatis impenderet beneficium, ex hoc si quis alius summopere commendatus. Recreare voluit illum Deus vmbra quadam ac figura SS. Trinitatis. Tres intuetur Angelos quos dixeras iuuenes esse splenpidissimos, & genibus prouolutus tres vidit & vnum adorauit. Non aliter Rupertus. *Tres quippe viros videbat, quibus occurrens & adorans, non dixit: Domini, si inueni gratiam in oculis vestris; sed Domine, inquit, si inueni gratia̅ in oculis tuis: hoc fuit adorare eum in aspectu trium.* Optabat Abraham videre filios & habere successione̅ ex Sara: nam forte Deus no̅ illos ei dederat, vt filii sui, pauperes essent (vt era̅t) & reru̅ indigi; promittunt illi co̅iuiæ Angeli Isaac, epulos illis extruit Martiales, gaudium oritur & ex altario læta domesticis. Quærit igitur Rupertus. *Quid sibi vult illud conuiuium, talium hospitum, risu senum, & iubilo celebratum? Vbi qui nasciturus promittitur, vocari iubetur Isaac, id est risus, & eorum quibus nasciturus promittitur huius nominis filius, alter Abraham est, id est pater multarum gentium, & altera Sara, id est, Princeps nominatur.* Quid hoc quod hospi-

Genes. 18. VII. Abraham in Angelis SS. Trinitatem adorauit.

RVPERT. l. 4. de glorificatione SS. Trinitatis c. 21.

hospites Angeli filium non promittant donec paratam videant mensam, nec illi SS. Trinitatis mysterium reuelent? Meretur audiri responsum. Æternus Pater præfiguratur in Abraham: In Isaac *risus* Christus mundi gaudium, vt annuntiant eo nato Angeli: *Annuntio vobis gaudium magnum*: & interpretatur Rupert. *Qui Sanctorum omnium risus, hominum & omnium beatorum gaudium est Angelorum.* In meridie igitur promittunt illi filium, figuram Verbi, quo veniret lucis plenitudo, & in tribus Angelis vnũ adorat, & quia sinus suos aperuit, Deus sua reuelauit secreta, se manifestauit, magisque adhuc reuelabit factus homo, vt hodie factum intelleximus. *Futurum autem secundum dispensationem temporum, quæ prædefinita fuerat ante Deum: vt non ante aduentum, sed in ipso aduentus eius meridie sine feruore diei clarissimo, Sancta Trinitas mundo publica prædicatione innotesceret ipso incipiente nostro Isaac Euangelica voce: In nomine* Patris, *& filij, & Spiritus S.*

Genes 18. VII. Abraham in Angelis SS. Trinitatem adorauit.

RVPERT. l.4. de glorificatione SS. Trinitatis c.21.

Lucis,

In natura cogitauit D. Aug. subtiliter solem Planetam venustissimam huius veritatis vmbram esse: cum enim vnus sit in substantia, tria tamen in illo reperias particularia & distincta, lucem, splendorem & calorem. Lux principium est & quasi eius substantia; splendor, qui radios suos euibrat, & est sensibilis; calor virtus eius est & efficacia. Ita similiter in diuinis Pater vocatur à D. Iacobo Lux: *Descendens à Patre luminum.* Filius splendor: *Splendor gloriæ.* Spiritus S. calor. Et licet sint vnius naturæ, diuersis tamen censentur nominibus: ita quoque in hoc mysterio vna creditur essentia & tres personæ. Quid verbis meis immoror, cum D. Aug. verba liceat proferre? *Sicut in substantia solis, lucis, splendoris & caloris, non inuenitur diuersitas, sed identitas; sic in vocabulis vel officiis non prædicatur, identitas, sed diuersitas: nam lucis vocabulum ipsam substantiam, splendoris vocabulum lucis gratiam; caloris vero vocabulum videtur exprimere lucis efficaciam. Sic Patrem lucem appellari habetis: Deus lux est; Filium splendorem: qui cum sit splendor gloriæ; & nouimus Spiritum S. calorem nominari apud Moysen. Deus noster ignis consumens est. Cũ itaq; lux, splẽdor & calor sit vna natura, & indiuidua substantia, vocabula vero diuersa: cõstat profecto Patris & filij & Spiritus S. vnam esse naturam, indiuiduamque substantiam.*

VIII. Sol præfert SS. Trinitatem.

Iacob. 1.

Hebr. 1.

D. AVGVS. l. de cognitione vera vita c. 10.

1. Ioan. 1.

Deuter. 4.

Propheta Regius in quodam versu sæpius repetito clare nobis hoc manifestat, qualiter in SS. Trinitate vna sit essentia & summa æqualitas, nulla prioritas nullaque posterioritas in personis: vt vna prior, altera posterior agat, sed eo modo quo docet

Psal. 109. Theologus. *Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Dixit Dominus*, id est Pater, *Domino meo* id est filio: *Sede à dextris meis:* nam quamuis hoc aliqui capiant de triumphali Ascensione, quando victoria clarus sedit in quantum homo in throno Dei: *In potioribus bonis*: ita namque hoc intelligitur: *à dextris meis*; porro intelligamus hoc cum aliis de generatione filij æterna. *Dixit Dominus* per excellentiam Pater filio, omnem meam essentiam, attributa & perfectiones tibi communico, vel verbo meo coæterno & consubstantiali. Describit eius Monarchiam, & statim verbum vnum addit difficile. *Dominus à dextris tuis.* Quomodo potest hoc verificari? Si filius sit à dextris Patris, quomodo potest esse Pater à dextris: quia videtur implicare, quod aliquis sedeat ad vnam manum & alius illi coniunctus ad eandem. An forte sedes mutarunt, loca variarunt & thronos transposuerunt? Nequaquam. Quomodo ergo videt Propheta filium primò à dextris, & deinde etiam Patrem? *Dominus à dextris tuis?* O grande mysterium! Poterat ignorans aliquis eius quod à Propheta audierat, filium sedere ad dextram Patris, præsumere vel imaginari in ipso superiorem dignitatem ex loco sedeque honestiori: vt autem huius ne vel vna subrepat cogitatio, nisi quæ credat æqualitatem in potentia &c. Si dicat filium sedere à dextris Patris, dicat ilico Patrem quoque ad dextram sedere filii. Lubet audire leporem quo notus Incognitus dubium proponit ac soluit. *Sed notandum est, quomodo Dominus scilicet Deus Pater, dicitur esse à dextris Christi, cum magis videatur esse à sinistris: dictum est enim supra, quod Christus est à dextris Patris: quia dixit Dominus Domino meo; sede à dextris meis, id est Pater filio; quicumque autem sedet ad dextram alicuius, oportet quod ille ad cuius dextram sedet, sit ad sinistram illius, qui ad eius dextram sedet. Respondeo: Quod argumentum procedit de dextra corporali; hic autem non accipitur dextra corporalis, cum talis non cadat in Deo, qui corporalia membra non habet, sed accipitur dextra spiritualis, scilicet pro potestate, gloria & honore: quia vna essentia diuina, vna potestas, vnus honor & gloria est Patris & filij per naturam: & sic filius est ad dextram Patris: quia est eiusdem potentiæ & essentiæ cum Patre, & Pater ad dextram filij, eadem ratione.* Fuit autem huius mysterium, inquit D. Bruno, id quod Deus Moysi præcepit, vt ascendentibus ad eius altare, gradus non sternerentur, licet forent in Templo. *Non ascendetis per gradus ad altare meum*: sed immediate. Altare hoc fidem denotat huius mysterii: non sint gradus: nec enim

IX. Quam etiam indicat Dauid.

Incognitus in Psal. 109.

Exod. 20.

X. Allegoria.

enim tales sunt in SS. Trinitate, nullus ibi maior, nemo minor, prior aut posterior. Habes eius testimonium. *Hoc altare fides est Trinitatis, ad quam ille quidem per gradus ascendit, qui maius aut minus in Trinitate credit & intelligit.* Et quamuis vni quandoque Personæ titulus attribuatur, qui alteri non datur, non fit hoc, quasi non esset Deus vnus in essentia: sed propter appropriationem, distinguendo earum relationes vel notiones. Modo innotescit mihi formula benedictionis à Deo præscripta Sacerdoti legis antiquæ: eratque hæc: *Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.*

D. BRVNO ibi.

Num. 6.

XI. Tres digiti in benedicendo SS. Trinitatis figura.

Notat autem Doctissimus Burgensis (Rabinus insignis, atque ad fidem Catholicam conuersus ex lectione cuiusdam Articuli Doctoris Angelici: cuius doctrina cum cælitus infusa sit, diuinos etiam habet effectus) Sacerdotem tres digitos extendisse dum populo benediceret, vt moris etiam nunc est in Ecclesia; pollicem manum extendimus: & dicitur *Pollex* iuxta Calepinum: *quod vi & potestate inter cæteros digitos polleat.* Digitus hic fortis ac robustus Patri adscribitur, cui potestas appropriatur. *Index* secundus digitus inde nominatur: *Quod in indicanda re quapiam eo uti solemus:* qui signat, demonstrat, notatque filium secundam Personam, sapientiam increatam, *Ducem ac Præceptorem gentibus.* Et constat ex Leuitico, quod dum Sacerdos offerret victimam, digitum intingeret in sanguine offerẽdi animalis, quem esse indicem aiunt) tangens Altare, & illud quasi sanguine commaculans, quo Deus placabatur, & nostræ redemptionis mysterio alludebat, eo quod sãguine filii hominis, secundæ Personæ satisfaciendum erat ex toto rigore iustitiæ per peccatum offensæ, D. Paulus hoc asserit. *Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Digitus autem medius singulariter cordi respondens adscribitur Spiritui S. Personæ tertiæ, strictissimo vinculo quo Pater & filius se diligunt.

Isa. 55.

Leuit. 4.

Colos. 1.

Ingeniose obseruat Rupert. quotiescumque populus graui pressus fuit calamitate, Deus illum mediis tribus Personis, ad reuerentiam & memoriam SS. Trinitatis, eduxerit. *Ecce quoties gens illa saluata est, propter tres viros qui inuenti sunt in medio eorum, sed magno Sanctæ Trinitatis mysterio.* Probatur exemplis. In prima calamitosa oppressione Ægypti, mittens Deus Moysem, dicitur Deus esse Abraham, Isaac & Iob, quasi populum amicorum trium horum

RVPERT. l. 3. de glorific. Trinit. c. 14.

merito liberans: quibus similiter Deo propositis Moyses diuinam placauit indignationem ex idololatriæ peccato commotam. *Recordare Abraham, Isaac & Iacob, seruorum tuorum.* In captiuitate Babylonica tres illi adolescentes Sidrach, Misach & Abdenago, qui tanta mentis fortitudine cultum vero Deo exhibuerunt, per ipsum reliquias captiui populi Israel conseruarunt. Tres legimus Monarchas qui populo libertatem indulserunt reædificandi templum in Hierusalem, Cyrum, Darium & Artaxerxem. Alia quoque occasione cum iam exterminandi forent perfidis Aman molitionibus tres ad eorum concurrerunt redemptionem: Mardochæus, Regina Esther, & Assuerus. Tandem tempore Machabæorum quos Gētiles adeo pertinaci persecuti sunt odio bellisque vexarunt, tribus inuictissimis ducibus ac fratribus Iuda, Ionatha ac Simone in pristinam asserti sunt libertatem. Verba eius ita ferunt. *Valde iucundum est in istis numeris mysterium: quia septies, sicut hic enarratum est, propter viros tres, siue per viros tres, Deus Vnus & Trinus, id est, quem confitemur & colimus, Pater, & Filius & Spiritus S. populum illum saluauit & liberauit, vsque ad implendum verbum promissionis, per quod & nos saluati sumus.*

Exo. 33.

Dan. 3.

XII. Ternarius virorum numerus eandem denotat.

Quando Deus iusta mulieris illius Annę piissimę matris Samuelis desideria compleuit, dum illa tenderet ad Tabernaculum vota sua perfectura, ait S. Textus quod tres tenerrimos vitulos secum adduceret Deo vnum tantum immolando. Latet hic indubiè graue mysterium: nam vt ait D. Gregor. tres adducere vitulos & vnum solum immolare denotat altissimum SS. Trinitatis & vnitatis Sacramentum. *Bene autem vnus vitulus immolatur, cum tres delati referantur; quia etsi Personarum Trinitas, confessione fidelium in diuinis laudibus canitur, earundem personarum inseparabilis vnitas prædicatur:* quod versu illo confirmat: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus & metuant eum omnes fines terræ.* Tertiò dicitur Deus, & statim in singulari subiungitur. *Metuant eum:* Trinitas in personis notatur, & vnitas essentiæ. *Hoc profecto insinuat, quia exoptans ait; Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Quasi tres vitulos ad Tabernaculum duxit, qui Deum laudans, diuinitatis eius nomen repetendo, Personarum proprietates exposuit; sed cum metuant, non eos, sed eum dixit, profecto qui tres adduxit vitulos, vnum immolauit.*

D. Greg. ibi.

XIII. Iterum in tribus vitulis.

Psal. 66.

Plures similes figuras huius mysterii licet adferre, quibus S. pagina abundat, quamuis re-

spectu

XIV. Simile quid notatur in Præfatione.

ſpectu celſitudinis illius immenſæ impares & velut imaginarias: ſicut notanter (vt finem imponamus argumento) obſeruauit S. Innocentius Tertius Pontifex. Perpendit quod in Præfatione Miſſæ, quæ eſt velut oratio Eccleſiæ fideles ſuos inuitantis ad Deo laudes concinendas, cum ſint nouem chori Angelorum, tantum ſex exprimat, tres autem excludat, & hos excerptos de numero trium ſingulorum Ordinum. Tres ſunt Hierarchiæ, vnaquæque tribus conſtat ordinibus, velut figuris SS. Trinitatis ad laudandum, cuius vnitas eſſentiæ & Trinitas Perſonarum hoc Cantico præſcribitur illo triſagio immediate ſubſequenti. *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Prima Hierarchia componitur ex Seraphim, Cherubin & Thronis; ſecunda Poteſtates, Principatus & Dominationes complectitur; in tertia recenſentur virtutes, Archangeli & Angeli. Ex omnibus illis tollit communis Præfatio Ordinem tertium: nam ex ſuperiori tollit Cherubin: ex medio non recenſet Principatus: & in infimo non numerantur Archangeli. *Per quem Maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates. Cæli cælorumque virtutes ac Beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus &c.* Si omnes igitur diuinam prædicent Trinitatem, nullus expungatur: quare ex omnibus numeris trium, tertio multiplicatis, & diſtinctis in Angelos, medius non annumeratur? Reſpondeat Innocentius cui credimus. Propter illam ipſam rationem qua Deus in illis figuram ſtatuit Trinitatis, debent eradi nonnulli: vt illam nec ad viuum quidem ſignificent, & omnibus pateat figuras omnes cæleſtis adeo myſterii, licet ex ipſis Angelis deſumptas, anguſtas eſſe & ſuccinctas nimis Trinitates: tanta namque eſt SS. Trinitatis altitudo. Credamus verbis Pontificis. *Quia ad comparationem Trinitatis æternæ, cuius Maieſtas hic præcipue commendatur: omnis alia Trinitas, diminuta reperitur & imperfecta.* Quocirca ſoli linguæ Chriſti Dei & hominis SS. Trinitas exprimenda & declaranda relinquitur. *In nomine Patris & filij & Spiritus Sancti.*

D. Greg. ibi. XIII. Iterum in tribus vitulis.

Pſal. 66.

INNOC. 3. l. 2. de Myſterio Miſſæ c. 62.

Diſcur-

Discursus III. *In aquis Baptismi, quæ purificant animas reuelat Christus mysterium nostræ fidei fundamentum: quam virtutes corroborant & peccata eneruant; vnde nonnulli propter peccata sua illam amittunt.*

BEllum suscitat, aciem instruit, prælioque fidem anima polluta peccatis impugnat; nam se Catholicam iactans, non viuit vt Christiana, vita moribusque id impugnans quod ore labiisque profitetur. Sublimi spiritu nec minori tristitia considerauit illud D. Bern. quia mysterium hoc (inquit) fidesque nostra tres passa est fortissimos inimicos quorum postremus quia magis domesticus ac perseuerans ipsam atrocius offendit. *Multis modis est persecutus Ecclesiã diabolus: sed numquam grauius quam hodie: quia numquam fuit maior perditio Christianorum nec liberior ac securior transgressio diuinorũ præceptorum. Ecclesiam incipientem persecutus est per Tyrannos, proficientem persecutus est per hæreticos, iam lætam & florentem persequitur per motus illicitos.* Et concludit. *Fuit ergo amaritudo Ecclesiæ amara quidem in persecutione Tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticorum; sed amarissima hodie per prauitatem desideriorum.* Dum diabolo cladẽ & interitum tenebrosi sui regni præuidit ex florescentis Ecclesiæ statu, contra eam omnia inferni tormenta dirigit.

I. Tres hostes Ecclesiam oppugnarunt.

D. Bern. Ser. ad Pastores in Synodo.

Primò manibus vtitur Tyrannorum, tantum effundens sanguinis profluuium ex nece Christianorum sæuiente persecutionis rabie sub Nerone, Domitiano, Diocletiano, Iuliano, aliisque tortoribus ac ministris; porro non præualuerunt: effusus enim Christianorum sanguis semen erat ex quo messis pullulabat aliorum copiosissima, lætumque sumebat fides augmentum. Secundam mouit persecutionem tot hæreticorum perfidia, quot in illam insurrexerunt. Simon Magus, Cerinthus, Ebion, Sabellius, Macedonius, Ennomius, Iouinianus, Vigilantius, Faustus, Manes: Adimantus, Nestorius Eutyches, Lutherus, Caluinus &c. Inter alios acerbissimus huius mysterii persecutor, Arius proclamatur, filii cum Patre negans consubstantialitatem, contra quem bellum excitauit S. Petrus Patriarcha Alexandrinus, & meritum consecutus est exitum hæresiarcha, quem Ecclesiasticæ

Historiæ commemorant. At tertiam persecutionem lugeo cum D. Bernardo omnium grauissimam: quando iam Ecclesia in pace composita, & reductis in vaginam Principum gladiis, quando obstructo hæreticorum ore per Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium, Thomam &c. Diabolus cœpit mores impugnare, quo fidem peruertat & euertat: vt enim illam virtutes piaque opera stabiliunt, ita peccata debilitant, quæ nonnumquam ita multiplicantur vt dolendum sequatur fidei naufragium.

II. Sed peccatis fides perditur.

Assumptum probemus. Proditionem hanc infamem & fratribus indignam exorsi sunt adolescentis Ioseph germani, inuidia stimulati ex honore quem illi in somniis cælum aperuerat; quocirca vendiderunt eum viginti argenteis Ismaelitis in seruum ac vile mancipium; illi vero distraxerunt eum nobili viro Ægyptio, ex cuius ędibus ob impudicæ Dominæ testimonium in triste detruditur ergastulum; de quo Pharao euexit illum in Monarchiæ suæ Proregem & regni Saluatorem: hoc quippe nomine in summa rerum inopia ab Ægyptiis honorabatur; fame quoque laborabant pater Ioseph eiusque fratres in terra sua; semel ac iterum descendunt hi in Ægyptum empturi triticum, nec tamen eum agnoscunt: tandem paulo antequam se illis reuelaret, epulum illis festiuum instruit, & omnibus coram eo conuiuantibus, quemque iubet loco à se designato recumbere iuxta cuiusque ætatis prærogatiuam. *Sederunt coram eo iuxta primogenita sua.* Quærit D. Chryso. Fierine potest, vt ex tantis demonstrationibus, quibus Ioseph testabatur eos se cognoscere, & toties fuerat allocutus ex industria toties interrogauerat, & responderant illi, toties venerant redierātque, non tamen quis esset, intelligerent? Et hoc vltimum maxime miratur. *Hoc illos in stuporem adduxit, & valde dubio animo fuerunt, vndenam ei cognitio tam variæ ætatis illorum.* Respondet ergo: Quid miraris quod oculos non habeant quibus illum licet videntes non agnoscant, si scelus adeo graue in eius commiserant innocentiam: hoc enim excæcabat illorum obtutum: qua namque ratione cognoscetis illum quem tam grauiter offendistis: *Et nec sic sentiunt, sed putabant fortuito quodam euentu ab eo fieri: & quod adolescentiori & inferiorem mensæ partem tenenti, partem daret.* Sed nec videntes quod fratri suo vterino Beniamin cum cæteris iunior esset,

III. Fratres Ioseph ex culpa sua eum non agnoscunt.

Genes. 43.

D. Chrys. Ho. 64 in Genes.

blandiretur ; sufficiens inde signum collegerant, quo eorum oculi aperirentur, quos perfidiæ culpa clauserat.

In adulterio ac homicidio Dauidis toties repetito tantisque expiato à Sanctissimo Rege pœnitentiæ lamentis, consideratu dignum est: quod cum Propheta esset, Deoque adeo familiaris, tantopere tamen cæcutiret, vt vsque ad reprehensionem Nathan, peccatum suum non agnosceret. Trutinat hoc D. Ambros. *Non mediocre autem, quod Nathan nuntiauit ei, hoc est inferior Propheta.* Tu ille ô Rex, vir, de quo parabola mea; inquit Nathan. Sed attende, quod Dauid cui tu loqueris, spiritu prophetico sit quoque dotatus, imo multo cumulatiori: qua igitur ratione illi persuades? An Dauid commissum non agnoscit crimen, licet hoc illi magis describas parabolis & ænigmatibus? suam hic addit rationem D. Ambros. *Videtis quod culpa gratiam minuat. Sciebat Nathan quod Dauid nesciebat; adeo caligat animus obumbratus quadam nube peccatorum.* Crimen Dauid ignorat, nō ignorabat hoc Nathan, hic quia virtute insignis visu pollet acutiori, Rex autem cęcutit, quia gratiam perdiderat: nam peccatum fidem infirmat, obtenebrat cognitionem, murus quippe est ne sol illuminet.

2. Reg. 12.

D. Ambr. l. de Apolo. Dauid 2. ad finem.

IV. Ita quoque Dauid ex culpa non videbat.

Ipsa nocte, quæ vitæ nostræ dedit principium, simul & Passione saluatoris, cum Iudas Apostata proditionis scelus aggressus esset factus dux militū & Iudęorū: accedunt omnes ad montem Oliuarum vt grex voracium luporum, leonumque furentium contra mansuetissimum agnum, qui tam voluntarie se tradebat. Occurrit hic illis quæritque: *Quem quæritis.* Interrogationem hanc miratur Orige. quia crebro viderant illum plateas Hierusalem obambulantem, in Synagogis & in templo prædicantem. Si quis dixerit ex obscura noctis caligine visum illis obtenebratum: respondet: facibus, laternis multoque lumine hunc illis restitui. In quo igitur cespitant? Quia peccatores erant, & quamuis Deum sibi præsentem haberent, totque media quibus illum poterant agnoscere, tamen ita vt prius cæci remanent: effectus hic culpam denotat quam modo committunt. An non sic Origenes? *Dignum est quærere quam ob causam, cum palam docuisset Iesus per singulas ciuitates & vicos & Synagogas, prædicans Euangelii verbum ita: vt fama eius exiret in omnem regionem, & secundum faciem manifestatus esset omnibus habitantibus in Iudæa, quasi non cognoscentibus effigiem eius, dedit signum Iudas missis à Principibus Sacerdotum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est.* Dicit igitur

Ioan. 18.

V. Et similiter Iudas Christum non agnoscebat.

Origen. Tetri 35. in Matth.

tur Origen. ex traditione eodem suo tempore in Ecclesia, rationē illum non cognoscendi fuisse, quia iuxta quod quisq; merebatur se Dominus illi vel abscundebat vel reuelabat, & eum eleganter Manna comparat, quod omnibus sapiebat, eorumque appetitui ac desiderio satisfaciebat: cum autem turba hæc tanto scelere contaminaretur, ordinat, vt quidem illum videant, non tamen agnoscant. Mirum est qua dicat hoc eloquentia. *Venit ergo talis traditio de eo ad nos: quoniam non solum duæ formæ in eo fuerunt; vna quidem secundum quam transfiguratus est coram Discipulis suis in monte Thabor, quando resplenduit facies eius tanquam sol; sed etiam vnicuique apparebat secundum quod fuerat dignus. Et cum fuisset ipse, quasi non ipse omnibus videbatur. Secundum quod de Manna scriptum est, quando Deus filijs Israel panem misit de cælo, omnem delectationem habentem, & ad omnem gustum conuenientem.* Et concludit. *Vides, quia non eum cognoscebant, cum frequenter vidissent, propter transfigurationes ipsius.* Ex hoc vltimo verbo patet difficultatis enodatio. Transfigurabat se, hoc est, cum idem esset, non tamen esse videbatur. Et si quando se transfigurauit in monte Thabor, Discipulis suis se ostentauit classis suæ doctioribus: illis autem se sol abscondit, ne videant, quamuis videant venustum illum placidumque vultum, qui tam enorme tentant Deicidium: ab illis percunctatur: *Quem quæritis?* Non hoc Origines tantum sed etiam D. Chrysostom attendit. *Et quamuis lampades & laternas & Iudam secum haberent, non nouerunt tamen sed responderunt: Iesum.*

Ioan. 18.

V. Et similiter Iudas Christum non agnoscebat.

ORIGEN. Tract. 35. in Matth.

D. CHRYS. Ho 84. in Matth.

Apposite D. Ambros. versiculum illum Dauidis explicauit. *Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua*: quem ita legit: *adaperi oculos meos*: & ait: *Conuertere ad Dominum & velamen cadet.* Sententia plane mysteriosa. Cōuertere ad Deum, conare virtutibus tuis eius tibi adipisci amicitiam, & hoc tibi velim assertum, *velamen cadet.* Intellige per hoc velum, illum qui in se esse habet inuisibile ob suam dignitatem, quod sibi peccator oppandit ne illo fruatur. Ad cuius explicationem statim adfert conuersionem D. Pauli. Cubiculum suum ascendit Ananias, baptismo intingit illum, & ilico ex aquis istis visus eius clarificatur, caduntque nubes, quæ triduanas oculis eius tenebras induxerant; habet ergo illos Paulus apertos, & omnium ipsum intuentium iudicio, perspicaces: nihilominus illum describit nobis D. Lucas cæcum. *Apertisque oculis nihil videbat.* Optime; illos

Psal. 118.

VI. Et Saulus persecutor cæcutiebat.

Act. 9.

illos igitur persequens Ecclesiam, amisit, cuius sanguinem in filiis eius fundere persecutor anhelabat: Infunditur illi per Baptismum gratia, & iam amicus Dei factus, cernit illud quod ante velut inimicus non cernebat. Satis diu distulimus verba D. Ambr. *Conuersus est Paulus ad benedictionem Ananiæ, & velut squamæ ceciderunt ab oculis eius, & vidit, qui triduum ante non viderat, simul animi oculus corporisque sanatus.*

D. AMBR Ser. 3. in Psal. 118.

Nota.

Ingeniose perpendit hoc D. Chrysolog. in prodigo illo adolescente post discessum enim suum ex domo paterna in extremas delapsus miserias, suum tandem agnouit errorem, & pristinæ felicitatis memor in se reuertitur, qui extra se erat: *In se reuersus.* Et firmiter proposuit patris adire præsentiam, inquit Euangelium, quem adhuc à longe existentem Pater paternis vidit visceribus. *Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius,* Hoc inter se confert D. Chrysostom. & ait: *Pater vidit illum, vt & ipse patrem posset attendere. Patris visus illustrauit filij venientis aspectum, vt tota fugaretur obscuritas quæ circumfusa fuerat de reatu.* Oculos suos paternus amor in illum deflexit, in quem modicus erat cordis affectus: nisi enim illum genitor, qui sol erat, aspexisset, non tam cito tenebrarum nubes id est culpæ eius euanuissent. *Non sunt tales tenebræ noctis, quales illæ sunt, quæ de confusione veniunt peccatorum.* Quemadmodum, ad occasum se lux abscondit præterita; ita diuinam claritatem peccata sepeliunt, animamque tenebris inuoluunt. *Nox sepelit hesternum lumen; peccata sensum, animum membra confundunt.* Confusio, horror & Ægyptus tenebrosa remanent; quocirca nisi Deus videre dignaretur, cognitio humana omni luce priuaretur. *Nisi ergo cælestis Pater redeuntis filij radiasset in vultu, & totam confusionis caliginem respectu sui luminis sustulisset: numquam diuini vultus vidisset iste filius claritatem.* Lex custodita Dei, & amicus, hoc claram eius producit scientiam.

Luc. 15.

D. CHRYSO. Ser. 3.

VII. Pater suo aspectu filij redeuntis tenebras tersit.

D GREG. l. 12. Mor. c. 4.

Epilogus sit Euangelicus Isaias. *Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.* Iustitiam, fidemque nominat cingulum, cuius officium est vestem componere ne minus decenter in hac vel alia parte comprimat, dependeat, dehonestet: talis est fides quæ nostros deberet mores componere, desideria refrænare & reprimere sensuum appetitus: si vis vnico tibi hoc verbo dicatur; Melior Catholicus ille est, qui iustior est Christianus: etenim securam animæ salutem pri-

Isa. 7.

VIII. Opera fidei respondeant.

mum non afferit, nisi societur ei secundum: nec satis est multas nosse veritates supernaturales per fidem, sed opera tali obligationi conformia requiruntur: vt docte scripsit D. Gregor. *Non est autem secura lætitia in diuinis paginis vel fortia vel multa cognoscere, sed cogitata custodire.* Loquebatur D Gregor. contra communem aliquorum sententiam, contra vanam multorum præsumptionem, dicentium: non sumus hæreticorum filii, non gentiles, per baptismum ingressi sumus Ecclesiam, & confessi huius fidei Articulos in nomine Christi gloriamur. Et quæro, quid tibi refert, nisi respondeat vita confessioni, & linguæ manus? Diuinæ legis obseruantia multum secum trahit de Deo cognitionem, sicut ex eius cognitione sequitur gloria.

D Greg. l.22. Mor. c.4.

Discursus IV. Data est mihi omnis potestas. *Moriens ante Christus & postmodum resurgens, absolutam suam vsque nunc non ostendit potentiam, licet illam haberet: sed modo mittens Apostolos suos vt vniuersales mundi prædicatores illum manifestat: quia docet quod ad debitam officij prædicatorum & prælatorum executionem, necesse sit mors antecurrat, & fructibus abundabit.*

Indubie iustam inducet admirationem si quis attenderit, Christum absolutum Dominum & supremum mundi Principem toto vitæ curriculo hanc non propalasse potestatem, qui & seipsum & Discipulos suos intra angustos Iudææ terminos constringebat, non eis prædicationem Gentilibus permittens. *In viam gentium ne abieritis.* Modo mortem passus, & rediuiuus tempus censet opportunum, quo faciat hanc illationem, *Euntes ergo.* Iam possum q. d. vsum exercere occultæ meæ potestatis. Forte latet hic mysterium, quod ille qui Prælatus & Prædicator esse vult perfectus, generet oportet Deo filios animasque illi adducat, atque ad hoc moriatur primo & à mortuis resur-

Matth. 10.

I. Prælatus & Prædicator vt fructificent, prius moriantur.

gat : & ita præclaros in officio suo fructus producet ; quod si viuus gubernet, viuusque prædicet, scopum in officio suo non assequetur.

Qui diuinas scrutati sunt scripturas aduertant, quod Deus promittens populo suo dare Regem, Prophetam, vel Iudicem, verbo vtatur. *Suscitare.* Lege Deuteron. 13. Iudic. 2. & 3. &. 1. Reg. 2. 2. Reg. 7. Isaiæ 41. Hierem. 23. Et Lyranus exponens locum hunc Isaiæ: *Quis suscitabit ab Oriente iustum?* ait: *Dicitur enim bonus Prælatus suscitari ab Oriente propter splendorem doctrinæ.* q. d. An Superior de se non debet radios emittere virtutis qua moneat, & doctrinæ qua doceat? Vtique. Moriatur igitur & resuscitetur: per hoc optime munere suo fungetur ; atque de vmbra præteritæ mortis eius efficacius lux vitæ eius orietur. Et per Michæam dicitur. *Suscitabimus super eum Pastores septem.* Et promittebat Deus per Prophetam, interprete Hugone Prælatos Ecclesiæ suæ. Et optima est conuenientia : pastor quippe primò debet mori, vt tantum absit à petendo hoc onere, quantum abest cadauer. Et quemadmodum ad propriam resurrectionem non potest homo quidquam cooperari, nec ex parte sua quidquam agere; nisi sola hic diuina virtus operatur: ita in talibus officiis, quisque se à Deo suscitari patiatur, cum Isaia dicente : *Ecce ego, mitte me.*

Isa.41.
II.
Dicuntur illi à Deo suscitare.
Mich.5.
HVGO *ibi.*
Nota.
Isa.6.

Nisi forte dicatur suscitari: quia diuersam ab aliis vitam agere eum oportet, vel specimen habere mortis, velut qui illam pertransiit. Hoc in Moyse Pastorum speculo clare patet. Præcepit illi Deus vt virgam (potestatis suæ symbolum) quæ in terram proiecta transformata erat in serpentem (*quæ versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses*) extrema eius parte attolleret : Ita prudenter gubernauit aliis ad exemplum: quippe solus ille virgam diriget, qui considerauerit, dum illi traditur, eam esse temporaneam, & inopinato perituram; vt autem vno verbo dicamus Prælatus vt mortuus gubernet vt apud Deum tanquam viuus mereatur.

III.
Allegoria.
Exod.6.

Hoc collocato fundamento, probemus hoc locis S. Scripturæ, ac Sanctorum. Misit Deus prophetam Ionam prædicaturum in Niniuem vrbem populosam : qui licet primum obedientiæ præceptum refugerit, onusque detrectauerit, timens sibi hoc recusauit ; vt ait Rupert. nam ad ruinam Israel patriæ suæ, & eorum duritiei pœnam, illos volebat zelo prouocare,

IV.
Probatur in Iona.
V.
Quis fuerit Ionas.

care, dum ad se Gentilem vocat populum. *Experimento illud comprobari decebat, quod taliter Dominus, in vituperationem Israelis, gentes de facilitate audiendi & credendi præferebat.* Niniuem igitur Ionas ingreditur mortis sententiam præco denuntians, non absolutam sed conditionalem in concionis suæ themate propositam. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur:* quod ita intelligebatur nisi pœnitentiam agerent. An sic Ionas legatione functurus tanti momenti? an perditas conuersurus animas, & peccatores emolliturus obduratos, oculos cæcorum aperturus, & infideles ad verum Dei cultum reducturus? Hoc ergo tibi sit assertum; moriatur primò & resurgat. Nec exemplum eius requiro, licet possem. In eo quod de ventre ceti prodierit, quod quandam habet cum resurrectione similitudinem, vel saltem illi Redemptor noster suam comparauit. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ.* Sed in eo quod affirmat Epiphanius eum fuisse filiolum mulieris Sareptanæ, cuius ædibus & charitate receptus Elias, illum matri à Domino impetrauit: nec enim habebat filios, qui postmodum mortuus ad eius preces reuixit. *Cum autem filius viduæ eius facto fuisset functus, Ionasi, resuscitauit eum Deus per Eliam, restituitque eum suæ genitrici viuentem propter hospilitatem. Vbi igitur ad iustam prouectus esset ætatem Ionas, ablegatus est in Niniuen ad Assyrios.* Modo dubium oritur. Quid hoc ergo Domine; si puer hic crastino sit resuscitandus, cur hodie fato fungitur? An fortasse tibi tantopere lachrymæ placent, pœnaque viduæ, vt eius oculis eum eripias, qui lumen illis accendit? Notandum: Ionas numquid in Niniue prædicaturus? Numquid verbo meo eius ori imposito tantam sum communicaturus auctoritatem & efficaciam: vt audiendo rationes comminatorias, ipse etiam Rex præcipiat in vrbe sua & aula, vsque ad vilissimum subditum sibi obedientem, omnes ciliciis induantur, cineribus operiantur, agantque pœnitentiam: & eam quidem adeo synceram, vt etiam puerulis ad vbera suspensis suaue lactis negetur alimentum; quinimo & ipsa animalia, vt rationes ita peccati incapacia pastu suo priuentur naturali? Vt igitur populus omnis expers Dei cognitionis ad eam reducatur, vitæ mores corrigat, & repentinam adeo aggrediatur mu-

Marginalia: RVPERT. Ioan. — Isa. 6. — III. Allegoria — Ion. 2. — Exod. 6. — IV. Probatur in Iona — Matth 12. — V. Quis fuerit Ionas. — D. EPIPH. 3. Reg. 17.

mutationem; quod hoc modo factum de nullo Propheta memoriæ traditum est: Ionas hanc illis persuasurus, moriatur prius & resurgat, debito mortis satisfaciat, quamuis ilico reuersurus ad vitam: & ita optime implebit & melius intelliget munus sibi impositum eiusque obligationem. Eugenius ex monacho Cistercienſi & clausura religiosa ad sedem euehitur D. Petri Pontifex Maximus. D. Bernardus eius in Monasterio pater spiritualis, calamum arripit, & conclaui Cardinalium Electorum Pontificis hæc scribit. *Parcat vobis Deus, quid fecistis?* O purpurati Principes: qui gratias agere debueram, ob honorem quo statum Monasticum afficere dignati estis, ex eo Pastorem eligentes vniuersalem, dico meamque deploro sortem. *Sepultum hominem reuocastis ad homines, fugitantem curas & turbas, curis denuo implicastis.* In Conuentu meo sepultus iacebat Eugenius, nescio quomodo de sepulchro eum euocastis, ad huius vitæ sollicitudines rediturum. *Sepultum hominem.* Quis hoc capiat fieri posse ô Doctor suauissime? Eugenius viuit, intelligit, loquitur, audit, ambulat, vitales exercet actiones: quomodo *Sepultum*? Et quod illi frigidum superiacet monumentum? In quo reconditus sepulchro vt eum hominem voces sepultum? Et qua ratione ô sacratissimum Collegium eius meministis eum de sepulchro educentes, quod secessus illi erat acceptissimus? Audire videor eorum responsum cui Bernardus acquieuit. Quinimo idcirco: quia futurus eligitur in caput totius Ecclesiæ, & Dei Vicarium in terris, ideo conuenit vt prius moriatur, & quia talis erat, resuscitari illum & eligi. Nullus alius tanto dignus muneri quam ille quem vocas *Sepultum hominem:* quod postmodum idem Bernard. latius exponit. *Crucifixus mundo, per vos reuixit mundo: & qui elegerat abiectus esse in domo Dei sui, ipsum vos in Dominũ omnium elegistis.* Mundo crucifixus, sæculo conclusus, solo defunctus, in cauernis terræ reconditus, ad lucem à vobis educitur, quod nihil aliud esse dixerim quam amiculum illi tollere, & Thyaram imponere: congrue mortuo capiti dignitas respondebit qua nulla sublimior. Eligatur Eugenius in Pontificem, quamuis doleat & reclamet Bernardus. *Parcat vobis Deus: hominem sepultum &c.*

VI. Cur Eugenius dicatur sepultus.

D. Bern. Ep. 236. Cardin. & Episcopis Curiæ.

Caliginosa illa cæcitas Principum Sacerdotum in Hierusalem eruentium Lazarum à morte rediuiuum, notatu dignissima est. Sibi firmiter statuerant illi vitam adimere: iudicabant enim quod per eius mortem instrumentum tollerent, ex quo gloria Christi rutilabat manifestior. *Cogita-*

Ioan.11. VII. Lazarus rediuiuus efficacius. Prædicat.

Cogitauerunt Principes Sacerdotum vt & Lazarum interficerent. &c. quia multi propter illum abibant & credebant in Iesum. Sed interrogo vos: vtrum hoc sit quod vos moueat vt sanguineas Lazaro manus iniiciatis; furorem vestrum in Magdalenam & Martham sorores eius conuertite: nec parcite discipulis eius; illi quippe suis exhortationibus multos pariter instruxerunt, qui conuersi in Christum crediderunt eumque agnouerunt. Vt quid solum Lazarum impetitis? Quid aget ille quod non efficacius Magdalena amore Christi flagrantissima? Quam hic notatis maiorem efficaciam, persuasionem, & virtutem? Iam eorum habeo responsum. Nec Magdalena, nec Martha, nec Discipuli Christo collaterales, à mortuis vt Lazarus, reuixerunt: de hoc nobis timemus: talis quippe est in persuadendo potentissimus. *Quia multi propter illum* &c.

4 Reg 4.

Confirmet hoc casus vatis Elisæi: Moritur filius hospitis suæ, mittit Giezi famulum cum baculo suo, quem cadaueri superimponat, præceptum implet, nec puer reuiuiscit: accedit ille, & peractis deambulationibus, orationibus, aliisque non vulgaribus cæremoniis, tandem ad vitam redit. Mortuo autem Helisæo aliud defuncti viri cadauer eius sepulchro iniicitur, & vix cineres frigidos Sancti vatis reliquias attigerat, & ecce resurgit defunctus sanus & integer. An non patet hic vtriusque discrimen? Quando viuit, præmittuntur curæ ac diligentiæ ad patrationem miraculi: dum autem mortuus est tanta pollet virtute vt cadaueris eius solo contactu mortuus reuiuiscat; Propheta quippe & Prælatus efficaciorem videtur habere virtutem mortuus quam viuus, Idcirco Christus exspirans caput suum inclinauit: *Inclinato capite tradidit spiritum:* titulo congratulatus Regis capiti suo superscripto, quasi significans quod moriens dignitatem illam acceptaret quã viuens recusauerat: itaque non mittit Discipulos suos per totum orbem prædicatores, nec suã declarat potestatẽ donec moriatur. *Data est mihi omnis potestas* &c.

4. Reg. 17. VIII. Et Elisæus mortuus mortuos resuscitat.

Ioan. 19.

B. Virgo sacratissima eius Mater sicut omnino singularis fuit in cognitione Dei eiusque scientia tantum profecit quantũ potest creatura proficere: nam vt ait D. Gaudentius: *Quid enim lateret Sapientiæ matrem capacem Dei?* q. d. quę Sapientiam genuit, quænam possent illã vela velare, & diuina ei abscondere Sacramẽta? Hæc inquã plus cæteris mortalibus de hoc ineffabili mysterio scientiam habuit eminentiorem. Affirmat D. Greg. quod studenti alteri Greg. quem ob signorum

GAVDENT. Ser ad Neophy. circa Nuptiæ factæ sunt.

D.Greg. Nissæ.

raritatem & multitudinem Taumaturgum appellant, & huic articulo grauiter insistenti de Deo trino & vno, apparuerit illi Sacratissima virgo Maria comite S. Ioanne Euangelista: atque eo audiente disputarunt inter se hi duo Mater & Discipulus de SS. Trinitate, quo animus D.Greg. curiosus & inquietus quieuit. Deinde iniunxit D. Ioanni, vt ipsi substantiam huius fidei declararet, quam postmodum exarauit, vt patet eius opera legenti. Classis vniuersalis est cælestis Imperatrix, ex qua discere poterant Cherubin Dei cognitionem: in qua Seraphin Dei addiscunt dilectionem: ardeat homo per Mariam, amet homo per Mariam: nam ex hoc sequetur cognitio per Mariam, nos scientiâ Sanctorum disponendo, nempe gratia futuræ gloriæ pignore certissimo; ad quam suis meritis nos introducat Iesus Virginis Matris filius. *Amen.*

IX. Exemplum de B. Virgine.

CONCIO

CONCIO VNDECIMA

DE AVGVSTISSIMO AC DIVINISSIMO ALTARIS SACRAMENTO.

Caro mea vere est cibus. &c. Ioan. 6.

SALVTATIO.

IN vrbe Eleusia vicina Athenis Metropoli & humanarum scientiarum apud veteres, matri, festa celebrabantur dicta Eleusina: præibat solis Sacerdos Ierophas, quem ritu gentilium vt Deum adorabant eo modo quo depingitur, manibus præferens faciem eius orbicularem quaquaversum radios lucis emittentem splendidissimos, vario pulchroque pennarum ornatu quo plurimum decorabatur. Sequebantur reliqui Sacerdotes lineis vestiti, facesque albas manibus gestantes: quos excipiebat chorus Virginum & puellarum, cum canistris in quibus spicæ erant tritici & panes frumenticei; vltimo progrediebatur populus non nisi festiua lætaque personans. Liceat mihi ex vanitate Gentilium gradum facere ad pietatem Christianam. Hodie completur hæc veterum consuetudo, dum Sacerdotes contemplor linteis cādidis indutos. Cælorum Reginā filium suum brachiis gestantem spicam fertilem panemq; cælestem; vltimo solem iustitiæ pretiosis obuolutum fasciolis, qui radios emittat ad corda suauissimos, sagittas ad animas ardentes vt eum diligant qui circulo sacratissimæ huius Hostiæ circumfertur. Plumę non desunt, quandoquidem ita celeriter volet, vt humanum & Angelicum præuolet intellectum. *Quia maior omni laude, nec laudare sufficis*: nobis etiam verba suffuratur, nec aliqua sunt quibus pro rei dignitate tantum ardentissimi Dei nostri amoris explicemus eminentias. Dicam cum D. Dionysio Areopagita.

Sed tu ô diuinissimum Sacramentum, obducta tibi per signa obscuritatum quasi vela, & integumenta patefacta, perspicue nobis ostende, mentisque nostræ oculos, singulari & quæ obtegi non potest, luce, comple. Sepone paululum ô Deus vela horum accidentium quæ regiam tuam obuelant magnitudinem, nos vel parum feriens manifeste huius immensæ splendore claritatis. Tanto igitur magis reuelat se diuina celsitudo, quanto maior est confusio qua omnis humana deiicitur essentia. Virgo & Mater Dei ter benedicta terra de qua Dauid. *Veritas de terra orta est* panis hic prodiit pulcherrimus. *Caro mea vere est cibus*; hærentem meam adiuuabit linguam, illi verba impetrans congrua, & animæ meæ gratiam. Angelicam illi dedicemus Salutationem. *Aue Maria.*

Psal. 84.

Discursus I. *A quo tempore Deus factus est homo, quasi omnem deleuit Maiestatem, & abscondit celsitudinem, ita vt Sanctissimum instituerit Sacramentum, in quo omnes ostentat, se Regem omnium demonstrans eminentissimum.*

SI primis infantilibus Christi Saluatoris incunabulis in beata illa Bethlehem, solo, melius dixero cælo, vnde descenderat, secundum carnem & ex radice Dauid, vsque ad vltimam vitæ suæ noctem, redemptionis humanæ principium: quamuis hinc inde occasionaliter signa daret diuinitatis suæ, tamen abscondita erant & velata, suam etiam manifestans humanitatem, & illam numquam sine hac ostẽdens. Suauissima hæc erat Dei hominisque harmonia: esse diuinum in miraculis patebat & celsitudiue: humanum autem in abiectione & humilitate, idque tanta diligentia, ac si stateram manu tenuissent, collocans in vna parte id quod diuinũ erat, & in altera quod humanũ. Nascitur in abiecto stabulo, & continuo in cælo nouam creat stellam quæ ab Oriente Reges adducat nouitatum omnium supereminentis spectatores nouitatis, quam potissimum eius brachium operabatur. Purpurei effusio sanguinis ex tenerrimus eius venis, hominem exponit: quem tamen dignissimum nomen Iesu Deum proclamat: ipse quippe solus redimere poterat peccatores & peccata dimittere. In terra marique dilatatum eius claret imperium; modo furiosas pelagi calcans vndas, modo alias de visceribus eius centroque educens; cadauera infinitam eius testantur potentiam; dum à muliere quæstuaria calicem poscit aquæ, qua sitim suam temperet, hominem se manifestat.

I. Christus humana diuinis sociat.

Diuinitatem spirat, quod vocis suæ imperio de mortis faucibus Lazarum educat, prædam illi quam læta rapuerat, eripiens: sed humanitatem loquitur quod eodem tépore lachrymetur, turbetur & infremiscat. Tandem electrum est, quod iuxta D. Greg mixtura quædam est auri & argenti, in qua aurum nonnihil de rutilo suo amittit colore, & candidum argentum ad dignitatem ascendit auri.

Ezech. 1. D. Greg ibi

I. Christus humana diuinis sociat.

Porro in hac mensa non nisi Omnipotens apparet, dedignatus humilitatem, abiectionem omnem abscondit, humanitati velum oppandit, & solam ostendit iactatque Diuinitatem. Abraham acceptis à Deo promissis semen suum fore numerosum, & instar stellarum cæli splendidum. *Suscipe cælum & numera stellas si potes; sic erit semen tuum*: obtulit supremæ Diuinitati sacrificium, mystica soporis extasi suspensus: *Sopor irruit super eum*: sed sole tendente versus occidentem noctemque inducente Textus sic ait: *Cũ ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas.* Admiratur Theodoretus non ignem, non flammas, visas super sacrificium quæ denotabant illud Deo fuisse gratum: ignis etenim nobile & actiuum elementum hoc significat vt probatur in sacrificio Abel & Eliæ: sed tempus: cur vsque ad noctis tenebras seruetur hic ignis, quid hoc mysterii? veniat descendatque de cælo terram illuminans, vt videatur clarius, fortius ardeat, & splendidius luceat venusto solis planetę æmulus: vt quid esse debet *Cum occubuisset sol*? Attendite: iam enim mysterii rationem inueni. Christus sol est; occasus, est eius vitæ finis: vt ergo daretur intelligi quod in hoc tempore & extrema nocte atque in sacrificio quod celebrauit declinans ad occasum, se quis esset, reuelaret, radios suos dispergeret, eminentiora patraret facinora, gloriam suam dilataret, abiectionem omnem vmbrasque contegeret; idcirco videat Abraham, quod sistant igne præcedẽtes omnes vmbrosæ demonstrationes. An non habeo Theodor. verba? *Quod autẽ dicitur visum esse circa solis occasum clibanum fumantem & lampadem ignis, significabat susceptum esse sacrificiũ* (hoc est primum) *Et præterea Deum omnium fieri conspicuum circa finem prædicti temporis*: nam circa terminũ vitæ suæ erat manifestaturus, in se totũ præcedens recolligens tempus euidentiora effectus signa, tam feruentem atque ascensum se demonstrans, vt in hoc igne diuino Deum illum esse totus mundus agnosceret.

Gen. 15.

II. Allegoria.

Genes. 4 & 3. Reg. 18.

III. Christo appropriatur.

Theod. q. 65. in Gen. c. 15.

In Canticis celebratur opus illud insigne ac magnificũ à Salomone compositum & ita descriptum.

Cant. 3.

tum. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum*: & statim: *media charitate constrauit*: quod alia lectio habet: *Combustus charitate.* Variæ sunt sententiæ quid per hoc ferculum intelligatur. Aliqui capiunt ferale amiculum in quo cum spoliis cadauerum mors triumphum ducit; vnde dicere possemus quod in hoc SS. Sacramento, vt ostenderetur nobis Deus ex amore mortuus pro anima, nobis repræsentetur velut mortis amiculo indutus: nam candida illa accidentia, candidum eius denotant amiculum. Quis nesciat calicem significare sepulchrum? Atque ex tribus partibus, in quas S. Hostia diuiditur, vna in calicem velut in sepulchrum demittitur. Palla qua Calix contegitur, lapis est sepulchralis. Igitur *ferculum fecit sibi.* Amiculum facit, id est feretrũ de seipso, vt vermis ex serico quod viuus componit vt monumentum quo se recondit: & hoc nomine se Christus inscribit. *Ego autem sum vermis.* Et quemadmodum in exequiis viri nobilioris omnes serui pullo amictu induuntur, quinimo & ipsi parietes nigro panno conteguntur ita hic sensus cernimus pullo amictu contectos: quia non iudicare debent de hoc SS. Sacramento nec visus sicut videt, nec tactus sicut tangit, nec gustus vt gustat; quia dicent; videmus, tangimus, gustamus panem, & non est. Refert Iosephus, dum Israelitæ Manna pascuntur, oculos clauderent: quia iuxta litteram, ita candidum erat vt illos excæcaret, provt huic obiecto proprium est, & ait Philosophus: *Album est disgregatiuum visus*; sed iuxta mysteriũ: hoc Manna cæleste manducari debet oculis velo obcæcatis.

CALEP. IV. Ferculum hoc bene applicatur V. Eucharistiæ.

Psal. 21.

l. de Antiquitat. c. 6.

Sed proposito meo congrue sequor D. Iustum Episcop. Vrgelensem: qui postquam, dixerat ferculum significare cibos sapidiores ac delicias mensæ: atque in Christo conuersio animarum cibus sit quo se nutrit: *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis: vbi ciborum exhibitio scribitur fides credentium*; hanc singularem addit rationem: *Sed in hoc loco nomen ferculum, magis instrumentum quo aliquid deferatur, vel gestatorium, quam ipsum cibum ostendit.* Dico *ferculum* significare currus in quibus antiqui Gentiles Deos suos de hoc loco ad alterum transuehebant; vel currus curiose compositos, quibus insidebant Imperatores & Duces triumphũ deuictis cæsisque hostibus ducentes, ex quibus dependebant inimicorum spolia, vexilla, coronæ, ita vt dies hic gloriæ eorum esset celeberrimus. Idem sentit Calepinus linguarum interpres. *Ferculum significat gestamina pompæ triũphalis, in quibus simul cebra*

Ioan. 4.

IVSTVS. Vrgelen. in Cant.

CALEP.

oppide-

oppidorum, spolia hostium, machinæ, corona &c. Accedamus ad mysterium, omnes has combinantes significationes. Est diuinum ferculum, cibus delicatus & ferculo devehitur triũphali: non vt falsi dii, sed noster verus ac viuus. *Caro mea vere est cibus.* Spolia & vexilla modo conspiciuntur. *Cuius vexillum super me charitas*: quod amor hic erigit super altissimã turrim castri nostri intellectus: hic triumphat de Deo amor, & tandem velut omnipotens progreditur, celsitudinem omnem præfert, cælatque abiectionem. *Gestatorium ferculum fecit.* Esca & caro in qua triũphat, alius esse nõ potest nec alia, nisi hic & hęc fercula quibus S. Hostia in sublime attollitur.

Ioan. 4i Ivstvs. Vrgelin in Cant.

VI Cur Christus captus non fit in Cœnaculo.

Subtiliter autem quæsiuit Origen. cur Redemptor noster non passus sit capi se in cœnaculo? Cœnat cum Apostolis suis, celebrat Pascha Agni legalis, pedes illis abluit, SS. instituit Sacramentum, & confestim tendit in montem Oliuarum, vbi præmissa feruenti oratione, & spiritus agonia Iudæ sociorumque eius ad hunc effectum, aduentum præstolatur. Nouum hoc videtur Origini, & causam eius assignat admodum granem & themati opportunam. Nimirum quod Christus dum caperetur grauissima pertulerit opprobria, & qui in aliis vt agnus mansuetus labia sua non aperuerat, hic dum se tanquam latronem capi conspicit, signa dat mœroris: *Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me.* Et manibus eorum se tradidit (ait) *Soporans in se diuinitatis virtutem*: quasi tunc omnipotens virtus eius ac diuinitas obdormiret: quamuis enim paulo ante vnico verbo *Ego sum* omnes in terram prostrauisset, ilico tamen potestatem accedendi eis concessit. Sed in Cœnaculo, vbi spectantibus Apostolis brachii sui ostendit fortitudinem, vbi se dedit Sacramentatum, tantumque monstrauit Deum: nullum infirmitatis suæ dare debuit argumentum, & si dare aliquod debeat, non fiat hoc in Cœnaculo, sed ex loco adeo sublimi & abiectionis indigno discedat, ad aliũ transmigret: vbi tanta non fulgeat lux: nam totam hic reuelaret. Loquatur Doctor Adamantius. *Neque enim conueniebat eum proderetur, ab illo capi loco, vbi cum Discipulis manducauerat Pascha.* Mensæ Domini indecens fuisset se vilem ostendere, qui tantam prius potestatem ostenderat: & ratio est: quam moraliter nobis possumus applicare; ratio nequaquam suadet vt de sacro Altari, de Missa dicta, de recepta S. Communione quis exeat seruus culpæ futurus, & præteritis se peccatorum laqueis implexurus.

Matth. 26.

Nota.

Origen. Tract. 35. in Matth.

Non

VI. Cur noctu Eucharistiam instituerit.

Non prætereamus institutionem SS. Sacramenti incidisse in Lunam plenam seu plenilunium, nullo astro obscurato, lucentibus omnibus: assero quod Sol non obscuretur, nec cælum obnubiletur, sicut in eius morte: videbatur enim oculos sibi claudere ne tãtam in Creatore suo cerneret abiectionem: hodie vero in theatro gloriæ eius, plena sint omnia clareque lucentia. Plane singulare mysterium notarunt SS. Patres in eo quod SS. Sacramentum nocte & vltima Christi die sit institutum. D. Augustin credit eam esse rationem vt beneficium hoc tantò tenacius Apostolorum cordibus infigeretur, de nocte receptum, quando eius silentium inuitat ad maiorem quietem: & quia quæ vltimo abscessu dicuntur auribus audiuntur attentioribus, velut vltimum vale & amoris indicia; vel tanquam altissimum, seu finis operum illius in vltimum tempus horamque seruatur. *Nam Saluator quo vehementius commendaret mysterii illius celsitudinem vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ Discipulorum, à quibus ad Passionem digressurus erat.* Porro placet audire luculentam D. Cypriani sententiam. *Christum oportebat offerre circa vesperam diei, vt hora ipsa vespera ostenderet occasum & vesperam mundi.* Quid ergo refert quod mane celebretur, vt moris est in Ecclesia; vel in meridie quando feruentissimi Solis radij feruentissimo responderent amori diuino? Non nisi nocte erat instituendum, quando sol occidit, & orbis in nostro Hemisphærio quasi terminatur luce subtracta: tantam quippe hic Christus propriam ostendit, vt aliena non sit opus, nec solis incendio vbi suum apparet, nec alia requiratur claritas, vbi Eucharistia tam ingentem administrat: quidquid humanum lucet, eclipsim patiatur: etenim hic omnia diuina sint oportet: aliis occasionibus diem lucemque seruabit, in hac autem noctem expectat, velut opus quod omnes eliminet tenebras, & ipsum illuminat ac manifestat. *Oportebat Christum* &c.

D. Avg. Ep. 118.

D. Cypr. Ep 63 vel l. 2 Ep. 3. de Sacramento Dominici calicis.

VII. Dicitur Eucharistia Extensio Incarnationis.

Vt autem euidentius patescat, qualiter se hic extendat, & plus quam in cæteris operibus, notemus titulum huic SS. Sacramẽto à nonnullis attributum: *Extensio Incarnationis*: quia in illa sibi naturam vniuit singularem; hic autem se cunctis copulat, præbetque omnibus. Vidit D. Ioan fluuium rapidissimum & maximum throno Dei proximum, cuius aquarum inundantia nouum poterat causare gaudium. Quod autem lectu notabilius iudico, illud est quod dicat Euangelista, quod in duplici eius ripa plan-

Apoc. vlt.

plantata cresceret robor vitæ, quæ singulis mensibus suos proferebat fructus, in anno duodecies. Et quamuis intelligam fluuiū hunc denotare Dei beneficia & ripas Dona: accedit & tangit ad duas luti & terræ, quia inundat illam aquis gloriæ, de quibus Dauid cecinit: *Torrente voluptatis tuæ potabis eas*, & rigat hic torrētibus gratiarū. Arbor hæc mouet mihi difficultatē quam proponit D. Hieron. *Et arbor inquit vna, non dixit arbores, sed arbor vna.* Si arbor vna sit lignum vitæ, quomodo in duobus locis adeo dissitis; deinde interluente tanto aquarum gurgite, qui extrema disiungit? *Si arbor vna est*, (quærit iterum D. Hieron.) *quomodo ex illa & ex ista parte ripæ est?* Solutio hæc est: cum enim arbor hæc Christus sit in Incarnatione, plantata opere Spiritus S. in vtero virginali Mariæ congregatione aquarum, & fluvio vberrimo; voluit tamen amplius se extendere, assumens nō vnam tantum singularem naturam, sed omnes in indiuiduo, & Sacramētatus se extendit, dilatat crescit & amplificat.

Psal. 35.

D. Hier. in Psal. 1. Erit tanquā lignum.

VII. Dicitur Eucharistia Extensio Incarnationis.

VIII. Duo modi se communicandi in Deo.

Fusius hoc explicemus. Duos & ineffabiles inuenio modos iuxta fidē & Theologiam, quibus se Deus communicat. Vnus est ab æterno *Ad intra*, vt ait Theologus naturæ ad Personam, qualem credimus in SS. Trinitate, in qua Pater naturam communicat filio, & Pater & filius spirarunt Spiritum S. non communicādo tamen hypostases seu Personas: sunt enim incommunicabiles, distinctæ & oppositæ. Alia datur communicatio in tempore Verbi Dei humanæ naturæ in Incarnatione. In ambabus igitur his communicationibus Deus aliquid dat, & manet cum altero incommunicabilis, dat aliquid vni & non pluribus. In generatione æterna filio tantum: in Incarnatione vna Persona tantum & non aliæ divinæ, quamvis omnes in mysterio concurrerint. In cælesti igitur modo quo in Eucharistia se communicat animabus, se totū & omnibus tribuit. Primò: quia quidquid à nobis accepit, totum nobis retribuit, vt ait Doctor Angelicus de Eucharistia optime meritus. *Insuper quod de nostro assumpsit, totum nobis cōtulit ad salutem.* Et ad quod accepit à Patre per æternam generationem, etiam venit per concomitantiam vel per vnitatem essentiæ V. Sacramento: & probatur: quia Deus in sua immensitate non est opulentior quam in illa Hostia. Et cum hæc omnia vera sint, hæc eadem vita qua Deus viuit, & hæc arbor quæ illam in se habet factus homo, non erat quid amplius quam vna ripa, ineratque cordi Saluatoris tanta sollicitudo feruensque desiderium, vt valuerit se omnibus in indiuiduo cōmunicare. Quid

D. Thom. Opusc. 57.

facto opus? Vt hæc humanitas quæ vitâ meâ viuit, fiat cibus, & hic sanguis se extendat & omnium venas ingrediatur: In Incarnatione dicit Deus: meus est homo: hic autem dicit homo: meus est Deus.

Gen. 28. Iacobo peregrinus hoc cum Deo fœdus inijt. *Si Dominus Deus fuerit mecum in via ista, per quā ego ambulo, & custodierit me, & dederit mihi panem ad edēdum, &c.* D. Paschasius hunc panem intelligit SS. Sacramētum, quod desiderabat & videbat in lege gratiæ: vbi anima privilegium acquirit & Dominium adeo magnum: vt si ipsa Dei sit, Deus quoque sit eius: iam non potest amplius extendi nec dari quid amplius. Apud D. Ioan. sic Christus æterno Patri loquitur. *Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis vt sint vnum.* Dum me ipsū trado, cōmunico illis claritatem meam & splendorem: nihil superest quod homini non commune fecerit. Quæ omnia fecit Christus (teste Hilario) dum se tradit in SS. Sacramento: ex quo maiorem acquirit auctoritatem & amplior crescit illi honor, quam in reliquis mysteriis: quia doctrinam eius, miracula, vitam, mortem, Resurrectionem & Ascensionem veneramur per fidem, sed hic illum adoramus præsentem, & nouas glorias manifestantem.

l. de corpore & sanguine Domini.

Ioan. 15.

l. de Trinitate.

D. Dionysius Areopagita conuenienter explicat illud: *In finem dilexit eos.* Amauit eos ita feruenter vt vltimum magnitudinis suæ illis traderet. Seipsum dedit in vita & in morte: verum cum non nisi semel mortuus fuerit: quia *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est*: modicam hanc iudicauit sui cognitionem: vt autem semper illum cognoscant, ita statuit vt sēmper se daret. Mānifestum est Nilum fluuium exundantem campos rigare & arua Ægyptij: & iuxta aquarum eius inundantiam, messis oritur minus ac magis fecundior: & quasi per lineas ac gradus aquarum indicant quid futurū sit in plantis eorum & aruis. Fluuius ac mare Dei donorum ad tot lineas non accreuerat ut hodie dum SS. instituit Sacramentum. Insuper aduertit Rupert. idcirco in plenilunio. *Luna plena plenitudinem amoris significat.* Et sicut illa præsidet aquis, ita Christus de sinu egreditur. Quando per Ioel cæleste promisit hoc alimentum, sic ait: *Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, qui dedit vobis Doctorem iustitiæ.* Vel vt legunt Septuaginta secundum Hugonem: *Escas iustitiæ & comedetis vescentes & saturabimini: & scietis quia ego Dominus.* Et addit: *Et non est amplius.* Vel significat nihil esse aliud præter Deū: quia panis vinumquę deficiunt; vel quia

Ioannis 13. In cap 3 de Eccles. Hierarchia.

IX. Christi in Eucharistia amor.

1. Petr. 3.

RVPERT.

Ioel. 2.

Hugo Card.

quia hic comprehenduntur omnia dona; vel quia Deus non habet quod amplius largiatur. Si ab eo postules vt in amoris sui omnipotentiæ & sapientiæ testimonium quid aliud faciat: dicet: *Non est amplius.* Sapientiam ostendit cum mensam hanc præparet. *Sapientia ædificauit sibi domum, posuit mensam.* Si amor vnitiuus sit & liberalis: in tantum hic talis est, vt iuxta Concilium Trident. *Diuitias amoris sui effuderit.* Affectum suum effudit & quasi exinaniuit. *Parasti in cõspectu meo mensam*: non per Angelorum ministerium, vt olim Manna, quod quia inde descendebat, vocatur *Panis Angelorum*; sed per seipsum. Tandem *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum.* Deus velut parcus suspendebat, reseruabat & suas abscondebat divitias: vsque dum beato hoc die illos omnes plena manu liberalis effuderit.

Chron. 9.

Sess. 2. in c. 2. psal. 22.

Psal. 77.

Psal. 16.

Discursus II. *In hoc diuino Sacramento in tantum extollitur humana natura, vt cum homo sit ipsum nihil Deo comparatus; hic Deo vnitus, sibi possit, absque omni arrogantia præclara adscribere.*

IN hoc Sacramento, in quo teste Doctore Angelico: *Dulcedo in suo fonte gustatur*, fundabit argumentum suauissimus Doctor Diuus Bernardus. Notanda veniunt eius dulcissima verba nobis ad solamen, quæ Sanctissimo Sacramento optime conveniunt. *Respiremus fratres, & si nihil sumus in cordibus nostris, forte in corde Dei aliud potest latere de nobis. O pater misericordiarum, Pater miserorum, quid apponis erga eos cor tuum? Scio vbi est thesaurus, ibi & cor tuum. Quomodo ergo nihil sumus, si thesaurus tuus sumus? Omnes gentes quasi non sint ante te, & tanquam nihil & inane reputabuntur. Sic quidem ante te, sed non sic intra te. Sic quidem in iudicio veritatis tuæ, sed non sic in affectu pietatis tuæ.*

D. Thom. Opusc. 57.

D. Bern. Serm. 6. in Dedicat. Eccles.

Sumat animos homo, nec vile quid de se cogitet: nos etenim Deus thesaurum suum appellat: & si in hunc cor attendat: quomodo modicum quid sumus, cum simus diuini pectoris thesaurus? Sed ingemisco vt ne promoui: nec enim dicti Prophetæ memineram: omnes nos puluerem esse exiguum & staterae momentum quod illi adhæret, postquam aliquis in ea quidquam appenderit. *Tanquam momentum statera,*

I. Homo per Euchariftiã eft aliquid corã Deo.

Sap. 11.

ra, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani: & adhuc minus. Porro hoc me solatur, & tribuit responsũ, quod *hic quidem ante te, sed non sic intra te.* Coram Deo eiusque adstantes lateri, fateor, nihil sumus: *sed non sic intra te:* Vbi multum sumus. Sed afferamus quomodo quis esse potest intra Deum? Ille nimirũ qui digne communicat *In me manet & ego in eo.* Explicemus illud quadam sentẽtia. Vidit D. Ioan. ante thronũ Dei. *Tanquam mare vitreum mixtũ igne.* Mare hoc ex quorundã opinione, baptismus est, in quo nobis datur primum esse spirituale & gratiæ, comparatus mari rubro: in illo quippe demersi sunt Ægyptij, hic autem peccata sepeliuntur, in illo spolia rapuerunt opulenta, hic anima gẽmis adornatur & monilibus, virtutibus inquam infusis. Pelagus hoc primus fuit gradus ad terram promissionis, Baptismi Sacramentum porta est cæli omniumque ingressus. Ita interpretatur Hugo Card. *Per mare remissio peccatorũ, quæ fit in Baptismo, & in mari rubro, per quod significatus est Baptismus, Ægyptii mortui sunt & submersi.* Cũ igitur efficax adeo sit Baptismus, describitur ante thronum Dei, & vitreũ quod facile diffringitur, hoc est, gratia in illo recepta. Magno constat labore nuptialem hanc vestem vsque ad mortem seruare illæsam & immaculatam, vt non

Apoc. 15.

II. Allegoria.

Hugo Card Apoc. 15.

leuiter miremur nonnullos Sanctos, quia nunquam mortali peccato tunicam hanc inquinaverũt aut perdiderũt: his annumerãtur S Nicolaus S. Dominicus & alij: Ratio Theologica fũdata in Philosophia clara est; Baptism⁹ enim noua est generatio spiritualis: & illud quod generatur quãdo prodit in lucem, vt tenellus infans matris visceribus, manet extra sui principium, & eum à quo esse accepit, atque in se esse incipit, & viuere in se, & per se. Quinimo dum materno adhuc vtero concluderetur, in illo se sustentabat atque ab illo alebatur, & iam foras egressus indiget alimento & propria sollicitudine. Hoc modo gratia Baptismalis, quamuis nos amicos efficiat Dei, verumtamen in prędicto sẽsu, vt est generatio, foras nos producit: vnde propria diligentia requiritur ne amittatur. Elegans occurrit mihi ratio V. Bedæ in Catena D. Thomæ. *Quia etsi peccata sũt omnia laxata in Baptismo, nõ adhuc terra carnis est fragilitas solidata. Nam quasi trãsito mari rubro gratulamur demersos Ægyptios; sed in deserto mundanæ conuersationis hostes occurrũt alij, qui duce Christi gratia nostro sudore vincantur, donec perueniamus ad patriã.* Sudore multo, labore, & difficultate conandũ. Remedium adest opportunũ, V. Eucharistia, hæc pelagus illud tẽperet, & igneũ efficiat, & spiritũ ac vitã quam tribuit, nõ nobis fidit,

III. Baptismus est generatio spiritualis.

BEDA apud D. THOM. *Luc. 3.* Iesu Baptizato in Catena.

Nota. IV. Eucharistia ignis est.

fidit sed intra ipsũ Deũ cõmittit. *In me manet.* Communio quippe est velut ignis, ut ait D. Ephr. *Ignem & Spiritum manducandum ac bibendum præstitit nobis carne vestitis: corpus sc. & sanguinem suum*; cui adiungitur Isaias. *Deus cuius ignis est in Sion* (Deus ignẽ habet in Sion) *& caminus eius in Hierusalẽ.* Nempe Ecclesia, scrininum Templorum nostrorum, in quo carbones semper ardent, sicut figurate præcipitur in Leuitico. *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos.* Legis scriptæ Sacerdoti incumbebat illum perpetuo conseruare, ligna illi semper adijciendo. Nouæ legis Sacerdos hunc nutrit, cũ verba eius flatus quidam sint, seu folles, quibus perpetuo viuus ardeat.

D. EPHRE. de natura Dei non scrutanda. Isai. 31.

Leuit. 1.

Bernardum aduocemus; hic supponit quod corruente Adam, in quo omnes corruimus, manserimus, vt patet, luto sordidi, cum culpa lutum sit: & ait; Lauare nos nullo negotio possumus: sed ut vulnera curentur, hoc multi temporis opus est, ignis cauteria, longaque requiruntur studia. Primum agit fons & aqua Baptismalis: ut autem hæc curatio tuta sit & perpetua, & nos nedum amici simus Dei, sed in ipso quoque maneamus, effectus hic V. Eucharistiæ ad scribitur. Aduocatus loquatur modo Ber. *In casu primi hominis cecidimus super lapidem, & in luto, vnde non solum inquinati, sed etiam vulnerati & quassati grauiter sumus. Lauari quidem cito possumus: ad sanandum vero opus est curatione multa sed vt securi sitis, Sacramenti Dominici corporis & sanguinis pretiosi investituram habetis:* quod statim experientia confirmat. Incipit aliquis debita præparatione Deum in Eucharistia recipere: & ecce paulatim mitescunt passiones, & furentes sedãtur affectus, appetitus indomiti cõprimũtur, ira deferuet, invidia languescit, fitq; totus cælestus, & diuinus: gratias ergo referat SS. Sacramento. *Si quis vestrum non tam sæpe modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ ac ceterorum huiusmodi: gratias agat corpori & sanguini Domini: quorum virtus Sacramenti operatur in eo: & gaudeat quod pessimum vlcus accedat ad sanitatem.* Gratiam plenam roboris inveniat, quia non est *Ante sedem Dei, sed in medio sedis: non antete, sed intra te.* Perseuerantia igitur effectus est huius SS. Sacramenti docente D. Tho.

V. Effectus baptismi & Eucharistiæ.

D. BERN. Serm. de

Bapt. & Sacra. Al. a. in ablutione pedum.

VI. Effect. s V. Eucharistiæ.

Hic igitur D. Tho. ingenii sui vela expandit, & percunctatur. *Vtrum homo per hoc Sacramentum præservetur à peccatis futuris?* Respondet affirmatiuè; cui nobis tandam addit doctrinam. Peccatum, inquit, non est aliud quam mors animæ: quia peccare mori est: & quemadmodum ad tempus vita protegitur, & à morte tem-

3 p. q. 79. a. 6. in corp.

VII. V. Eucharistia præseruat à peccatis dupliciter.

porali sibi inimica homo se defendit; ita philosophandum in vita spirituali. Dupliciter igitur quis se defendit contra mortem temporalem: vel alimento quo vires reparat infirmatas: vel contra alios exteriores inimicos quos patitur, armatus & probe munitus incedens. *Vtroque autem modo hoc Sacramentum præseruat à peccato*: vires enim, vigorem animumq; suggerit: canente Dauid: *Panis cor hominis confirmat.* Et aptissime secundum effectum habet, vt arma nobis ministret contra diabolum inimicum nostrum: iuxta hanc D. Chrysostomi sententiam. *Tanquam leones ignem spirantes sic ab illa mensa recedamus facti diabolo terribiles*: vt enim non audet coram Deo sistere, sic nec coram eo qui debite communicat: quia in Deo manet: buccella etenim est (vt alio loco dicit) quę hominem quasi diuinum efficit. Et verba illa exponens: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*: sic ait: *Est cibus diuinum hominem facere valens, & diuinitate inebrians.*

Psal. 103.

D. Chrys. Hom. 61. ad Pop.

Ioan. 6. D. Tho. in c. 6. Ioan. Lec. 7.

VIII. Eucharistia vt cibus confortat.

Quis non miretur Eliam adeo meticulosum ut mulieris territus minis fugiat, licet Regina esset, tantoque timore corripitur vt sub iunipere prostratus mortē euenire sibi deprecetur. *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* Quid hoc ô vates? nonne tu ille animosus & intrepidus, qui de cęlis ignem vt aquam detraxisti? Vtique. Porro me modo cingunt inimici & non est qui defendat inermem. Descendit Angelus, sternit illi mensam: & viso pane robur accipit tantumque animatur, vt quadraginta diebus ac noctibus ambulet indefessus. Quænam hæc mutatio adeo repentina? Quis socordiam mutauit in animositatem? Figura tantum Eucharistiæ, & huius diuini panis umbra. Dum in me prius viuerem, me languidū dolebam; in illo autem me fortem exulto. Conceptus hic est D. Paschasii. *Hoc quippe cibo ac potu Elias de manu Angeli pastus, quadraginta diebus, per quos præsens sæculum designatur, in fortitudine vsque ad montem Dei dicitur peruenisse.* An non cibus est qui nutrit lapsasque vires instaurat?

3. Reg 19.

D. Pashas. L. de corp. & sang. Domini c. 10.

Quod autē pro armis seruiat, effectus secundus iuxta D. Tho. probatur ex loco quodam Isaiæ. *Pone mensam, contemplare in specula, comedentes & bibentes surgite Principes, arripite clypeum*: accurrunt inimici contra te prœliaturi: dum enim communicas, Principes tenebrarum gloriæ tuæ inuidentes bello te lacessent; sed congruum habes ex armis illis remedium, quæ tibi in hac mensa præparantur. Ita locum hunc exponit D. Hier. *Dicitur per Prophetam ad omnes credentes, vt comedentes*

Isai. 21.

IX. Et arma ministrat.

D. Hier. ibi.

medentes & bibentes corpus & sanguinem Domini vertantur in Principes Ecclsiæ. Contra alios Principes vere sunt, & ut tales illos nuncupat qui hic accedunt, vbi illos secum & in se confortat. *In me manet.* Illustrat hoc D. Tho. verbis omni exceptione maioribus. *Magnum enim est dare se in socium peregrinationis, & in seruum necessitatis; maius in pretium Redemptionis: tamen tale donum adhuc est in aliqua separatione ab eo cui datur; sed cum datur in cibũ, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodã vnionem: vniuntur enim in vnitatem corporis cibus & sumens.* Extollit D. Tho. vnionem illam Dei cum homine: hæc autem peracta est in Incarnatione, se socium nobis exhibens, imo seruum: quandoquidem ita se cognominet. *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Præclarius quid fecit, moriens vitam suam tribuens, sed mansit Deus in Deo, & Christus in se: hic autem ad omnes ingreditur quinimo & hoc dicere voluit Apost. *Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Legit autem in expositione sua D. Chrysost. *Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur:* & difficultatem mouet illud *Frangitur.* Quomodo frangitur? Respondet D. Tho. *Sub qualibet diuisionis particula integer perseuerat.* Sicut speculum, quod confractum in qualibet sui parte representat inspicientem; ita in integra S. Hostia totus est Christus, & in qualibet eius parte, vt illum omnes accipiant. Modò capio illud ex Canticis: *Fortis vt mors dilectio.* Amoris vires longe superãt vires mortis. Hoc illi primo cõmune, ut veniens secum trahat præcursores & nuntios, nempe morbos; secundò vitam adimit; tertiò cadaver in sepulchro recondit; quarto reddit illud escam vermibus. Nunquid hoc in Christo operatus est amor? plane ita: fuit hæc eius infirmitas: *Amore langueo;* vitam illi abstulit, tumulo recondit, & tandem vermibus illum tradit in alimentum, nempe hominibus vt gloriari possint quod in illum ingrediantur. *Sic quidem intrate &c.*

D. Tho. Opusc. 58. c. 5.

Matt. 20.

1. Cor. 10.

D. Chrys. ibi.

X. Amor morti comparatur.

Cant. 8.

Cant. 2.

XI. Allegoria.

Hæc signa ventura prænuntiauit Sauli Samuel dum ab eo digrederetur quando proximus adueneris ad quercum frondosam in campo Bethel, occurrent tibi tres viri ad sacrificandum profecti: dabunt tibi nonnullos panes, & quam primum illos de manibus eorum receperis: *Insiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum;* ex pastore Rex, de seruo Dominus, de paruo magnus. O panem plane cælestem, qui etiam in figuris, & tam à longe tales operaris mutationes, & instar ignis, flammis quas euibras, hominem frigen-

1. Reg. 10.

D. DIONYS. *de cælesti Hierarchia*

frigentem in Deum transmutas. Conceptus hic debetur D. Dionys. *Quemadmodum ignis sensibilis ea quibus insederit, in suam traducit effigiem, omnibusque quomodolibet sibi propinquantibus sui consortium tradit; haud aliter Dominus noster & Deus qui ignis consumens est, nos per cibum hunc sacratissimum in sui traducit effigiem, Deiformesque reddit.*

XII. Christus nobis reali vnione coniungitur.

Beneficium ingens confert Deus in hac Ecclesia militante, mediâ Eucharistiâ, velut quandam effigiẽ eius, quod in Triumphante. In cælo beatis se communicat sub obiecto visibili, quod illis proportionatur per lumen glorię; & hoc modo semper illis tribuit gloriam. Hic etiam videtur quod amor quodammodo transgrediatur, ut illum homo recipiens in cibum, vniri possit illi reali vnione. Hoc habeo ex D. Hilario Episcopo.

D. HILAR. L. 12. de Trinit.

Nec non & Christus hodie in nobis, non solum per concordiam voluntatis, sed etiam per naturam in nobis & nos in illo recte manere dicitur. Nam si verbum caro factum est, nos vere Verbum carnem in cibo sumimus: quomodo Christus in nobis manere naturaliter non æstimatur, qui & naturam carnis nostræ inseparabilem, sibi homo natus, Deus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub Sacramento hoc nobis communicandæ carnis admiscuit; & ideo per hoc omnes in Deo Patre, & Filio, & Spiritu S. vnum sumus: quia Pater in Christo, & Christus in nobis esse probatur. An vlterius ascendere potest amor eius & ad inuentiones? *Cantate Domino quoniam magnifice fecit magnus in medio tui sanctus Israel.* Ex Hebræo sic habes. *Quia magnus in interiori tuo.* Semper Deus est magnus, sed se magnum ostendit, quando in veritate dici potest, quod cibus factus sit *In interiori tuo*: complens illud: *In me manet & ego in eo*: & iuxta illud D. Bern. *Intra te.*

Isai. 12.

Quærit D. Tho. vtrum in Missa miscenda sit aqua vino; & respondet affirmatiue, & hæc est Ecclesiæ firmata consuetudo: cuius ea est ratio, vt significetur quam intime se Deus hic vniat homini. D. Ioan. ait *Aquę populi sicut & gentes.* Vinum denotat Christum; ait igitur Decretum Iulii Papæ. *Videmus in aqua populum intelligi, in vino verò sanguinem Christi; ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur.* Et iisdem verbis D. Cyprian. *Quando vino in calice aqua miscetur, Christo populus adunatur.* Hoc supposito & firmato Ecclesię Decreto, D. Cypri. lectu dignam subiungit sententiam. Ille qui in mensa Altaris recipit Deum, *Vsque ad societatem germanissimam peruenit: solus quippe Patri Filius consubstantialis est.* Nodus & vnio hæc est adeo stricta, vt terminum non invenerit

3. p. q. 74. a 6.

Apoc. 17.

D. CYPRIA. *de mysteriis Cœnæ.*

XIII. Vocatur hæc vnio Societas germanissima.

quo declaret illam, quam dicendo *Germanissimam societatem*. Et addit: *Solus quippe Patri filius consubstantialis est*. Quis autem hoc ô doctor piissime negat? quis dubitat? Agis de modo quo Deus se mihi in SS. Sacramento vniat, & hoc omisso transis ad æternã generationem? Quid vidisti? quis tibi potuit obiicere argumentũ in contrarium? O subtilem Doctoris Africani conceptum! Tanta est benignitas, tantusque amor, quo Deus hic hominem mensæ suę conuiuũ excipit, nodus adeo constrictus: Deus ita in homine, & homo ita in Deo, adeo germanus cum Verbo, vt quicumque videret comedentem eius carnem, & bibentem eius sanguinem ne fallaciter imaginetur quod ad illam accedat consubstantialitatem filii cũ Patre, præuenerit hanc ignorantiam, & præcipitantiam, aitque hanc solam inueniri in filio: *Solus quippe filius &c.*

XIV. Eucharistiæ notatur vis in Iuda.

Porro hoc omisso decantentur amicitiæ, confœderationes, quas nemo pro dignitate prædicauerit. *Nec vnit substantias, sed affectus consociat, & confœderat voluntates*. Idem D. Cyprian. progreditur. Considerat citato loco Proditorem & apostatam Iudam, cœna vescentem legali & antiqua, typica & figuratiua Agni: & quamuis mente venditionem reuolueret, tamen exterius modestiam omnem prę-ferebat & quietem; porro quam primum SS. Sacramentum accepit, ad sceleris excedit executionem. Quæro: numquid vsque modo mensę accubuit Saluatoris? Numquid in eodem cũ Deo catino pastus est? Numquid de manu Domini sumpsit Agnum, lacturas amaras, & intinctam buccellã? Nemo negat. Quomodo ergo se cohibet? Quomodo sedet quietus? Quia vsq; modo ad tam strictam cum Deo vnionem non accesserat. Erat *Ante Deum, sed non intra Deum*, vt ait Bern. & iam consistere non potest: quia buccella male recepta, non erat tantum Dei, sed in ipso Deo. Africani placet eloquentia, *Quando Iudas comedebat legales cibos, necdum diabolo occupante animam eius egredi cogebatur*. Decertabant inter se Deus & diabolus in corde Iudæ & cũ cederet libero arbitrio Iudæ victoriam, illam tradidit hic Satanæ: confestim ergo egrediatur. *Exiuit continuo*. Non detur locus dilationi, vt dicatur, quod Deus suam non sit assecutus, dum erga illum tanta vtitur amoris eminentia: hæc quippe maxima est Christi Victoria, quando se præbet in cibum, ingrediens in hominem ideo felicem, eumque ad tam eminentem attollens dignitatem.

D. CYPRIA. *vt supra.*

Discursus III. *Quasi gloriosus & medius beatus (si fari sic liceat) est qui digne communicat: etenim certo quodam modo de Deo possessionem accipit: hoc quippe Sacramentum proprietates gloriæ complectitur.*

HÆC vna omissis aliis ratio Saluatorem nostrum amatorem illum ardentissimum impulit, ad SS. Sacramenti institutionem. Vt nimirum præsentiæ suæ corporalis suppleret absentiam. Hoc discursu fundabitur præsens argumentum & intelligetur. Omnes mundi nationes, quantumuis agrestes, & incultæ dependentiam agnoscebant & necessitatem qua Deos suos quos adorabant, sibi opus esse iudicabant, videre semper & lateri suo comites habere perpetuos. In Israëlitis quibus veri Dei illuxit cognitio, videre licet qua sollicitudine recurrant ad summũ Sacerdotẽ Aarõ, dum Moysem fratrẽ eius moras nectere dolent nimis longas, seq; Duce destitui antesignano. *Fac nobis Deos qui nos præcedant.* Et quando Deus idololatriæ populi sui crimine grauiter offensus Moysi significat quod manũ suam ab eo esset subtracturus replicat ille: ne passum quidem pedis mouebimus sine te comite nosq; præeunte. *Si tu ipse non præcedas nos*: etenim nobiscum non itinerante Deo, quomodo iter nobis polliceri possumus securum? Verum cum multis intellectus sit agrestis, hebetus & ignorans, sibi persuaserũt, quod sicut repugnat vnum eundemque hominem eodem tempore esse in diuersis locis, in domo & in foro, in vrbe & in agro, ita Deus iurisdictionem suam haberet ita limitatam, vt si in terra esset, in mari non esset: & prouidentia eius de hoc sollicita, alterius obliuisceretur. Hinc apud Gentiles tanta exorta est deorũ multitudo: quorum hic domibus eorum preesset, alter domo egredientibus: hic terræ fructibus, ille propriis eorũ incumberet necessitatibus. Hos dicebant Deos *Penates, quasi de penetralibus* sollicitos, illos quippe in cubiculis & interioribus adorabant secessibus: quasi Deus hic ita solus & proprius vni negotio, vt alteri non intenderet.

Exod. 32. 1.

Indigẽt homines Deo.

In libro Iudicum patet quod idola illa oratoriis suis includerent, vt modo Catholici nõnullas Sanctorũ imagines in cubiculis suis appendant, quibus se cõmendant, & patronos suos indigitant. Ita Michas cõquerebatur illis qui Deos suos furto sustulerant. *Deos meos quos mihi feci, tulistis.* Hæc omnia ita fiebant, quia judicabant Deos esse sibi necessarios. Modo beneficii liquet eminentia quo Deus nos cumulat, & homini promittit illũ recipienti, in his verbis: *In me manet & ego in eo*

Iudic. 18.

II. Christus in Eucharistia Deus noster est Penates.

in eo. Taliter me tecum vniam, & ita interne, vt quando ad te ingressus fuero, quasi Deus tuus Penates futurus sim, & quamuis assistentia mea cunctis creaturis sit vniuersalis, cælo & solo; nihilominus me habebis ita propriũ, ac si tibi soli Deus essem. Quisq; nostrũ dicit Deo: gratias tibi ago Domine, quia me creasti: sed hoc ipsum reliqui omnes fatentur. Si, quia illum in esse conseruat: omnes ex hoc eũ collaudãt, quibus in hoc ęqualiter est liberalis. Si Redemptionis attendam beneficium, omnes eidẽ participant: & tantum habet in pretiosissimo illo sanguine subditus partem, quantam Rex, tantam indigus quantã abundans. Porro desiderabat anima habere hic Deũ ita secũ, vt pleno ore eũ vocare suũ posset: & hoc per Eucharistiam assequitur, quasi esset in cælo.

Hinc D. Leo Pontifex Clero scribens Constantinopolitano effectum hunc esse asserit SS. Sacramenti, quo caro nostra mirabili modo trãseat in carnẽ Christi, & nos quasi gloriosi efficiamur. Verba eius non prætereamus. *In illa mystica distributione spiritualis alimonię hoc impertitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutẽ cælestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus.* Hac de causa à D. Bern. dicitur matrimonium, in quo anima Deo velut sponso, dicere potest, totus meus es, & Deus ipsi velut sponsæ, tota mea es. *Sponsum habeo in Sacramento, in cælo habitura sine velamine.* Gloria cæli transit & descendit in terram quando communico: verum quidem est quod Deo beati in cælo sine velamine fruantur, sed hic etiam, licet cum velamine: & gloriari possum me gloriosum. Et Theodoret. explicans prima verba Cant. *Osculetur me osculo oris sui,* ait: Nullus hic offendatur, nec superbam aliquam accuset animæ præsumptionem simili termino vtentis: *Osculetur &c.* Quia hic labia nostra Deum recipiunt, cor nostrum hospitio illum excipit, brachia nostra illum complectuntur: & quæ maior in hac vita gloria, quæque huic æquiparanda felicitas? *Ac ne quis osculorum vocabulo turbetur: consideret quemadmodum mystico sponsi tempore, sponsi corpus suscipientes complectimur & osculamur, atque cordis osculis imponimus, & animo & cogitatione, quasi complexus quosdam & congressus nuptiales effingimus, atque ipsum charitate, timorem foras eiiciente, nos complexari putamus.* Participatio quædam hæc est beatitudinis: vt enim in cælo nullus timor angit seruilis, sed filialis tantum regnat amor; ita in hoc SS. Sacramento nobis metus omnis aufertur ex charitate & Benignitate Dei, se nobis tam liberaliter exhibentis, vt dicere possimus: viuimus in cælis.

Supponit D. Angelic⁹ Christo

Leo Pont. Epist. 23.

D. Bern. Ser. in Cœna Domini.

III. Digne cõmunicans est semi Beatus. Cant. 1.

Theodor. ibi.

In c.6. Ioan. I V. Vnũquodq; habet suum locum.

à morte rediuiuo conuenisse vt locũ habitationis mutaret aliò que migraret: vnicuique enim natura locum statuit sibi conuenientem: & mutatâ naturâ, mutetur & locus. Quando sol efficaciâ radiorum suorum de terra vapores & aquam sursum attollit, & subtiliores redditos leuat ad regionem aëris, ratio est: quia si naturam mutauerint, necesse est ut mutent quoque locum: quando terreni erant hi vapores terram occupabant nunc autem subtiliores, in altioribus consistant: Christus mortalis adhuc & passibilis, viuat inter homines: at SS. illa humanitas modo glorificata, sursũ ascendat ad cælũ. Ex altera parte tanto hominem amore prosequebatur, vt illũ secum ducere summopere desideraret: non expediebat tunc omnibus Dei recessus, cogitur tamẽ nos deserere: proh quanta hæc amatori feruentissimo violentia! Quid remedii? Remaneat in SS. Sacramento, quod cum sit gloria, dum nobis tale relinquit pignus, hominem relinquit in gloria, vt illius interius suppleat. Adest D. Tho. *Non enim decebat Christum secundum suam præsentiam esse semper nobiscum; & ideo voluit hoc supplere per Sacramentum.* Audite quam clare dicat hoc Propheta Regius. *Erit firmamentum in terra in summis montium.* Felicissimo illo legis gratię tempore, habebit Deus in terra firmamentum. *Extolletur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnũ terræ.* Multiplicabuntur & crescent ita seminata arua, vt super altissimos se montes extollant, & solæ aristæ strepitum excitabunt multò vehementiorem quam altiores arbores ventis agitatæ fortioribus. Abundantior erit tritici quã fœni herbarumque messis quæ velut optimus filius matrem suã id est terram vestit & adornat. D. Hieron. legit. *Erit memorabile triticum, vel memoriale tritici in terra, in capite montiũ.* Chaldęus. *Erit substantificus panis in terra.* Felix Patrensis. *Erit pugillus frumenti in capitibus Sacerdotum.* Ex Hebræo Campens. *Tanta fiat in terra per montium vertices tritici vis, vt instar Libani fragorem reddat.* Triticum & supra capita Sacerdotum quid esse aliud dixeris quam S. Hostiam, ante triticum, nunc Deum. De hac igitur Hostia, prædicit Propheta, quod faciet Deus firmamentum. Legatur in Libro Genesis mundi creatio, & constabit quod phrasis S. Scripturæ firmamentum idem sit quod cælum. *Vocauitque Deus firmamentum cælũ.* Modo capies: *Erit firmamentum in terra, Erit substantificus panis &c.* Panis ille diuinus est firmamentum, in termino obscuro, sed claro est ipsa gloria, ipsum cœlum. Vnico Verbo mentem suam exponit D. Chr. *Dñi in hac vita sumus, ut terra nobis*

Psal. 71. V. S. Eucharistia dicitur firmamentum.

V I. Id est cælum.

Gen. 1.

D. Chrys. *Hom. 14 in 1. ad Corin.*

nobis calũ sit, facit hoc mysterium.

Quam eleganter hoc dixerit D. Algerius audiamus. *Quia enim illum secundum carnem calos oportuit penetrare, vt illuc confidentius tenderemus; reliquit nobis carnalibus huius Sacramenti visibilem figuram & characterẽ corporis & sanguinis sui.* Quis obsecro terminus ille *Character*? Character in materia de Sacramentis dicitur *Signum quoddam indelebile in anima*, ex receptione quorundam Sacrementorum, quæ illud causant, & Deus in anima imprimit: velut in Baptismo quo renatus constituitur filius Ecclesiæ & heres bonorum Dei; in Sacramento Ordinis quo propter status dignitatẽ à reliqua hominum turba distinguitur. Dum igitur ait Deum nobis in hoc Sacramento relinquere Characterem nihil aliud innuit, quam quod securos nos reddat de sua præsentia; & quamuis ad gloriam transmigrauit, adducat tamen illam habeatque secum in animam à qua digne recipitur.

D AlgeR. lib. de Sacra. cap. 17.

VII. Dicitur etiam Character.

Vrget argumentum hoc D. Tho. & quærit. *Vtrum effectus huius Sacramẽti sit adeptio gloriæ?* Et sententiam profert mysteriis fœcũdam. *Sicut Passio Christi non habet suum effectum in his qui se ad eam non habent, vt debent; ita & per hoc Sacramentum, non adipiscuntur gloriam, qui indecenter ipsum suscipiunt.* Confert Christi Passionem Eucharistiæ, & cruentum Crucis sacrificium incruẽto Altaris, & ait: sicut Christi Redemptoris nostri Passio quoad sufficientiam ad omnium iustificationem plus satis sit, porro effectum virtutis eius non assequitur ille, qui digna præparatione illam sibi non applicat: hoc enim est quod ait Apostolus: *Adimpleo ea quæ desunt Passionum Christi in carne mea:* Ad hunc modum Sacramentũ hoc eum in gloria collocat qui digne illud sumpserit. Quid igitur D. Tho. quid necesse fuit nobis indicare, velut rarum quid & peregrinum, id quod omnibus passim est manifestũ, quod ponens obicem virtutẽ eius non consequatur, vt hoc litteris tradatur, asseratur, & probetur vt nullus de eo dubitet? Quis non capiat vacuum rediturum & inanem ab illa mensa, qui ad illam accesserit non vestitus veste nuptiali? Ratio est: quia ita certum est, hoc SS. Sacramentum & gloriam ita sibi inuicem copulari, Eucharistiam & cælũ, vt ne quis forte delusus sibi persuadeat illud se consecuturum nulla præmissa diligentia, nullo proprio labore, censuerit D. Thom. expediens de hoc articulum cõscribere in quo cõcluderet: *Ita per hoc Sacramentum non adipiscuntur gloriam, qui indecenter ipsum suscipiunt.*

D. Thom. 3. p. qu. 79. art. 2.

D. Chrys. Hom. 24 in 1. ad Corint.

Coloss. 1.

VIII. Effectus Eucharistiæ est gloria: sed quibus?

Inuitat sponsa cælestem suum spõsum (dicamus anima Deum in SS. Sacramento) vt veniat & in ea quiescat, & cor suum illi vt le-

ctũ præparat, aſſerit eum floribus adornatum, & tanto hoſpiti aliquatenus decentem, quibus ille maxime delectatur. *Lectulus noster floridus est.* Timuit D. Ambr. dum flores audit, qui tandem euaneſcunt & areſcunt, & quod illa præuentio digna videatur animâ Deum in ſe hoſpitem ſuſcepturâ; & legit. *Acclinatio nostra opaca.* Vmbroſus futurus eſt lectulus noſter: cui ſtatim addit. *Audeo dicere quod caro Christi acclinatio ſit Eccleſiæ.* Hoc conceſſo, ſi lectus communis ſit ambobus ipſi & animæ, quãuis cum animæ ſit & floridus timere quis poſſet ariditatem: tamen cum Deus ſit qui in illo reclinatur, & glorioſus eſt ac æternus, talis quoque eſt anima quæ illum inter flores illos complectitur gaudetque perpetuo.

Cant. 1.

Cæleſtis ſponſa manu me ducit ad altiſſimam quandam intelligentiam ex fauore quem hic recepiſſe ſe teſtatur à diuino ſuo ſponſo. *Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Siſte ô ſponſa, qua ratione dicis Deum in vmbra viuere? In ſole dicerem ego & luce: etenim talis eſt per eſſentiam. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum:* & *lucem inhabitat inacceſſibilem:* & *Deus lux eſt & tenebræ in eo non ſunt vllæ.* Tenebris aliquãdo vtitur quibus ſe occultet. *Poſuit tenebras latibulũ ſuum:* quando namque tantum quantum hic ſe manifeſtat, radios effundit, lucem ſpargit, & diffundit claritatem. D. Bern. vmbram hanc interpretatur eius carnem quam velo cortiniſque tectam nobis fides demonſtrat. *Vmbra eius, caro eius.* Notãdum autem quod huic vmbræ ſeu carni Dei verbum apponat *Sedit.* Sedere autem in S. Pagina denotat beatos & gloriam infert, quod ſi non; dicunt mihi quo alio termino Angelus Apoſtata divinam ſuam exponat arrogantiam, quam dicendo, *Sedebo*, q.d. ero Deus, glorioſus, independens. *Sedebo in monte teſtamenti.* Quotieſcumque ergo cibum hunc divinum acceperit ſub vmbra veliſque accidẽtium, dicat *Sedi:* glorioſam ſe iudicet & beatam: nec immerito: eandem quippe recipit gloriam, beatitudinem & cælum.

Cant. 2. Pſal. 18. 1. Tim. 6. 1. Ioan. 1. Pſal. 17.

D. Bern. Serm. 48. in Cant.

IX. Vnde dicitur anima hic Sedere.

Iſa. 14.

Tantam autem eſt huius propoſitionis veritas, vt D. P. Chryſ. iudicet vt impoſſibile pane hoc cæleſti paſci, & adhuc terrenum eſſe, & terrena ſapere: iam enim quaſi gloria fruitur, & terrenis omnibus eſt longe ſuperior. Explicans hoc: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, ex aliorum DD. ſententia panem intelligit Euchariſticum, & attente conſiderat illud quod ſequitur poſt *Pater noſter* nempe *Adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra* Cælum nominat (inquit) ſequatur ergo *Panem noſtrum quotidianum,* non

X. Panis quotidianus eſt Euchariſtia.

non solum corporalem panem & terrenum, sed potissimum ac primario panem postulamus cælestem: cum pani proxime adiungatur regnum cæleste. Aurea sunt eius verba. *Post celeste regnum, panem quis postulet temporalem?* q d. Petimus à Deo vt nos ad regnum suum & gloriam eleuet. *Adueniat regnum tuum*, & diuinæ eius per omnia voluntati conformemur. Et quemadmodum dum homo facit Dei voluntatem, Deus quoque illius implet voluntatem ita quoque dum petimus gloriam, & diuinus hic panis tribuitur, gloria ipsa datur: vnde idem est illum ac illam postulare. Declarat autem statim quid hoc sit. *Sed quotidianum & indiem vult nos in Sacramento sui corporis panis viaticum postulare, vt per hoc ad perpetuum diem, & ipsum Christi perueniamus ad mensam: vt vnde hic gustum sumpsimus, inde ibi plenitudinem totasque societates capiamus.* Vltima verba perpende, per vmbras has diem obtinemus: *Sub vmbra illius, quem desideraueram*, & sessionem ad mensam Dei: *Christi perueniamus ad mensam*: quod est *Sedi* sponsæ: quia hic totius nostræ stat summa beatitudinis.

P. Chrys. Serm. 68.

Hebr. 10.

Doctor gentium Paulus Apostolus plura nobis de hoc exponet. *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen id est carnem suam.* Fiduciam habentes intrandi in cælum (interprete D. Thom.) per hanc SS. carnem, quæ est ad cælum via. Non capio, verbum videtur satis obscurum. Quomodo esse potest via & præire nos SS. Sacramentum: nam fixum remanet in SS. Hostia. Vt aliquis recta dirigatur interrogans qua via ad terminum sibi præfixum perueniat, respondetur: viam carpe regiam & communem, ne per seminata arua progrediaris, per hæc enim nulla patet via. Sed Apostolus ait contrarium. Quod quia nobis eundem est versus cælum, incumbat vt per pratum hoc tritico seminatum transeamus. *Viam nouam, carnem suam.* Permittunt humanæ leges, vt si quando vehementior aquarum inundantia communem & angustam oppleuerit semitam, liceat peregrino transeunti per arua vicina licet seminata transire. Olim viam homines carpebant per ritus & ceremonias legis, per sacrificia boum, ouium, arietum, &c. Descendit Dei Filius cuius aduentus velut inundans fluuius describitur ab Isaia, qui præ nimio aquarum affluxu ripas suas egreditur. *Erit quasi fluuius violentus*: & viam hanc obstruxit: vt enim præfatus

D. Tho. ibi

XI. Caro Christi via est ad gloriam.

Nota.

Isa. 59.

præfatus dixit Propheta, lex illa vetus rigoris demersa fuit & omnino deleta. *Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam.* Manet Christo via: *Ego sum via*, quã parauit velut triticeam in SS. sua carne, quam sub accidentibus statuit: *Viam nouã, carnem suam*; per hanc recte tendimus ad gloriam.

Esai. 10.

Ioan.

Drogo Card. & Epist. Ostiensis ingeniose perpendit illud in pallio Eliæ quod de curru flammeo Eliseo Discipulo suo adiecit. Cõponit in Cœnaculo, vbi Christus Dominus noster SS. instituit Eucharistiam currũ igneum; Christus Elias est, pallium SS. eius humanitas quam hic reliquit, in qua realem eius habemus præsentiam & non leuem peregrinationi nostræ consolationem, quamuis ad cælos transmigrarit. *Ecce sublatus es, amplius te tuus non videbit Eliseus; remansit tamen ei pallium tuum in memoriam tui: vt præsentia absentiæ tuæ dolorem eius semper & augendo leniat & leniendo augeat. Hoc sumite, ait in meam commemorationem. Hoc est Sacramentum corporis tui, quod sumimus in tui commemoratione, donec venias. Pallium tuum est caro tua, qua vestitus ad nos processisti.* Hæc grauissima verba relinquo doctiori ingenio, & feruentiori voluntati ruminanda.

XII. Allegoria.

Drogo de Sacram. Domin. ca Passionis.

Nonnulli Doctores hoc annotarunt: Ante Sem filium Noë primogenitum describit S. Pagina mortem & annorũ numerum Patriarcharum. Vixit tot annis & mortuus est. Sed post Sem videtur magis vitæ illorum quam morti scribendæ intendere. Talis vnde precor orta nouitas? Imo potius censerem vt precedentiũ tam longæui censerentur anni, & mors silentio tegeretur. Rationẽ inveni in eo quod cõmuniter dicitur & tradit D. Th. Quod Melchisedech qui obuiauit Abrahæ reuerso de cæde Regum, & panẽ ac vinũ vt Sacerdos obtulit, fuerit Sem filius Noë: *Secundũ glossam Hebræi dicũt ipsum fuisse Sem primogenitum Noë.* Studia perpẽdamus Melchisedech: fuit Sacerdos, vt enim ibi sentit D. Tho. in lege naturæ Sacerdotium primogenito debebatur. *Antiquitus enim ille qui inter filios erat antiquior, erat Sacerdos.* Offert igitur panem & vinum, in symbolum, vt fuse probat D. Paulus Sacerdotii Christi. Modo patet arcanũ. Si Sem panem & vinum offerens significet Sacramentum corporis & sanguinis Domini, sub illis accidentibus institutum, post eum nullius mors in fastus referatur, nec ore quidẽ proferatur: etenim adeo diuinus redditur digne cõmunicans, vt ea de illo agatur quasi esset in gloria; quasi gloriosus, æternus, beatus esset & immortalis à S. Pagina discribitur.

XIII. Quis fuerit Melchisedech.

D. Thom. Hebræ 7. Lect. 1.

Nota. XIV. Digne cõmunicans est quasi beatus.

Conspexit D. Ioannes in terra procurrentem equum pallidum, talisque erat eques ei insidens. *Ecce equus pallidus, & qui*

Apoc. 6.

XV. Mors ex non sumpta Eucharistia.

& qui sedebat super illum, nomen illi mors. Rupertus huius figuræ veritatem impletam censet in primo Angelo diuinæ Coronæ proditore. Color pallidus vultus illius, vmbra, horror, & mors æterna superbam eius subsecuta sunt obstinationem, quia diuinam hanc buccellam non sumpsit: nam hanc considerat Rupertus, quasi tunc institutam, ad cuius inediam mors æterna sequeretur. *Qui huius panis sempiternam patiens inediam, semper est pallidus, & mors illum sequitur.* Quid mirum si viuat (inquit) in inferno, qui ad cælestem hanc mensam non potuit accedere? Et quid stupemus si viuat velut in gloria dignus huius Sacramenti frequentator? Quod claritas, quod splendor, quod lux, & eius habitatio sit cælum non miror, cum in se ipsum recipiat cælum. Attendamus quomodo Ecclesia in ortu suo floruerit, ex debita Sacramenti frequentatione, quis feruor in primis illis Christianis: quandoquidem affirmet Iustinus Martyr, quod Christiani nec auderent, nec nossent loqui nisi de vita, de morte, de gloria Christi contéplatione absorpti altissima? Quod autem in virtute non proficias, & frigidus sis, teque sentias (si sentias) mortuum, hoc socordiæ tuæ adscribit Propheta Dauid. *Omnem escam abominata est anima eorum; appropinquauerunt vsque ad portas mortis.* Eucharistiam nominat *Omnem escam*, in qua totus traditur Deus, & ipse omnes suas ostendit delicias. D. Thom. epilogum habeat verbis suis elegantissimis. *Non enim sufficit liberalitati diuinæ quod in Sacramento vel in cibo intellectum illuminat; quod affectum sanat, quod memoriam delectat, quod totum hominem in bono confortat, & corpori suo mystico associat: quin insuper Deo assimilet in præsenti per gratiam & in futuro per gloriam: non enim potest vlterius promoueri.* Liberalitas hæc diuina omnem metam transgreditur & terminum.

Rupert. l. 3. in Exo. c. 10.

Apolog. ad Antoninum Pium.

Psal. 106.

Ioan. de Mata de Festis Dom.

D. Thom. *Opusc. 58. cap. 5.*

Discursus IV. *Adeo fortiter Deus in SS. Sacramento nostras deuincit voluntates, vt quamuis aliorum eius beneficiorum hominis obliuiscatur ingratitudo: tanti tamen beneficij donique magnitudo, eam reddit quasi impossibilem, & vires tollit ad peccandum.*

STricte deuinciunt beneficia, dona recepta laqueos inuertunt, & captiuant manus quibus tribuuntur, ne illas in benefacientis vertat his cumulatus incommodum. Hinc patet quam prudenter ac sapienter, quamuis mundi scita tantum attendamus, locutus fuerit castissimus ille adolescens Ioseph ab impudica pellice ac domina prouocatus ad maritalis thori violationem, iuste tantum

I. Beneficia deuinciunt.

 tum

tum exhorrescens piaculum. Hac & illa à Domino meo sum liberalitate præuentus (nonnulla recensens accepta beneficia) an ergo iustum foret vt iniuriam tam effusæ facerem manui, meam proditor extendens ad illicita? Non possum: *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Obijcere posset: non volo, sed ait, non possum: potentiæ namque animæ eius ita tenebantur honori consulere tanti benefactoris sui, vt intellectus illi deficeret quo in eius ignominiam discursus faceret: voluntas ac memoria, qua recordaretur illos excutioni velle mandare: proinde congruenter dicit: non possum nam cum homo sit & non brutum animal, obligatus est gratus esse beneficijs. Quod D. Gregor. Magnus perpendens, grauiter ponderat, quod priusquam Ioseph dominæ suæ (melius dixero, mancipio, cum appetituum suorum talis esset) *Quomodo possum hoc malum facere?* Ipsa audiente beneficia referret, quæ Dominus ipsi licet mancipio contulerat. *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis*, &c. Quorũ memoria quasi æneo tormento omnis illa tentatio prosternebatur, qua superari poterat, & castitatis propugnator stetit immobilis. *Quibus verbis ostenditur: quia bona quæ assecutus fuerat, repente memoriæ intulit, & malum quod se pulsabat, euicit; & quia præceptæ gratiæ meminit, vim culpæ imminentis fregit.*

Gen. 39.

D. Grego. L. 30. Mor. cap. 18.

Ingreditur Saluator noster vrbem Hierusalem non curru vectus, quem leones protraherent, vt olim Imperatoribus fiebat, sed mansueto iumento, non generoso equo sed humili asina. D. Bern. felix hoc considerat animalculum, & ait. O si quemadmodum tam diuino honoraris equite, discursus tibi foret & intellectus quo illi gratias referres! sed figuram refers plurimorum, qui cum ratione vtantur ad recipienda Dei dona; illa tamen flocci faciunt, nec gratias rependunt: quocirca ex illo quod vehas Saluatorem, tibi inuideo, sed ex quo non illud agnoscis, tibi condoleo. *Quis illi iumento non inuideret, cuius in humili tergo, ad commendationem ineffabilis suæ magnitudinis dignatus est sedere Saluator; si cum illius tam pretiosi oneris gestatione, intelligentiam quoque tam singularis habuisset honoris.* Modo causam agnosco quam Dauid Regi Saül proposuit, quando eo spectatore spospondit cum Goliath gigante initurum se monomachiam. Concedat mihi ô Rex hoc singulare certamen, nec infirmis meis diffidat viribus, nec imberbis mea ætas tibi euentum reddat suspectum: Goliath superabo: cum longá doctus experientia Leones, Vrsos, Tigrides in fugam compulerim, ne manibus meis inciderent, quod si, illos vt agnos in frusta discerpebam: *Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus.* Dicito nobis ô Dauid

II. Ingratitudo damnatur.

D. Bern. Serm. 7. in Ps. Qui habitat.

1. Reg. 17.

III. Goliath ob ingratitudinem deiectus.

Dauid, an hoc bene sequatur: interfeci leonem, vt ex illo concludatur quod monstrum hoc immensæ magnitudinis sis occisurus? Vtique: quia Gigas hic accurrit horrendas in Deum Israel euomens blasphemias. *Blasphemauit Dauid in dijs suis.* Inferre voluit Goliath populo Dei bellum, & qui de viribus sibi à Domino effuso concessis argumentum trahit, quo ipsum in seruis suis offendat, homo non est, brutum est, animal est, & cum brutum sit, pedibus meis illum prosternam; vt alia prostraui & superaui. Optime sequitur, vincã illum & deijciam: *Nam & leonem & vrsum*, &c.

Nota.

Hac astutio & stratagemate vsus est proditor Absalon in patrem suum Dauid, vitam illi regnumque auferre meditatus. Testatur S. Eloquium quod anticipatiue se benignum vrbanumque exhiberet intrantibus vrbem & negotia sua coram Rege peracturis; verba instillabat illis adeo suauia, vt *Sollicitaret* (vel vt alius textus habet *Furaretur*) *corda filiorum Israel.* Sollicitatio hæc erat voluntatum, & attractio beneficiorum viribus, velut ille qui alienam sollicitat voluntatem; & quis data occasione tanto non seruiret benefactori? Furabatur secundum Hebræos corda: furtum erat, non ab illo se separarent, ita sibi deuinctos habebat filios Israel. Quibus non donis cumulauit Deus Israel? terram largitur illis promissionis, ipsa veteres suos expellente habitatores, nouamque populi sui introducens coloniam. *Dedit illis regiones gentium.* E finem horum ac intentum asserit fuisse, vt receptis hisce bonis agnoscerent illum, & tanquam vnico Deo suo famularentur. *Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.* Ex quo teste D. Gregor. Magno ita illos obligare voluit, vt nullos sibi pedes habere crederent quibus ex eius prosilirent obedientia: nam iuxta eorum ingratitudinem, dum in se præclara nulla sentiunt beneficia, forent eorum passus valde coarctati in adimpletione mandatorum eius. *Carnalis etenim populus, si magna non acciperet, magna non crederet; Omnipotens ergo Deus largiendo terrena, suadet ad cælestia.*

2. Reg. 15.

IV. Asalon beneficijs populum sibi deuinxit.

Psal. 104.

D. Grego. Hom. 92. in Euangelia.

Si verum hoc in omnibus beneficijs, quid censebimus de munere quo Deus dare præclarius non potest cum seipsum det, sicut in SS. Sacramento? D. Bern. mellifluo suo spiritu interpretatus illud Salomonis; *Si sederis ad mensam diuitis* (vt ipse legit) quibus Spiritus Sancti delicias describit, quibus Deus animam in hac mensa erat recreaturus, & quo vinculo illa tanto Domine teneretur, per hanc mensam intelligens S. Eucharistiam, ita loquitur. *In quo etiam quam impium sit hominem ante pietatis Dei esse immemorem palam est omnibus: cum amici morientis vel peragre proficiscentis, commendatam*

V. Applicatur vt Eucharistiæ.

D. Bern. serm. de cœna Domini: incip. Sedisti.

sibi sub aliquo signo memoriam nefas sit obliuisci. Incipiamus à similitudine quam vltimis verbis proponit. Quando amicus ab amico discedit, vel per mortem, vel per longum & multi temporis iter, & inter extremos amplexus vltimumque vale quidquam ab illo postulat: quis animum habeat auersum adeo & immitem, quo mente sincera illud non studeat adimplere? Obliuionem in tali casu merito reprehenderis vt irrationalem: periurus est cui hoc excidit de memoria. Discedit Christus ab hominibus & ad mortem proficiscitur, iter satis diuturnum de terra versus cælum. *Sciens quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Hoc nobis commendauit vt illum diligeremus, cum ad hoc teneamur: & hoc quidem tantis ardentissimi amoris indicijs, vt mundus his non viderit eminentiora, venis Apostolorum suorum illum infundens sanguinem quem erat in Cruce profusurus: quis doni adeo præstantis, beneficij adeo singularis, affectus adeo teneri abijcat vnquam memoriam? quis ingratus obliuiscatur?

VI. Similitudo.

Ioan. 13.

Non tacite prætereamus eloquentiam D. Chrysostomi. Dei verbum seminabat Christus Capharnai, miracula patrabat, cordium eorum emolliebat peruicaciam, oculos aperiebat cæcorum, vt eum amarent & sequerentur. Sed videamus quæ præparatoria aduentui suo dispofuerit. Miraculum multiplicationis panum in deserto ex altera parte Maris Galilææ, magnificas illas epulas; cum autem iudicaret Christus quod signum in pane, symbolo SS. sui corporis, quod erat consecraturus, efficacissimum esset ad murorum euersionem & cordium emollitionem, hoc signo panis vtitur, velut instrumento. Aureum illud os aurea depromat verba. *Iure autem venturus in Capharnaum gentem duram & minime persuasibilem, signum panis operatus est, non solum incolis; sed peregrinis etiam admirantibus, vt eorum molliret incredulitatem.* Numquid Saluator allicere intendit populos? Pane fiat igitur: ad eius namque conspectum non erit qui se non submittat, seque pedibus eius vt spolium prosternat: Hæc cælestis quippe mensa contra Dei obliuionem fortissimum est propugnaculum.

VII. Eucharistia antidotum obliuionis.

D. Chrys. Hom. 42. in Ioan.

Petra illa deserti & dura rupes de cuius flammeis venis scaturierunt aquæ frigidæ & crystallinæ virgâ Moysi percussa quam primum populi sitim extinxit, præcipit Deus vt exercitus proficiscatur, armaque sumat oppugnaturus Amalec. Difficultatem inuenit hic D. Aug. & ait: cur temperata iam siti per aquas populus paululum respirare non permittitur? Cur ilico ad arma præparantur & bellum? quænam hæc consequentia: biberunt de petra,

VIII. Allegoria.

VII. Eucharistia antidotum obliuionis.

petra, ergo prodeant confestim in arenam? Proponit D. Aug. dubium. *Bibit ergo de petra populus, & statim bellum inijt contra Amalec.* Respondet. Aqua scaturiens de petra, quia Christum præfigurabat, scribente Apostolo Paulo: *Bibebant autem de spirituali consequente eos petra; Petra autem erat Christus:* Significabat diurnum eius sanguinem, quem sub speciebus Sacramentalibus nobis reliquit in Eucharistia. Cernens ergo, licet tantum vmbratice hunc sanguinem, fidelis quisque arma suscipiat bellumque aggrediatur, non contra carnalem Amalec. Sed contra seipsum & carnales suos appetitus, si forte in illo memoriam Dei velint abolere: sumptio etenim corporis & sanguinis Christi quid aliud est quam armatura militum, vel Christiano vires adimere ne Dominum offendat. Cur ipsum non producimus Augustinum? *Videte fratres: quia postquam quisque de petra biberit, id est, Christi Sacramenta susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere.* Bellum interat obliuioni suæ, quod ipsum nomen Amalec designat: id est *Populus lambens,* sanguinem pugnet contra seipsum, ne de memoria eius elabatur.

1. Cor. 10.

D. Chrys. Hom. 42. in Ioan.

D. Avgvst. Serm. 93. de temp. de Aqua in Raphidim.

VIII. Allegoria.

In tabula Biblia.

Absoluta cœna & peracta Institutione SS. Sacramenti, Christus discipulos suos interrogat, num gladijs sint armati vel cultris si non; illos sibi comparent. *Sed nunc qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium.* Cui illi: *Domine ecce duo gladij hic:* Quærit acute D. Chrysost. *Sed vbinam ibi gladij sunt inuenti?* An in Collegio Apostolorum arma offensiua? Et ea Magister eorum approbaret? Ipse inquam, qui illis per viam profecturis omnem interdicit commeatum, pecuniam, peram, baculum, sed & alteram tunicam mutatoriam? Ille qui totus pax est, modo bellica permittit instrumenta? Nodum soluit D. Chrysost. *A Cœna & mensa tunc exiuerunt, vbi propter Agnum gladios esse oportuit.* Iam Agno Paschali pasti erant, oportebat ergo vt illum diuiderent, cultris vterentur, eoque fine illis conceduntur, & in mensa: anima namque diuinæ assidens mensæ, armis induatur, ne vllam eius patiatur offensam, quæ beneficij recepti cultro procul arcetur.

Luc. 22.

IX. Ex Eucharistia pugna.

D. Chryso. Hom. 85. in Matth.

Subtili sententia totum hoc complectitur D. Tho. dum inter alias hanc reddit instituti Sacramenti rationem. *Vt arctius cordibus infigeretur fidelium.* Remansit in Eucharistia vt tanto tenacius nostris inhæreret præcordijs. Termino vtitur singulari, *Infigeretur,* vt quasi clauis infixus esset communicanti: quænam igitur anima adeo sensibus destituta, vt defigere velit illum, eiusque obliuisci? Hac similitudine declarabitur. Occurrit vir vicino suo optime sibi noto, eumque interrogat: quid heri fecisti?

X. Similitudo.

Reſpondet: non memini: quinimo quid hodie fecerim, oportet me cogitare. Porro ſi vir ille pranſus fuiſſet, non poſſet eius obliviſci: cibus enim corpori vires præbet & vigorem, memoriæ memoriam, & ipſa natura contéta vociferatur vt ne poſſit obliuiſci. Quam obliuioſus eſt homo beneficiorum Dei! quinimo & ipſum nomen *Enos* hoc indicat. Quis attendit ruminatque creationis, conſeruationis, & prouidentiæ paternæ beneficium? Etiam ſubditus, qui de manu Regis ſui iam acceperat remiſſionem decem millium talentorum, egreſſus de conſpectu eius, cum tantus eſſet numerus nempe decem millium, beneficium ingens adeo, tamen vt alterum vidit conſeruum, quem debitorem habebat centum denariorum, *Tenens ſuffocabat eum* quaſi vitam illi ademptuтus: huic merito hominem comparaueris obliuioſum. Inſtituat igitur Deus conuiuium, Deus ipſe in cibũ ſumatur, nobiſque relinquatur; nec enim tantum poteſt beneficium tradi obliuioni: per illud quippe ſe nobis infigit. *Vt arctius cordibus infigeretur fidelium.*

Matth. 18.

2. Palal. 3.

XI. Virtutes ſunt claui.

De magnifico illo Salamonis ædificio, ſeu templo teſtatur Spiritus S. *Domum quoque ante oraculum operuit auro puriſſimo & affixit laminas clauis aureis.* Laminis aureis totum Templum erat coopertum cur non niſi hoc loco clauo aureos nominat? Eucherius clauos illos interpretatur virtutes, quibus anima per gratiam cum Deo configitur. *Laminæ aureæ quibus operta eſt domus, operationes ſunt multifariæ pietatis: claui autem aurei, quibus affixa ſunt, præcepta ſunt charitatis ſiue promiſſa æternæ claritatis, per quæ in exercitio ſtudioque virtutum, ne deficiamus donante Dei gratia continemur.* Optimum documentum, vt homo ſibi perſuadeat ſe in vanum operari, qui diuinam ſectatur amicitiam ſine virtutum exercitio, quod dixeris eſſe in aqua ſeminare, & tabulam ſine clauis velle affigere.

Eucher. l. 3. in l. Reg. cap. 14.

Porro congruenter argumento meo circa illud quod prius de Sanctuario ſubiungo: quod in eo eſſet menſa panum Propoſitionis, figura SS. Sacramenti. Ponere hic ergo & nominare clauos, licet in alijs eſſent partibus, nobis indicatur, quod vbi vel vmbra tantum eſt SS. Sacramenti, oportet vt in cordibus noſtris, ne eius obliuiſcamur, memoria fixa ſit & clauus quo configatur. Idcirco voluit, vt quotieſcumque celebraretur, quaſi de nouo noſtræ redemptionis opus impleretur, vt ait Eccleſia: *Toties opus noſtræ redemptionis exercetur.* Et ſi præcipuum mortis naturalis ſignum fuerit, tota ſanguinis Redemptoris effuſio: ita quoque velut altera eſt eiuſdem ſanguinis effuſio, quæ hic peragitur: quandoquidem *Ex vi verborum conſecrationis,* in Hoſtia conſecremus corpus

XII. Claui ſignant etiam memoriam.

Oratio ſecreta.

Christi; & cum ibi sit cum sanguine, velut corpus viuum, consecramus consequenter totum eius sanguinem, ac si tunc effunderetur. Audiamus D. Gaudentium. *Quo & ipsi Sacerdotes, & omnes pariter fidelium populi exemplar Paßionis Christi ante oculos habentes quotidie & gerentes in manibus, ore etiam sumentes ac pectore: redemptionis nostræ opus indelebili memoria teneamus.* Quis hanc eradat memoriam? Quis in tam singulari beneficio summum capiat obliuionis? Quis ô Panis viue de sua te memoria repellat? Quis non appendat magnifaceat, & tantum æstimet donum, quod tibi ô mortalium felicissime reseruatur? Exulta & humili præsume superbia: perpetua responde sollicitudine perpetuo huic beneficio: hic tua fige desideria, clauum gloriæ tuæ infige, cum enim altius nequeat extolli, tali gratus esto bonitati: etenim in te Deus thronum amoris sui sedemque collocat.

Gaudentius.

XII. Claui signant etiam memoriam.

Discursus V. *Tutißimum ac certum Dei erga nos amoris pignus est SS. Sacramentum in pane vinoque institutum, in cuius vindemia seu messe omnia clauduntur Tribunalia: quia in mensa hac cœlesti, omnis diuina pacatur indignatio.*

Oratio secreta.

I. In Augusto clauduntur tribunalia.

PEtrus Damianus Card. huius Discursus titulum affirmat de cuius annotatione, quod tempore Augusti seu vindemiarum Tribunalia claudantur, transitum faciam ad SS. Hoc Sacramentum, vbi in pane & vino misericordiæ suæ amorem manifestat, & iustitiæ suæ abscondit seueritatem. *Cum enim legibus cautum sit, vt tempore meßium, vel vindemiarum, nequaquam causarum litigia ventilentur, nec forensia negotia dirimantur, & temporum ratio fert, vt quidquid tunc in tribunalibus Iudicum diffinitur, irritum censeatur,* &c. Tempore tantæ lætitiæ, quale illud est quo frumenti messis colligitur. *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe*; vel quando de palmitibus botri rescinduntur vuæque fertilissimæ, plane indecens est audiri vociferationes, dirimi lites, ventilari causas, virgasque in altum attolli. Dum benignam ergo & humanam adeo se demittit Dei Maiestas vt ex speciebus panis ac vini solum erigat suæ præsentiæ: nobis omnem spondet misericordiam. Quando populus Israel Regem à Samuele postulauit, vt omnes habebant nationes, ille vero vsque modo Iudices habuisset rectores. *Constitue nobis Regem vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes.* Deus ad preces Samuelis signum dedit de cælo, circa quod multa quærunt Expositores, pro-vt illos vates præmonuit, vt diligenter attenderent. *Videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus*

Nota. P. Damian. L. 5. Ep. 11.

Isa. 9.

1. Reg. 8.

minus in conspectu vestro. Et quænam obsecro hæc? *Numquid non messis tritici est hodie? Inuocabo Dominum & dabit voces & pluuias, & scietis & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos Regem.* Tempus modo est colligendi panem, æstus est feruentissimus, modo aristæ nitent, & triticum plenum regurgitat. Vt autem vobis sit manifestum, quantum Deo displicuerit hæc vestra de Rege habendo petitio, vobis spectantibus operaturus est tale prodigiũ, quo vehementissimus decidat imber, aër commoueatur, micent fulgura, & tonitrua audiantur: ex quibus iustam Dei erga vos sentietis indignationem. Orat Samuel ad Dominum & continuò audiri cœperunt tonitrua tantusque per aëra strepitus, vt omnes horror nimius terrorque oppresserit. Dictum D. Gregorij mihi præbet argumentum. *In messe autem tritici in illa regione, pluuia & tonitrua non fiunt.* Numquam aliquis viderat aquas vel audierat tonitrua in illa regione colligendæ messis tempore. Rarum igitur & insolitum tale quid eo tempore notari, obiectum timoris, quod optime Samuel vocat *Rem grandem*; quo datur intelligi quod in Ecclesia regione cælesti, ad conspectum diuini panis, cœlum gratias depluat, flores effundat, cesset seueritas, nec illa Deus vtatur: hic etenim omnia amorem spirant, misericordiæ patent opera, clauditurque rigorosæ porta iustitiæ.

II. Deus in Eucharistiæ messe, sedatur.

D. GREGO. L. 5. in Reg.

Dauid diuinam prouocat iram, dum censum populi sui instituit, quem coronæ suæ subiectum gloriabatur, plus iusto robori fidens militum suorum. Indicat illi Propheta Gad ex tribus contra eum decretis supplicijs vnum eligat quodcumque voluerit. Dauid vt vir prudentissimus illud elegit, quod immediate de manu Dei procedebat, nempe pestem: diuinis se committit puniendum manibus, grassatur in Hierusalem lues eaque tanta vt breui horarum spatio multa corruerint millia; cernit Angelum Dei inter cælum & terram euaginato gladio terribilem: aitque textus pestem hanc durasse *vsque ad tempus statutum.* Ex Procopio per tempus illud statutum intelligo meridiem seu horam prandij: itaque dum mensæ parantur ad cibum, tunc & non prius gladius Angeli reducitur in vaginam, & percutienti dicitur: *Sufficit: nunc contine manum tuam.* Quid hoc Domine, quando grauiores committi solent excessus & patrari crimina, tunc mitigaris? Primeuum parentem nostrum esca vna Paradiso exturbauit, nosque perpetua damnauit seruitute. Israelitæ

2. Reg. 24.

III. Allegoria.

tæ comedebant & bibebant, quando diuina se lugent seueritate mulctatos. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum & ira Dei ascendit super illos.* Quinimo manus abscondens ad pœnam, illas tunc exeris tribus digitis litteras efformans infaustas, & mortis indices in conuiuio sc. Balthassari: in quo Rex & vitæ pariter & regni iacturam tulit. Inter epulas pugionibus Absalonis corruit frater eius Ammon interfectus. Dum comessationibus indulgetur, caput aufertur illi, quo natus inter mulieres maior non surrexit. Quomodo ergo cessat indignatio, Angelus à percutiendo deferuet, ferri cedentis acies retunditur, & iubente Deo gladius reducitur in vaginam? Vnico verbo respondet Procopius. Erat David eo tempore, *In area Ornam Iebusæi*: nam palatio suo discesserat misericordiam à Domino postulaturus pro populo; erat pariter hora prandij; vidit panem in mensa collocatum, triticum in area, & Regem illi adstantem, omnia oculis eius obijciebant beneficium illud sub specie panis nobis præstandum, pacata iam eius indignatione: vult quoq; vt ad eius vmbram cesset tanta licet iusta seueritas. *Vsque ad tempus* (verbis vtor Procopij) *prandij donec videlicet panis intelligibilis de cælo descendit: tunc enim Dominus placatus vastatorem illum & mortem dissoluit & compescuit.* Suspendit mortem luem cohibuit currentem, vidit Dominus panem: quid mirum quod seueritatem cohibeat, paretque delicias?

Psal. 77.

Dan. 5.

2. Reg. 13.

Marc. 6.

2. Reg. 24. III. Allegoria.

Ante Passionem suam non multo tempore celebraturus cum discipulis suis Pascha, quibus ait: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum*: Mittit duos ex illis vt cœnaculum præparent, domum inquirant, cubiculum instruant, & dignum sit mysterio in illo celebrando, hanc autem dedit eis instructionem. *Ite in ciuitate ad quendam &c. Et introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans*: ne ille conspectum vestrum effugiat, & dicito domino domus meo nomine, mentem meam hanc esse, quod Pascha sim in domo eius celebraturus. Quæro Domine mi; Cur ô Domine iam instituturus Sacramentum sanguinis tui sub specie vini signum statuas hominem aquæ lagenam baiulantem? Aqua vino virtutem tollit & efficaciam, & hæc qua ratione quadrabit amori illi ardentissimo, qui vino denotatur? *Meliora sunt vbera tua vino.* Ne signum sit, *Homo lagenam aquæ baiulans.* Nota mysterium. Aqua vino maxime contrariatur, & hostis infensissimus calori per vinum denotato, est frigus in aqua figuratum: & ex opposito perpende in igne illo vehementi & actiuo Eliæ qui descendens de

Luc. 22.

Matt. 26. IV. Allegoria.

Cant. 1.

cælo non tantum aquas in fossis & altari sacrificij redundantem consumpsit, sed & ipsos lambebat lapides. *Aquam, quæ erat in aqua ductu lambens*: vt ne vestigium eius remaneret, aqua vinceretur & ignis tanto triumpho gloriaretur; itaque vinum amor est, & aqua frigus. Ita hoc intelligit Laurent. agens de primo Christi miraculo, quo ad nuptias in Cana aquam in vinum conuertit: quod nihil aliud notasse dixeris quam frigoris expulsionem, caloris autem introductionem. *Aqua (sic ille) mutatur in vinum, quando inducitur charitas, pellens foras timorem*. Modo capies cur signum in aqua statuerit. Domum ingrediebatur ad institutionem SS. Sacramenti, in quo cessaret diuina erga homines seueritas, introducerentur autem deliciæ, blandimenta signaque familiaritatis: nominet ergo aquam: hoc quippe tempus est nuptiarum cum anima: & sicut ad nuptias illas in Cana conuersa est in vinum, ita multo melius hic, vbi per strictam adeo vnionem omnis ab homine metus aufertur. *Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans*.

3. Reg. 18.

LAVRENT. In Sylua. Verbo: aqua.

Ioan. 2.

Pluries Redemptor noster iam immortalis discipulis apparuit: sed occurrit modo manifestatio illa ex D. Ioanne. Piscatum exeunt Apostoli Christum aduertunt mobiles aquarum vortices humanis pedibus inambulantem, qui discipulis approximans eos interrogat. *Pueri numquid pulmentarium habetis?* Aduerte cum D. P. Chrysologo modum loquendi: quo iure Saluator noster pueros indigitat viros ætate perfectos, & maturos ingenio? Quo fine sic illis blanditur, vt simile quid in Euangelio non legamus? Quod si adhuc mortalis viueret carnemque gereret passibilem non mirarer, sed iam gloriosus & impassibilis: quid hoc? *Pueri*. Latet arcanum; vt enim discipuli se per fugam eumque solum deseruerant, vt viri timere poterant: vt autem nouerimus, quod eorum intuitu idem esset qui prior, eosque tenerrime diligeret, & omni metu seposito ad eum possent securi accedere, in alio hoc non indicat nisi dicendo *Pueri*. Aliud addere clarius amoris argumentum quã nominando conuiuium, & mensam non poterat: etenim ex ore Dei verbum illud panis, cibus, pulmentarium, mensa, benignitas est quæ pauorem omnem sepelit, remoram amouet, securitatem ingerit, & manifestum est amoris indicium: ita acute Chrysolog. *Ibi enim erat Petrus qui negauerat: Thomas qui dubitauerat: Ioannes qui fugerat*, & ceteri qui eo solo relicto fugerant: dum autem ait: *Pueri, numquid pulmentarium habetis?* Idem est ac si dicat: *Vt humanitas ad gratiam, panis ad fiduciam, pulmen-*

Ioan. 21.

V. Cur Christus Apostolos hic pueros vocet.

Chrysolog. Serm. 78.

pulmentum reuocaret ad fidem. Omnem illis auferre voluit timorem, & securos reddere: atque ea intentione meminit panis, petit esculenta, quæ rigores expellunt, spirantque blandimenta.

Ioan. 21.

Hinc infero: dum communicaturus accedis, hoc esse scias tempus petendis beneficijs, & sperandis donis maxime opportunum. Quid times? De quo tibi formidas? quid te subtrahis? Voluit hoc Dauid (ita ego) innuere versu illo toties repetito: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus*: Dum se tradidit in cibum ijs qui diuinam eius formidabant iustitiam. *Escam dedit timentibus se.* Non prætereamus hic omnino singularem Patris Armandi viri doctissimi, & Magistri quondam S. Palatij expositionem: quod officium à S. Patriarcha Dominico exordium sumpsit, eiusque filijs annectitur qui Romano Pontifici semper laterales assistunt. Hic igitur hoc interpretatur. *Escam dedit Timentibus se.* Id est seipsum, vt expulso foras timore feruentius illum diligant, & ingrediente amore, sedem suam timor amoueat. Aures arrigite: cum enim noua sit & acuta, non dubito, grata erit. *Vnde subiungitur: Escam dedit timentibus se: quod non est referendum solum ad timentes, imo ad dantem: quia in hoc Sacramento, dans escam, dedit non quamcumque escam, sed se.* Cumque sit amoris Deus, vt eum ament, se tradit: vnde hunc versum addit:

V. Cur Christus Apostolos hic pueros vocet.

Psal. 110.

VI. Christus se escam dedit timentibus.

Nota.

Chrysolog. Serm. 78.

Armand. collat. 80. de festo Eucharistia.

Arrha, cibus, medicina, comes, pax,
Hostia, Christus.

Arrha seu pignus quod desponsatis traditur, nostræ peregrinationis comes, & exilij sodalis, Hostia & sacrificium pro peccatis nostris, &c.

Suspicati veritique sunt fratres Ioseph, ne patre suo Iacob mortuo, in ipso memoria præteritæ proditionis culpæque reuiuisceret; sed terminos Ioseph non habuit, quibus omnem illis mali suspicionem amoueret, magis opportunos, amica sua testatus viscera, quam dicendo: *Nolite timere, ego pascam vos, & paruulos vestros:* & recumbentibus vobis in mensa mea, quid sinistri corda ista suspicentur? Dum panis auditur, deliciæ, bonitas exprimitur & benignitas. Alexander Magnus, referente hoc Curtio, sumens in vxorem Paganam filiam pulchritudine commendabilem, tamen & paupere, vt omnem illi formidinem tolleret, quam tanta inæqualitas, vilissimæ ancillæ cum supremo omnium Monarcha poterat inferre, eam mensæ suæ conuiuam adhibuit, in qua panem integram diuisit, illique mediam tribuens eius partem, alteram

Gen. 51.

Lib. 8.

VII. Panis adhibitus fiduciam præstat.

Exemplum

vero sibi reseruans, ait Amor erga te meus cogit vt te mihi comparem efficiam, pelle formidinem, in cuius thesseram hunc sumito panem, qui securam tibi præbebit fiduciam.

Aurea D. Chrysostomi sententia hoc nobis mirifice declarabit. Quadraginta diebus conuersatus est Saluator noster iam rediuiuus cum discipulis suis, quandoque apparens illis, quandoque se ab illis subtrahens, nec continuo, vt mortalis solebat, illis præsens adhærebat. *Per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno Dei.* Quam amicæ fuerunt conuersationes? quam ferventia colloquia? quam tenera blandimenta? Nec semel dubito quin gratias illis donaque multiplicauerit: iam accedit eius triumphi tempus, & recumbentibus illis ingreditur. *Recumbentibus apparuit illis Iesus,* & incredulitatis redarguit. Quid hoc ô Domine: an discessus tempore quando licet aliquæ præcessissent simultates, & in Apostolico Collegio nonnulli defectus, nec ore quidem depromi debuissent, illos reprehendis? Necessario metu corda eorum obrigescent, tuisque amor exponitur periculo suam in eorum iudicio perdendi dignitatem; modo non nisi benignitas pateat, & procul abigantur verba quidquam aliud sonantia: vt sunt: *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Sed attende quo loco accuset illos, & nullam eis rationem dari formidinis iudicabis, quinimo amoris multo feruentioris. *Recumbentibus.* Mensæ conuiua illis assedit & comedit: nec ideo solum vt illos de veritate carnis suæ confirmaret, vt ait D. Gregor. *Vt per effectum comestionis veritas patesceret carnis*; sed vt affabili sua benignitate tutos illos redderet: cum hoc vnicum signum esset eius erga illos amoris certissimum. Os suum aureum aperiat D. Chrysost. *Et ne his quidem contentus fuit: sed mensam etiam addit*: q. d. quadraginta illis diebus conuersationis certo quodam modo non ita aperte illis amoris sui vim declarauerat, nec in tantum reddiderat securos, ac comedens cum illis, & eadem mensa residens: vbi licet indignatio eius grauis fuisset, statim deponeretur, & in perpetuam firmaretur amicitiam. *Sed mensam etiam addit.*

Promoueat argumentum nostrum subtile D. Cypriani Martyris ingenium: ait enim: Si quando sanguis pretiosus ille Christi per se nostris sceleribus prouocatus vindictam, fulgura clamet & iustitiam: nostris tamen venis in hoc Sacramento receptus, de nouo vociferatur petitque misericordiam. Africana hæc est eloquentia. *Quia idem sanguis*

Act. 1.

Marc. 16.

VIII. Christus discipulis conuescens omnem illis metum adimit.

D. Grego. Ho. in *Asc.* Domini.

D. Chryso Hom. 1. in *Acta.*

Nota.

D. Cypria. *De duplici Martyrio ad Fortuna.*

ſanguis, quoniam à nobis bibitur, ſi digne bibitur, clamat in cordibus noſtris verba pacifica, & ſolatij plena. Per campum hunc fertilem & myſticũ latius euagemur. Sanguis ex ſe & natura ſua traditorie effuſus, poſtulat vindictam; en ſanguis Abel à Fratre Cain effuſus, quid clamat? Audi cæleſtem iudicem. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*; & vſque ad cæleſte aſcendit Tribunal. Mors ergo Chriſti dupliciter cælo diſplicuit; licet adeo voluntarie ab ipſo profuſa. *Oblatus eſt quia ipſe voluit*; & huic voluntati noſtræ redemptionis opus adſcribit Apoſtolus: *In qua voluntate ſanctificati ſumus.* Nec poterant flagella, claui, ſpinæ, Lancea vel vnam elicere ſanguinis guttam quam amor non propinaſſet; verumtamen ſi carnifices, milites & ſacrilegas manus inſpexeris: violenta fuit: hoc quippe nomine mors illa viri notatur, qui diuturniori tempore poterat ſuperuinere. Secundò: ſi ſcelera, ſi falſa teſtimonia, ſi blaſphemias, ſi calumnias attenderis, &c. Voluit igitur Chriſtus ſanguinem ſuam vt ſpeculum exponere, quatenus in illo pateret mors hæc & ſanguis, non violente, neque cum peccato profuſus.

D. Grego. Ho. in Aſc. Domini.

Gen. 4.

IX. Sanguis Chriſti dupliciter conſideratur.

Iſaia, 53.

D. Chryso Hom. 1. in Acta.

Nota.

D. Cypria. De duplici Martyrio ad Fortuna.

Ea igitur intentione SS. Sacramentum inſtituit, in quo ſanguis cernitur qui prouocet non iuſtam ſeueritatem ſed dulcem miſericordiam. Quod ſi Hieroſolymis auditæ fuerint inſulſæ ille voces: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Hic in eius conſecratione mites piæque reſonant; proinde Chriſti ſanguis partes meas tuetur, meaſque operit criminum culpas, qui in ſeipſo poterat mihi proclamare vindictam iuſtumque ſupplicium. Hanc cape ſimilitudinem. Ille qui Collegio vel Cathedræ alicui ſe opponit, legit de oppoſitione viginti quatuor horis, & cum tempus eius breue ſit ſuam inſtituit lectionem, iam hic ad marginem notat, iam ibi expungit; deinde mundatam producit in lucem. Hoc Chriſtus egit cùm morte ſua in Cathedra Crucis, perpendens expunctiones quas in illa ſacrilege Hebræi committebant, vt enim munda claraque appareat, & amor ſuus erga hominem manifeſtus, ſanguinem hunc ſub accidentibus vini ſtatuit, quem in ſe dum anima contemplatur, & nectar illud bibit, magis inardeſcat, feruentius illum diligens qui manifeſtis adeo ſignis affectus illam ſibi vnit & copulat.

Nota.

X. Similitudo.

Discursus VI. *Eucharistia fuit velut quidam amoris excessus, in quo (si fari sic liceat) Deus de seipso egreditur: vt autem illam homo digne recipiat: necesse est vt de seipso egrediatur, vultum moresque commutet, suos in diuinos transmutans & cælestes.*

I. Eucharistia Panis est facierum. *Exod. 25.*

PAnis facierum titulus adscribitur, omissis alijs huic SS. Sacramento, fitque allusio ad veteres illos Panes propositionis: vel quia expositi erant oculis Dei vel quia ad ingressum tabernaculi proponebantur, in quos introeuntium obtutus ilico defigebantur. Sic habet Exodus. *Et panes super mensam Panes propositionis in conspectu meo semper.* Vocetur igitur Panis facierum: quia Deus hic semper adest, & oculis suis expositam habet animam, atque in ipsa eandem postulat correspondentiam, nec aliam habeat faciem quam ipsius Dei.

Composuit Dauid Psalmum 33. quo gratias canit Deo ob receptũ ab Achimelech Sacerdote beneficium. Profectus est Dauid Nobe ciuitatem vbi tum seruabatur Arca testamenti, profugus & extorris à facie Saul, qui vt Prouerbium est: ventos aëraque bibebat vt sanguinem innocentis Dauid biberet: rogauit Sacerdotem an lanceam seu gladium haberet ad sui defensionem: festiuè namque domibus egressus secum non detulerat: vel buccellam panis sibi paucisque militibus in via comitibus. Tradidit autem ei Sacerdos gladium Goliath, quem in memoriam obtenti de illo triumphi Dauid Domino consecrarat: cumque Sacerdos non nisi sanctificatos haberet panes quibus solis Sacerdotibus ac Leuitis vesci licitũ erat, distribuit tamen illos Dauid eiusque comitibus: extrema namque famis inedia premebantur. *Dedit ergo ei Sacerdos sanctificatum panem.* Psalmo ergo huic, in quo beneficium hoc agnoscit & decantat titulum præfixit: *Dauidi cum immutauit vultum suum coram Achimelech, & dimisit eum & abijt.* Panibus hos pastus Dauid immutauit vultum suum. Noui quosdam hoc ita interpretari, quod sumpto pane illo Sacerdotali Dauid continuò discesserit (vt ait textus) in ciuitatem Geth aulam Regis Achis vbi vt vitæ periculum, si cognosceretur euitaret ex industria se amentem simulauit. *Et collabebatur manibus suis.* Legit D. Aug. *Ferebatur manibus suis:* Quia vero hoc videtur impossibile, vt quis dicatur proprijs se deferre manibus, exponit hoc D. August. in Christo completum, quando. *Accipiens panem* manibus suis, illum in corpus suum transsubstantiauit;

1. Reg. 21. 11. Historia de Dauid vultum suum immutante.

tiauit: & quasi tunc seipsum ferebat. *Hoc vero Fratres, quomodo posset fieri in homine quis intelligat? Quis enim portatur manibus suis? In Christo inuenimus impletum: ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans corpus suum, ait: Hoc est corpus meum: ferebat enim illud corpus manibus suis.* Notandum autem quod alimonia pastus panis sanctificati, Dauid se morionem exhibet. Rex vnctus, tantarum dux legionum: cui mos erat leones discerpere, vrsos non timere, modo non timeat Philisthæos, quamvis illum cognoscant, quid vrget modo se alium simulare? Ni fallor ita responderi potest: Panibus iam satur, figura corporis Christi, vt aliquatenus respondeat figura figurato; si in V. Sacramento pateat excessus quidam, & velut egressus Dei extra se, amore suo obligati: Dauid inquam panibus iam satur, hoc in se exprimat, seipsum immutet, & quasi de se egrediatur: ita vt in illa Dauidis dissimulatione, feruentissima pateat Dei voluntas & amor erga hominem ardentissimus.

D. AVGVST. In Psal. 33.

I. Reg. 21. II. Historia de Dauid vultum suum immutante.

Sed proposito themati conuenientius hæc verba: *Immutauit vultum suum* pane saturatos intelligamus. D. Hieron. legit. *Quando commutauit os suum.* Aquila: *Gustum suum.* Symmachus: *Quando transformauit modum, aut mores suos;* dicamus vno verbo: quando Dauid alium in loquendo, gustando, & viuendo se esse finxit. Accessit eò ex fuga retractus, præ fame confectus, vultu pallidus: panis illi præbetur, & statim formosior reuiuiscit: ex famescente satur, & qui prius nec pedem mouere lassus poterat, modo fortis subsilit & agilis, petitque arma. Quis tantas in illo operatus est transformationes, tantaque mirabilia? figura panes huius diuini, cui omnes animæ debentur perfectiones, prærogativæ spiritus, morum emendatio, totaque immutatio; vt doctus experientia ipse Dauid canebat: *Campi tui replebuntur vbertate*: Transfert D. Hieron. *Vestigia tua roborabuntur pinguidine.* In omnibus accrescent tibi vires. Tibi ô cælestis buccella hæc omnia debentur. Quid furentis carnis nostræ domat impetus? quid impurum immutat redditque castum? quid vindictæ reprimit appetitum? Temperat furorem, reuocat perditum & reformat effrænem? *Panis facierum.* Huic doctrinæ replicantem audio. An ergo vultus nostros debemus immutare, aliosque adducere ad S. Communionem, ita vt si his accedamus, sit mali ominis signum? Omnino sic. Credite D. Ambrosio hunc Prophetis versum exponenti. *Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Ad altare Dei accedam, & coram eo assistendo dies mei nouam induent iuuentutem. Siste gradum ô Dauid: etenim ratio-

III. Effectus SS. Sacramenti applicatur.

Psal. 64.

Psal. 42.

IV. Et senex reiuuenescit.

rationes illos proponis nomine illorum qui tempore legis gratiæ S. suscipient Eucharistiam: quia hoc est altare illud, illaque mensa. Quæro, si quis senex sit & canitie grauis, qua ratione vis, vt ille communicaturus, aperiat canitiem illam, reddatque se adolescentem? quomodo iuuentutem dicis agilem, dum in curua quis premitur senectute? An non aduertis quod ore depromat Altare, & spiritu se mensæ huic assidentem contempletur; vnde non male mutatur in iuuenem, vultumque transformat? Hæc sunt Ambrosij verba. *Depositis autem inveterati erroris exuvijs, renouati in aquilæ iuuentutem, cæleste illud festinant adire conuiuium.* Aquilæ meminit hic iuuentutis: notum quippe cunctis arbitror, qualiter auis hæc regia se renouet. Annis iam grauis irreverberata oculorũ acie solem intuetur: dum autem ardentioribus eius radijs se sentit inardescere, in fontem crystallinum se demergit, ex quo nouis prodit instructa pennis, leuis, & volucris, & omnino reparata. Hoc animæ in Eucharistia contingit. Accedit ad altare, oculos in solem iustitiæ defigit, qui licet nubibus velisque contectus, vrit tamen & incendit, nec non in dulces resoluit lachrymas fontem inquam in quo se abluit; huic in omnibus ita mutata prodit & diuersa, vt omnino verum sit: *Immutauit vultũ suum.* Cum in Deum

D. AMBRO. *Lib. de Baptismo c. 8.*

se transmutet. *Tu mutaberis in me;* dictum est D. Augustino. Dicat igitur Dauid: *Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Deo lætificanti, & senectutem innouanti hunc decanto Psalmum.

Merito mirati sunt SS. Patres, quod Iudas cum reliquis Apostolis SS. Christi sumens Corpus, crudelis adeo manserit, ferox & immisericors, & hoc diuini Agni sanguine pectus eius adamantinum fortius obduruerit. Attendit hoc Victor Antiochenus aitque præsagium plane infaustum, & signum eius reprobationis euidentissimum, si quis recepto Domino sibi similis remaneat nec mutetur in virum alterum. Prius auarus erat, fur per omnes casus, eique titulum assignemus ex Euangelio: *Fur erat.* Effundit in illo Christus omnes diuitias suas, & remanet adeo pecuniarum auidus, vt horam non attendat eundi ad receptionem triginta denariorum, pretium hoc erat venditionis Magistri sui. Reprobum censeo quandoquidem condiscipulis tuis in diuinos transmutatis, dæmonem tu indueris. Subticenda non sunt tam præclara Auctoris verba: *Cœnantibus autem illis, accepit Iesus panem, &c. Insinuat hic Iudam, tametsi diuinorum mysteriorum participem effectum, sui semper similem mansisse, hoc est tremendæ illius mensæ cibo refectum, nihil prorsus mutatum aut emen-*

V. Iudas ex Eucharistia non mutatur, malum signum.

Victor Antioch. in Marc. 14. To. 1. Bibl. PP.

Nota. *emendatum esse.* Diuinis participare mysterijs, Deúque in te ingredi, & tamen remanere frigidum, dolendæ tuæ signum erit condemnationis.

VI. Christus cur Eucharistiam sumpserit.

Certum est quod Christus S. Synaxim sumpserit, non quod noua indiguerit gratia, aut eius augmento is qui plenus erat, sed vt vel id venas suas reuerteretur velut multiplicatus sanguis, quē statim erat effusurus: vel vt buccella illa diuina semel Deum haberet vt dignum communicantem (dicamus ita) quādoquidem solus ille se posset digne recipere talique beneficio conformiter juxta omnem rigorem: vel vt ait. D. Thom. vt SS. illam nutriret humanitatem, corroborans illam in stadio suæ Passionis, cuius figura panis ille fuit, quem ad longum peragendum iter Angelus Prophetæ Eliæ ministrauit. *Surge & comede: grandis enim tibi restat via.* Videtur ergo (si fieri potuisset) quod Eucharistia Christi vultum immutauerat; & quando non fuisset aliud quam quod illum corroborasset, illum tamen vocaremus in seipso proprijssime *Panem facierum.*

Psal. 3.

3. Reg. 19.

VII. Allegoria.

Locus vnus ex Apocalypsi nobis hoc clarius exponet. Vidit D. Ioannes librum signatum sigillis septem, cuius aperirendis arcanis solum sufficiebat Verbum Dei, cui tunc nomen tribuitur: *Leo de tribu Iuda. Vicit Leo de tribu Iuda aperire librum, & soluere septem signacula eius.* Accedit ad librum notat autem cōuersum leonem in Agnum. *Dignus est Agnus qui occisus est accipere librum*, &c. Moratur hic Hugo Card & ait: quid hoc? paulo ante Leo, & ad conspectum libri, statim fit Agnus. *Ostenditur Agnus in exhibitione, ne ibi pauida conscientia formidaret.* Per librum hunc intelligamus SS. Sacramentum, in quo solus Deus nouit qui scribit miranda mysteria in illo conclusa: quam primum igitur videtur, Leo in Agnum mutatur mansuetissimum & anniculum: & quando hic datur, hoc est, *In exhibitione,* vultum immutat: *Panis facierum.* Si forte hoc sit sanguinem suum exponere sub speciebus vini. Domine, morem habueras amorem tuum olim in aquis declarare: trinus spiritus tui currus erat aqua. *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Porta Sacramentorum in aqua baptismus est; sed ratio mihi iam innotescit. Vinum ex natura sua transfert, mutat, & alienat, vultque Deus vt quicumque huc accesserit, de se egrediatur: & idcirco in hoc liquore fit meus sanguis. D. Cypr. rationē mihi hæc cogitanti præbet valde sublimem. Patriarcha Noë vineam plantauit, & vim eius experientia non edoctus liberalius bibit, inebriatur, obdormit, vel à sensibus alienatur.

Apoc. 5.

Hugo Card. ibi.

Gen. 1.

Ioan. de Mata de Festis Dom.

Atten-

Attende: monet hic Sanctus non dormiens dormientem Noë: latet hic mysterium, quod non aquam sed vinum biberit. *Non aquam sed vinum bibit, & sic figuram Dominicæ Passionis expressit.* Deus Noë Prophetam instituit operum, & in eis Hieroglyphicū amoris sui, futuræque mortis: & quemadmodum hic in anima recipientis operatur metamorphosin, sic hæc in eo fiat qui biberit vinū. *Sic autem calix Domini inebriat, vt & Noë in Genesi, vinum bibens inebriatus est.* Verum quidem est quod aquæ postmodum cesserit ad honorem, dum præscribit Ecclesia vt paululum aquæ immisceatur Calici: quandoquidem de aperto Christi latere sanguis cum aqua effluxerit: cum enim vita nostra sit aqua, dabatur intelligi quod fortiori & calidiori suo sanguine humanam incéderet frigiditatem. Sed in terram prosternat vinum Patriarcham, illumque extra se rapiat: qui namque Deum recipit si extra se non repinatur, debite non accedit. Eleganter hoc expressit Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus. *Inebriat profecto calix iste sanguinis Domini, & ex toto corde diligentem alienat à se.*

D. Cypri. Epist. 63 de Sacram. Dominici calicis.

L. 2. Epist. 3.

Laurent. Iustinia. Serm. de Euchar.

Nota quod licet in lege veteri viri fuerint Sancti & amici Dei, virtutibus eximij, vt fide Abraham, obedientia Isaac, mansuetudine Iacob, castitate Ioseph, misericordia Moyses & Dauid, &c. Porro dilectione feruidi quæ alienat in lege tantum gratiæ reperiūtur, qui pane hoc inebriantur. *Viuent tritico*, ait Osee quod Septuaginta legunt: *Inebriabantur tritico.* Tempore communionis multornm animæ incalescent ardoribus, flammisque spiritus. D. Ioannes communicans *Recubuit*: Caietan. legit *Cecidit* super pectus Saluatoris, velut in centrum suum, non poterat se in seipso continere, Deum corde suo complexus. De S. Catharina Senensi gloria Ordinis Prædicatorum S. Dominici refert historia, quod magis extra se quam in se viueret, hoc cælesti inebriata alimento, ad quod numquam accessit, quin semper mirabilia cerneret. Modo puerum videbat venustissimum inter manus Sacerdotis: modo fornacem flammantem in quam ipsa ingrediebatur: asserebat autem Virgo Seraphica, quod respectu flammarum quas in anima sua ardere sentiebat, materiales omnes ignes non nisi gelu, nix, & pruina viderentur. O panem eximium, qui velut esca robur addis, velut ros fecundas, velut gloria transmutas: hominem te pastum mortalem reddis immortalem, pauperem ditas, congelatum ardoribus inflammas Seraphicis.

Osee 14.

Ioan. VIII. Eucharistia amore inflammat.

Verbis profecto grauissimis deplorat D. P. Chrysol. paruam hanc

Chrysol. Serm. 33.

hanc in nobis mutationem. *Miseri qui quotidie corpus Domini tractamus & sumimus, & à nostris vulneribus non curamur.* Væ nobis, qui quotidie Deo appropinquamus, dixero melius, ab eo recedimus: & ijsdem semper proprijs inuoluti hæremus infirmitatibus. Si ad solum fimbriæ eius contactum sistitur fluxus sanguinis in muliere Sropheniſſa: quid erit ad Deum accedere, nulla percepta ex hoc vtilitate. *O quam docuit mulier* (ita præfatus auctor) *quantum sit corpus Christi, quæ in Christi fimbria tantum esse monstrauit. Audiant Christiani qui quotidie corpus Christi attingunt, quantam de ipso corpore sumere possunt medicinam: quando mulier totam rapuit de sola Christi fimbria sanitatem? Sed quod nobis flendum est: mulier de fimbria medicinam tulit; nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus.* Medicina adeo pretiosa, remedium ita efficax, toties ad S. Communionem accedere, & inde tam modicam trahere salutem! Quando sanguinaria mulier vel oram vestimenti Christi attingens integram recuperat salutem. Historiam ita D. Chrysolog. interpretatur. Vocatus Christus proficiscebatur in domum Iairi Principis Synagogæ filiam eius resuscitaturus: accedit præfata mulier, tangit, sanatur. Exclamat Christus: *Quis me tetigit?* Respondet Petrus: *Magister, turba te comprimunt & affligunt, & dicis: quis me tetigit?* Domine, miraculum est quod te turba comitans non præfocet, & quæris: *quis me tetigit?* Imo quis te non tangit? Tantum vna me tetigit persona, replicat, quia illi soli de me virtus exiuit, & ego sensi. *Ego enim sensi virtutem de me exisse.* Quid est Iubileum, dies Cœnæ Domini, tanta communicātium festinatio, non cessat manus Sacerdotis, dum alij erecti stant, sedentque alij. Sed dolendum, quod peti possit: *Quis me tetigit?* quia ille solus vere tāgit illum, qui debite accedit, & alius quàm ingressus fuerat, excedit. Quam pie Chrysolo. *Certe nihil prodest loco iuxta Christum esse, si fide non sis.* D. Gregor. Nazianz. in Oratione funeris patris sui, de illo testatur, quod licet admodum senex, in communicando tamen, vigor roburque in eo videretur longe distinctū. *Ex sola Lyturgia robur accipiebat.* Continuo contra multos inuehitur solito sententiarū suarū pondere, sed potiſſimum cōtra Sacerdotes similes bobus, quos Pharao Rex Ægyptij conspexit, macilentos, lāguidos, vix ossibus hærētes, qui tamen ijsdem herbis, pratisque cū pinguioribus alijs vaccis vescebātur. *Et tamen plerumq; quod maxime dolendum est, ita vsu venire solet multis Sacerdotibus, qui similes mihi esse videntur septem illis bobus macie confertis & fœdis, quos per somniū vidit Pharao Rex Ægypti,*

Matth. 9.

Chrysol. Serm. 34.

Nazianzen. Orat. 19 in laudem Patris sui.

Gen. 41.

qui tamen ex eodem flumine bibebant & iisdem locis virentibus, & pratis amœnissimis pascebantur. Ecce qualiter his duobus Patribus manum porrigat D. Aug. *Corpus ergo Christi multi moleste premunt, pauci salubriter tangunt. Tetigit me aliquis: ego enim sensi virtutem de me exiisse.* Multi concurrunt, & affligunt (quod bene dixit) si Christus affligi posset: pauci licet sint, qui quia debite non communicant, fructum non percipiunt: reliqui qui se non præparant, communicant, sed non communicant: quia non vt decet illud faciunt.

D AVG. *Ser.74.de temp de Chananea.*

Epilogum thematis sumat sibi D.August. Omnis nostra beatitudo & felicitas in hac vita consistit in corpore Christi: *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Conuenit igitur quod si recipere velit quis vitam, non vt ante mortuus appereat. *In Christi enim corpore vita nostra consistit, sicut ipse dixit: Nisi manducaueritis &c. Mutet ergo vitam qui vult accipere vitã: nam si non mutet vitam ad iudicium accipiet vitam, & magis ex ipsa corrumpitur quam sanetur, magis occiditur quam viuificetur.* Hæret D. Chrysost. in mirabili illo signo, quo Christus socrum Simonis curauit, nam continuò surgens ministrabat illis: adeo sana viribusque integra & ait. *Cuncta igitur tunc simul facta sunt.* Ad Christi contactum statim conualescit: si igitur viribus ita elumbis post Christi contactum vt antea languescas: dico: non vitam sed mortem recipis.

Ioan. 6.

D. AVG. *Serm.1. de temp. Dominica 1. Adu.*

Luc. 4.

Discursus VII. *Quicunque receperit corpus & sanguinem Dei, suum pro eo tenetur effundere: pignus illi imponitur moriendi & subeundi Martyrium: quod si defuerit executor, ipse sui sit executor, accedens vt mortuus: quandoquidem vita Sacramentum, mundanorum omnium mortem exposcat.*

SAlomon in Prouerbiis suis oculos coniecit in diuinam hanc mensam, in hæc deliciarum fercula, in felicitatem (melius dixero) gloriam inuitatorum; nec non ingratitudinem quam tale requirit beneficium. *Quando sederis, vt comedas cum Principe: diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam.* Septuaginta, quos sequitur D. August. ita vertunt. *Si sederis cænare ad mensam potentis: sapiẽter intellige quę apponuntur tibi, & mitte manum tuam, sciens quod oportet te talia præparare.* Quis princeps iste potentissimus? Quæ mensa hæc Regia? Quale illud recambium? Qua ratione potest homo pauper & miserabilis tantis respondere beneficiis? Audiamus D. August. qui in duobus locis operum

Prou. 23.

I. Par pari in Euchar. reddendum

D. Avg. Tract.) Tit. 47. in Ioan. Item Ser. 45 in communi vnius Mart.

rum suorum obijciens & respondens sententiam hanc explicat *Mensa potentis quæ sit, nostis: vbi est Corpus & sanguis Christi. Qui accedit ad talem mensam, præparet talia. Et quid est, præparet talia? Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus ad ædificandam plebem, ad asserendam fidem, animas pro fratribus ponere.* Ad hanc mensam inuitatus quid pro quo præparet; Quî fieri potest hoc? Vitam suam det & sanguinem profundat, in honorem Christi: sicut ille suum dedit, suumque pro eo fudit Saluator noster.

Exod. 12.

Quis nesciat quam raris ceremoniis præceperit Deus populo suo esum Agni ea nocte qua de Ægypto egressi sunt; & hæc omnes denotabant eos esse peregrinos, viatores & transeuntes, signa mortis. Comedetis stantes, & festinanter, & cum lactucis agrestibus: talis quippe est vita amaritudinibus oppleta: *O mors, quam amara est memoria tua:* præcincti & parati ad gradiendum: etenim hoc loquendi modo Christus nos dispositionem docet ad moriendum: *Sint lumbi vestri cincti.* Quid est hoc? Dicat nobis D. Ambros. *Tanquam onus corporeum deponentes, vt essent parati ad transitum:* quasi comedentes Agnum omnem exuerent mortalitatem: quo datur intelligi, quod huc accedentes, relinquere debeant; si possibile foret ipsum corpus, & quasi mortui apparere. Quare mihi persuadeo SS. hoc Sacramentū à quibusdā Doctoribus vocari *Metalepsin* id est *Assumptionem*, quia nos attollit, & vitā terrenis omnibus, quę in nobis viua reperit, adimit. Quam primum Moyses rubum cernit, audit vocem dicentē sibi, si propius velit accedere: *Soluat calceamentum.* Quænam hic non dicta sunt? Non tot foliis, aut aculeis rubus fronduit, quot hic datæ sint interpretationes. Hanc modo sequamur. Deus hic umbratice Sacerdotē instruxit omnesque communicantes. Erat in rubo, flamma, viredo & spina. Ignis hic est nempe Deus: *Deus tuus ignis consumens est.* Est hic viredo: sunt enim hic panis accidentia. Spina temerarium pungit intellectum, si mysterium adeo sublime tentet perscrutari: quia *Scrutatur. Maiestatis opprimetur à gloria.* Igitur *Solue calceamentum de pedibus tuis.* Vel quia vetus hæc erat consuetudo, qua iuri suo ad rem aliquam cedebant: quod hic velut ad inaccessibile non habemus ad hoc mysterium; vel *Solue calceamentum:* est enim hieroglyphicum mortalitatis, accedat quasi sine illa & immortalis. Digladiatores Romæ (barbarorum erat hoc exercitium & gentilium consuetudo, qua se mutuo in arena digladiando truncabant) ante deliciis vtebantur: vt enim vitam habebant

Prou. 33. Eccl 41. I. Par pari in Euchar. reddendum. Luc. 12. D. Ambr. L. 1. de Cain & Abel c 8. II. Allegoria. Victoria in Speculo. Exod 3. Deut. 4. Prou. 25.

iam morti adiudicatam, eos producere volebant gaudio exultantes. Hoc recogita hanc vltimam esse communionem, tibiq; statim moriendum, & deliciosus ac diuinus ille cibus tibi proderit ad salutem.

Cant. 2. III. Mortuus digne communicat.

Quis capiat phrasim qua pia sponsa hoc explicat? *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Coniunctio illa, *Et*, causulem redddamus, *quia*, eritque sensus. Quia cælestis ille fructus & alimonia, suauis est, sedi sub vmbra illius. Ad vmbram ait, id est ad fidem. Secundò: *Desideraueram*: affectus, desideria & anhelationes denotat: non autem solam communicandi consuetudinem. Et væ animæ, cui Deus in hoc Sacramento non magis sapit quam panis. *Sedi* longo tempore, aliqui nec ad horam expectant quin reuertantur ad mundi strepitus, missas quærunt acceleratas, communiones præcipitatas: *Sedi*: ac si tibi mortuus & consumptus fuisset. Hoc nobis Dauid exponit. *Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius:* & statim se seruum Domini protestatus, *ô Domine quia ego seruus tuus*, addit: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis:* eduxisti me de carcere: & in tanti beneficii gratitudinem, *Tibi sacrificabo hostiam laudis.* Cohibe linguam ô

Psal. 15.

D. Hiero. Epi. 150. ad Hedibino Ser. 17. in hunc psal.

Vates, quia D. Aug. per hanc hostiam, seu *sacrificium laudis*, vt ipse legit, intelligit S. Eucharistiam. Item D. Hieron. Zeno Episcop. Veron. Lyra. & alii.

Si ergo per confractos hosce compedes, & aperta ergastula denotetur egressus ex hac vita, quod alio loco clare satis postulasti: *Educ de custodia animam meam.* Et per sacrificiũ legis gratiæ Sacramentum, ad quod non accessisti, nec recepturus sis illud, vt quid mori desideras. Optauit illud; quia etiam figurate audiens calicẽ, mortem præmittit, vel eiusdem affectus. Conceptus hic debetur D. Basil. *Oportet accedentem ad corpus & sanguinẽ Domini non solum purũ esse à quouis inquinamẽto carnis ac spiritus, ne ad iudicium edat, & bibat; sed ostendere memoriam eius, qui pro nobis mortuus est, in eo quod & mortificatus est peccato, mundo ac sibi ipsi, & Deo viuit.* Nunquid celebramus hic memoriã Dei mortui? Vtique. *Mortem Domini annũtiabitis.* Ergo digne fieri non potest, si ille qui accedit, non accedat mortuus. Quocirca Dauid huius calicis æstuans desiderio: *Calicem salutaris accipiam*, præmittit velut dispositionem. *Dirupisti vincula mea.* Notanda venit elegantia qua cognitus Incognitus hoc dicit. Triplicem calicem assignat hic Dauid Deo à nobis offerendum. Primus est Calix consecratus: secundus mortis ac Passio-

Psal. 141.

D. Basil. Hom. 1.

IV. Triplex calix.

Passionis Domini: tertius contritionis & pœnitentiæ. Primum certo modo soluimus, quando de manu Sacerdotis illũ in S. Hostia recipimus: secundũ, quando pro eius gloria vitam nostram exponimus: tertium, quando in operibus mortificationis & austeritatis nos eius Cruci conformamus; & hæc omnia significãt, quod ad digne communicandũ, accedere oporteat cũ pœnitentię lamentis, cum sanguine profuso quantùm ad affectũ: alio quippe modo Deum non invitamus, sicut ille nos invitat. *Calix est triplex, quem Deo debemus reddere: sci. Calix consecrationis Christi sanguinis. Calix Passionis Christi hominis. Calix pœnitentiæ contriti hominis. Primum calicem accipimus cum digne Christi corpus & sanguinem sumimus, & Christo per fidem copulamur. Secundum calicem accipimus, quando mortem quam pro nobis Christus tulit pro gloria nominis sui patiendo sibi reddimus. Sed tertium calicem accipimus, quando nosmetipsos pro eius nomine affligimus.*

Incog. In Psal. 115.

3. Reg. 19.

V. Mors morte rependenda.

Graue mysterium notamus in pane illo quem Angelus Eliæ Vati detulit sub cineribus coctũ. *Subcineritius panis:* sub cinere quippe latent igniti carbones. Quod si Angeli populo Israël Mãna de cælo (dicamus ita) detulerant, cur dedignantur panem delicatum deferre Vati honoris Dei sui zeloso, sed subcineritium media ex parte coctũ, & ex altera combustum? Ratio est, quia mortem expostulauit. *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* Quia vero panis hic figura est Eucharistiæ, sit cineritius: vt indicetur quod verus communicator accedere debeat in cineres conuersus, & in pulverem resolutus absque vlla ad vinum inclinatione, vita sit abscondita, hoc est ille ignis, mundoque mortuus. Occurrit oculis meis figura qua aliam Ægyptii in celebri vrbe Heliopoli id est Solis formosam hanc Planetam depingebant. *Spicarum gestantem manipulum, cujus medium, vel centrum fulmen occupabat.* Christus sol est justitiæ in V. Sacramento in vrbe Solis, id est Ecclesia, spicas fert & fulmen: quia pani illi ita coniungitur fulmen: vt hoc primò tollere debeat vitam carnalem, quam spicas quis comedat fertiles & abundantes. Si quis quæsierit, vbi sit fulmen & ignis, cum non nisi candida videatur Hostia: respondebo cum Ezechiele. *Dedi conturbationem gladii acuti, & limati ad fulgendum, & amicti ad cædem.* Gladium vidi exacutum opertum, ad cædem, funera & clades edendas. Numquam vidisti virum euaginatum tenentem gladium sub pallio & festina-

VI. Figura Eucharistiæ.

Ezech. 21.

festinato procurrentem? De hoc dicitur: festinat, hostem suum occisurus. Quando videris SS. Sacramentum atque in eo Deum pallio accidentium coopertum, gladium defert, vt enim illi tu manibus eripias, & tibi vitam auferens teq; occidens accedas mortuus, eiusq; delectationibus.

Ad nuptias in Cana Galilææ, & initium miraculorum Christi, vinum exhaustum defecit, mater misericordiæ filio suo necessitatem aperuit: *Fili vinum non habent*; interpretatur Rupert. quasi mundi miseriam indicasset, cui deficit Dei Sacramentum causa Resurrectionis corporum. *Indicauit quod defecisset vinum incorruptionis animarum & immortalitatis corporum*: conversio autem aquæ in vinum illi deseruiret, vt notauit Chrysol. *Aqua in sanguinis erat conuertenda mysterium.* Cui Christus respondit: *Nondum venit hora mea.* Si quæramus à D. Ioanne quænam sit hora Christi, respondebit: hora mortis ejus. *Sciens quia venit hora eius.* Conuertat aquam in vinum, non tamen tunc instituit Eucharistiam. Quid ergo eum remoratus est? Non est conuenientia nuptiarum corporis cum iis quas Christus hic celebrat in anima: ita sentit D. Bern. *Christum sponsum habeo in Sacramento.* An hoc Maria mater eius non petit, quam tantopere diligebat? Ratio est: quia hoc institui conueniebat cum esset morti proximus: nempe pridie Passionis & nō ante: ita ut inter communionem & morte vix nox vna intercederet. Certe subtiliter D. Paschasius. *Quem calicem cum bibimus, quid aliud quam mortem Domine annuntiamus? Idcirco necesse est, vt vnusquisq; prior moriatur in sæculo: quia sicut nemo, nisi sepultus mortem nuntiat; ita nemo exinde vitam sumit, nisi resurgens in nouitate vita ambulet.* Qui recipit hoc Sacramentum, annuntiat Christi mortem: & quis illam digne prædicet, nisi qui eius spiculum senserit, fueritque mortuus? Vnde tu *Nisi resurgens* ad nouā vitam, non accedas. Quid dico resuscitatus? Iam mortuus erat quia talis fuit, qui de sepulchro resurgit.

Insignē hic adiungamus conceptum D. Chrysostomi, circa parabolam de decem Virginibus: in qua Christus loquitur de morte singulorum: & quam parati lampadibus ardentibus bonorum operum ad illam esse debeamus. Notat dici: *Exierunt obviam sponso.* An non magis conuenisset vt illum expectarent, quam obvie procurrerent? Virgines teneræ, non egrediantur, veniat prior sponsus; nec enim quærit gyronagas. Prodeant (inquit ille) & egrediantur: nam vt anima Deum recipiat, eique disponsetur, moriatur: egredi namque

Ioan. 2.
RVPER. ibid.
CHRYSOL. Serm. 160.
Ioan. 13.
VII. Cur Christus iam moriturus, Eucharistiam instituit.
BERN. Ser. Cœna Domini.
D. PASHAS. L. de corp. & sanguine Domini.
Matt. 25.
VIII. Mortuus obuiet sponso.
D. CHRYS. ibid.

que in S.Pagina, mori significat. *In transitu positos: vnde de Virginibus dicitur: Exierunt obuiam sponso.* Cui nomen sponsæ sponsum recepturæ conuenit quam Sacerdoti iam celebraturo? Sua igitur inspiciat ornamenta: hæc enim omnia mortuum illum repræsentant. Casula, Crucem, Alba funerale amiculum; Amictus sudarium Christi capiti dum sepelitur impositum; Calix sepulchrum: vt mortuus accedere debet, quem velut defunctum funeralibus vestiunt indumentis.

Cant. 5.

Modo mihi patent enigmatica verba sponsi: *Veni in hortum meum, messui myrrham meam, cum aromatibus meis.* Veni in hortum meum Ecclesiam meam per Incarnationem: Messui myrrham meam per mortem meam. Septuaginta & nonnulli PP. Latini, & Græci omnes legunt *Vindemiaui.* Sicut hæc tempora opposita sunt metere & vindemiare, ita difficultatem ingerit quod Messui idem sit quod vindemiaui: q. d. factus sum panis, ideo messis; & vinum, ideo vindemia. Ita explicat hoc D. Ambros. ad mores his verbis. *Ne fastidias mensam quam Christus elegit dicens: introiui in hortum meum soror mea sponsa, vindemiaui myrrham meam* Et addit: *Et tu resurgas & sic manducabis panem.* Prodi de sepulchro: hoc quippe est in quo amara mortis myrrha colligitur, & ita debita præparatione communicabis. Sepelitur nemo nisi mortuus, ergo requiritur vt prius fuerit mortuus, vel sit, vt digne accedat. *Tu resurgas &c.*

D. AMBR. L. 1 de Cain & Abel.

IX. Sanguinem bibens, sanguinem fundat.

Vltimum nunc thematis primo connectamus. Qui sanguinem Domini bibit, non minori satisfacit quam proprii sui sanguinis effusione. Audiamus quã eloquenter D. Cyprian. Confessores ad martyrium exhortetur, *Parare se debent milites Christi, considerantes idcirco se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, vt possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere.* Martyrem esse oportet eum qui communicat, bibit sanguinem funditque sanguinem: datur illi vita Dei, suam igitur pro Deo tribuat. Præcipiebat D. Cyprian. vt properantibus ad moriendum pro fide prius S. Eucharistia promeretur. *Non inertes & nudos relinquamus, sed protectione corporis & sanguinis Christi muniamus.* Et ait: *Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis Christi sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus.* Quem si illis bibendum propinemus, quomodo non voluntarie & libenter suum effundent? Bibant Domini sanguinem excusationem non inuenient, nec fieri potest, quin de venis suis illum offerãt, & vltro se tyrannis tradant ipsorum sanguinem effusuros.

D. CYPR. Epist. 56. vel L. 1. Ep. 3. ad Thiboritanos

Ep. 54. vel L. 1. epist. 2.

Isai. 21. Vates Isaias impletum huc in lege gratiæ prænnntiabat. *Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes, surgite Principes, arripite clypeum.* Eia Principes bibentes & comedentes ad arma conclamate, ad arma, prodite in arenam prœliaturi. Ad litteram sermo erat de profano illo Regis Balthassari conuiuio: prædicitque quæ sacrilego huic Regi erant euentura; in illo quippe regnum perdidit & vitam. Ita Hugo Card. *Vt sint verba Domini vel Propheta, ad Balthassar prauidentis conuiuium, quod facturus erat, & quid inde accidere debebat. Cum enim commederent in mensa Cyrus & Darius videntes manum scribentem in pariete: Mane, Thecel, Phares, & audientes expositionem Danielis: ex hoc sumpta audacia, statim in ipso conuiuio Balthassar occiderunt.* Porro in sensu mystico, si per mensam hanc intelligamus Altare, ex qua nobis præcipitur contemplari, nimirum diligenter examinare: notandum quod inter comedendum & bibendum tympana mandentur pulsari, & ad arma conuolare. Ait igitur Propheta. Principes (omnes enim qui digne communicant, tales habentur) ex sententia D. Hieronym. *Dicitur per Prophetam ad omnes credentes, vt comedentes & bibentes corpus & sanguinem Christi, vertantur in Principes Ecclesiæ.* Velut facti robustiores ac valentiores in arenam descendite: & iam bene pasti & saginati corpore ac sanguine Domini, vestrum effundito: conueniens enim hæc est & debita obligatio: & hoc in initio diximus: *Talia oportet te præparare.*

Hvgo Car. X. Et ad spiritale descendat certamen.

D. Hier. in c. 21. Isai.

Discursus VIII. *Hostia adeo pura puritatem petit Angelicam in recipientibus eam: sed potissimum in Sacerdotibus immediatis Ministris: cum peccata carnis maxime huic Sacramento omnino spirituali repugnent.*

PRologus sit Angelus puritate, quemque cinxerunt Angeli, D. Thomas inquam exordiatur insigni explicatione sententiæ D. Pauli, qui velut Virgo purissimus, loqui poterit eleganter in hac materia. *Habemus Altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.* Ait vas electionis: quod ita exponit D. Thomas *qui deseruiunt peccatis carnalibus.* Et apposite locum interpretatus per tabernaculum corpus intelligit iuxta S. Paginæ phrasim. D. Petrus ait: *Velox est depositio tabernaculi mei:* mors mea appropinquat: & ita metaphorice dicitur

Hebr. vlt.

D Tho. Opusc. 58. c. 17.

2. Petr. 1. Corpus dicitur tabernaculum.

tur: quia tabernaculum latine significat tentorium ex ramis arborum, vel grossiori linteo, quod in campis milites extendunt contra solem & pluuiam, quod cito deponitur, & paruo tempore, consistit. Hoc modo corpus tabernaculum est, in quo decertat anima, & se recipit vsque ad separationem & mortem: tamque exiguo durat tempore, quam ipsa nos docet experientia. *Dicitur autem corpus tabernaculum* (addit D.Thomas) *quia in ipso tanquam in bello habitamus contra hostes & militamus & modicum manet.* Modo patet sententia D. Pauli. Qui corporis seruiunt appetitibus, abiectis carnis voluptatibus satisfaciunt, spiritui tantopere contrariis, non accedunt: cedet etenim illis in maximum animæ detrimentum. Prosequatur argumentum D. Thomas. *Tabernaculo corporis deseruiunt, qui carnales delectationes sequuntur: talibus enim nihil prodest. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit*: & talis velut ad iudicium & mortem indignissimus accedit. Sed scire desidero ô præclarissime S.Theologiæ Præceptor: si hoc vniversale sit, in quantum accedunt peccato mortifero immundi, & de omnibus loquebatur Apostolus: *Qui manducat & bibit indigne &c.* quod ad solos restringis hoc impuros mensæ huius conuiuas? Verum assero quamlibet culpam mortalem obstare: sed inhonestas ita ex diametro se opponit candori & puritati huius Sacramenti, vt quasi aliorum oblitus fuerit impedimentorum: hoc solum totam eius rapuit considerationem, & malitiã hic quandam inuenit exaggerantem. *De quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt.*

II. Tabernaculo deseruiunt impuri. 1.Cor.11.

Et quamuis ad omnes hæc spectet doctrina, tamen specialiter tangit Sacerdotes, quos grauissimis S.Petri Damiani verbis admonitos volo, ut ministerii sui dignitatem attendant, & quantam requirat hoc corporis mentisque castitatem. Amat ex corde Deus Virgines, & in illis sibi complacet: tanto quippe tẽpore distulit Incarnationis beneficium; usque dum Virginem sole puriorem inveniret, in cuius castitatis visceribus hospitium sibi eligeret. Spiritus S. eius SS. formauit humanitatem, huic operi virtus eius interuenit. Virginis purissimæ manus Deo famulatæ sunt; manus Sacerdotis immundæ illum eiiciunt. Sacerdotes certo quodam modo matres suas efficit: & quemadmodum eius natura, tota puritas est, sitque, idem ille qui in Virgine hospitatus est, & in tuis ô Sacerdos, manibꝰ descẽdit, quomodo carnales patietur appetitus? Loquitur Petrus Damianus.

III. Castitas maxime decet Sacercerdotes

D.P.DAM. L.1.Epi.10.

Nam quia Dominicum corpus in Virginalis vteri templo coaluit: nunc etiam à ministris suis continentis pudicitiæ munditiam quærit. Plane sicut concipienti DeificæVirgini non virile semen influxit, sed virtus Spiritus S. obumbravit; ita nunc in Altari positum Sacramentum, eadem S. Spiritus virtus est quæ viuificat: & hoc necesse est vt pudica manus & impolluta contingat. Vnde sempiterno digni sunt (inquit) luctu *Hi qui inter terribilia Sacramenta choris miscentur Angelorum: mox tanquam de cælo ruentes, ad femineæ fœditatis relabuntur amplexus.* Et alia Epistola horrendũ adducit supplicium Nadab & Abiu, quia thuribulis suis ignem imposuerunt alienum id est profanum & sæcularem; quia extra Sanctuarium aliunde quærebatur; nam vltor cælestis ignis eos in cineres redegit, quam primum ad Altare accesserunt. *Quid est enim* (inquit) *alienum ignem Deo Sacerdotes offerre, nisi ardore libidinis inflammatos sacris Altaribus propinquare?* Ignis alienus est cõcupiscentia, à Sacra mensa prorsus aliena, & Sacerdotalis dignitatis indigna: alienus est quia ardet in inferno: alienus est quia ad diuinum non spectat cultum. Et ad terrendos animos quædam profert horrenda exempla; nominatim autem de Sacerdote quodam libidinoso qui cum S. Hostiã in tres partes diuideret: *Tres repente fauillæ ignis ex ipso cælesti Sacramento prodeuntes emicarunt, & in pectus sacrificantis terribiliter impegerunt.* Et quid hoc miramur, si tam audacter coram ipso Deo peccata committant?

L.4.Ep.3. Leuit.10.

IV. Puniuntur impuri.

Idem L.4. Ep.17.

Proponam vobis leporem D.P.Chrysolog. Quid sublimius (inquit) cælo? Quid præclarius digniusque Sacerdotio? Nam quinque verbis cæli Regem de cælo trahit in hæc terrena linguæ suæ captiuum. Porro quantò gradus excelsior, tantò casus & ruina periculosior. Quocirca existens velut in gloria Deum manibus complexus, si cadat, lapsu cadit miserando, *Quid altius cælo? De cęlo cadit, in cælestibus qui delinquit, desperatus incurrit, qui in ipsis dominantis oculis offendit, & excusatione caret, qui facinus ipso iudice teste cõmittit.* Si ceteri peccatores delinquant, & aliquam obtendere possent excusationem, ea foret, quod prout sibi persuadent, peccent ianuis clausis. *Nemo nos videt*, aiebant illi seniores luxuriæ prostibula, apud Susannam. Verum Sacerdos in conspectu iudicis, quẽ manibus suis gestat, si peccet, nunquid in pectus sibi gladium intorquet? Ita dixit D. Cyprian. de omnibus locutus Sacerdotibus hanc lectu dignam sententiam: quod Deus gravius multò ferat (si peccata nostra eius possent obfuscare gloriam) atque ab

D.P.CHRYS. Ser.26.

Dan.13.

V. Quantum sit hoc peccatum.

ab illis acerbius offenditur, qui in malo statu cõmunicant, quam qui crucifixerunt: Si namque illum nec cognoscebant, nec confitebantur: illi vero sic: & verbis suis se obstrinxit in manus venire Sacerdotum. *Vis infertur corpori & sanguini eius, & plus modo in Dominum manibus & ore delinquunt, quam cum Dominum negauerunt.* Ad rem notauit Origen. Deum in lege veteri præcepisse, vt cingulum Sacerdotis esset ex bysso vel lino mundissimo: quia *Sacerdos ante omnia, qui diuinis assistit Altaribus, castitate debet accingi.*

D.Cypri. de lapsis.

Origen. Hom.4 in Leuitic.

D.P.chry. Ser.26.

VI. Phinees Elias fuit, & ob castitatem remuneratus.

Ex opinione Petri Damiani, Phinees, cui Deus ob feruentem eius pro Dei gloria zelum, Sacerdotium alligauit, quando mœchos in lupanari pollutos occidit; ipse est Elias Propheta: notat autẽ tria beneficia quæ Deus illi in gratiam castitatis contulit. Primum fuit Sacerdotium: *Erit tam ipsi quam semini eius pactum Sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo:* & hic erat nepos summi Pontificis Aaron, filius Eleazar filij Aaron. Secundum vitã valde diuturnam: nam *Ab egressu filiorum Israel de Ægypto, vsque ad ascensum Eliæ (in curru igneo) sexcentorum & viginti annorum supputari calculis inuenitur.* Quid hoc Domine, an ætus adeo longæua Eliæ? Vtique. Tantum quia cum ex stirpe descenderet Sacerdotali, vidit quod præsente Arca Domini speculum illud libidine macularẽt (quãtum erat ex parte ipsorum) vmbram propter Manna, quod in ea seruabatur, SS. Sacramenti, ipsos occidit, sit ei perpetuum Sacerdotium multisque viuat annis. *Iure ergo qui mœchis repentinam intulit necem, annosæ vitæ sortitus est longitudinem: quique in terris diuino est ardore succensus, congruenter est equis igneis subleuatus in cælum.*

Numer. 25.

Dan.13. V. Quantum sit hoc peccatum.

Damia. Opuscula 17. de Calibatu Clerico.

In Concilio Triburicensi Patres congregati proposuerunt: *Si liceret in vasis ligneis sacra facere?* Summa erat primitiuæ Ecclesiæ paupertas, cumque fideles tam acerba tyrannorum persecutione torquerentur, non poterant apparatum illum conferre magnificum, tantoque Sacramento debitum: & consecrabant in Calicibus ex stagno, plumbo, vitio. Et quamuis si spectes exteriora, multa esset miseria supellectilis Ecclesiasticæ, tamen si interiora cõsideraueris, erat deuotio Christianorũ eximia, animæ sanctæ, munda reliquiaria, tantò diuina Maiestate digniora, quantò hæc interiora Deo sunt multò gratiora, quàm aliæ demonstrationes, quæ amoris non produnt eminentiã. Igitur quæstionẽ hanc ventilarunt. Surrexit D.Bonifacius postmodũ Martyrij gloria illustris grauẽque hanc & memoratu dignam pro Sacerdotibus tulit sententiam. O Patres! *Quondam*

VII. Lignei nunc sunt Sacerdotes & calices aurei.

Conc. Tribu. Canone 18.

dam Sacerdotes aurei ligneis calicibus conficiebant; nunc è contra lignei Sacerdotes conficiunt in calicibus aureis: quorum vſus tunc cœpit.

D. THOM. 3. p. q. 82. art. 3.

Quærit D. Thom, *Vtrum diſpenſatio* (id eſt adminiſtratio) *huius Sacramenti pertineat ſolam ad Sacerdotes?* Reſpondet affirmatiuè, eſtque de fide: & omiſſis alijs eius hanc tertiam dat rationem. *Quia in reuerentiam huius Sacramenti, à nulla re contingitur, niſi conſecrata.* Eccleſia nãque ſtatuit ne quis hoc Sacramentum contingeret, niſi ad hoc conſecratus.

VIII. Quid ſit conſecrare Sacerdotem.

Altare eſt thronus & ſedes, quocirca myſticis ceremoniis conſecratur; corporalia & calices benedicuntur. Si igitur quidquid ad Deum accedit, ſit oportet ſanctificatum, etiam & potiori iure ipſe Sacerdos ſit conſecratus, qui eius miniſter eſt immediatus, *Cõſecrentur manus iſtæ:* dicitur dum Sacerdotis futuri manus inunguntur oleo ſancto. Nodum attingamus: poſita hypotheſi: aliquid conſecrare, ipſum eſt retrahere ab omni profano vſu, miniſterio humano, & ſæculari negotio; Sacerdos ergo diuinus eſt, non humanus: à gloria ſua & dignitate decidit, quando ad terrena ſe demittit. O mellifluum D. Bernardi ſpiritum: litteras dat hic Henrico Archiepiſcopo Senonenſi quibus illum de muneribus inſtruit debitiſque Sacerdotum. Ex vna parte totum ſtatuit mundum orbemque habitabilem; ex altera cælum, vbi contemplatione & officio par eſt vt viuat Sacerdos, eumque grauiſſimis his verbis alloquitur. *Verum tu Sacerdos Dei altiſſimi, cui ex his placere geſtis? Mundo, an Deo? Si mundo, cur Sacerdos? Si Deo, cur qualis populus, talis & Sacerdos? Nam ſi placere vis mundo quid tibi prodeſt Sacerdotium? Nec enim potes duobus Dominis ſeruire; qui autem vult amicus eſſe huius mundi, inimicus Dei conſtituitur. Et Propheta: Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent. Et Apoſtolus: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem; volens itaque placere hominibus, Deo non places. Si non places, non placas. Cur ergo dixi Sacerdos?*

D. Ber. Epiſt. 42. Iacob. Pſal. 52. Galat. 1.

IX. Monentur Sacerdotes.

Contemplor te, ô Sacerdos Dei altiſſimi, inter cælum & terram, inter Deum & homines. Vtri ex duobus placere contendis? mundo vel Deo? Si mundo ad quid tibi dignitas munuſque Sacerdotij? Si Deo: viue vita Dei. Sequeſter es inter diuinam iuſtitiam hominum ſceleribus irritatam. Si Deo non places qualiter iram eius furoremque mitigabis? Quo vultu de manu tua ſacrificiũ acceptabit, ſi ne te videat, oculos auertat ab Altari? Dolendum valde eſt, quod ex ijſdem Dei diuitijs recedamus pauperiores, eius manſuetudine duriores, & luce cæciores.

Refert Plutarchus dum inter

In vita Romuli.

X. Historia.

Romanos & Sabinos populum bellica gloria celebrem atrox sæuiret bellum, Tarpeia puella Romana & filia Gubernatoris arcis Capitolij, obtulit Sabinis, auricupida, prodere ingressum, portasque vrbis aperire; hac concessa conditione, vt sibi monilia, & armillas aureas, quas brachijs gerebant vltro traderent. Fœderi consenserunt, & verbo suo steterunt; verum hoc eo modo factum est, (cum illi proditionem hanc quamuis hostes iudicarent peruersam) vt primus accederet Sabinorum Dux Tatius, atque in faciem eius monilia sua, magni ponderis proijceret; cuius exemplum secuti sunt reliqui milites, tanto commoti furore; vt inter aurũ gemmasque mortua corrueret & sepulta. O Sacerdos quando celebras, vel tu ô Sæcularis quando communicas, brachiis tuis omnes complecteris Dei thesauros, ne precor castrũ corporis tui & animæ mundanis tradas appetitibus: etenim ad extremam deuenies egestatem, & infaustam mortem per illud quod te cumulare diuitijs, & vitã tibi dare debuerat. Ni fallor, euentum hunc infelicem minax prædicit illis Dominus per Oseam: *Va eis cum recessero ab eis.* Et ita est: etenim eius absentia damnum tale iudicatur, vt nullum sit eo grauius. Porro si translationem sequamur Theodorionis & Theodoreti, conceptum

IX. Monentur Sacerdotes.

Osee 9.

nostrum habebimus. *Va eis, caro mea ab eis.* Miseros lugeo, cum carnem meam in manibus suis habuerint. Insigni plane verbo proposuit hoc Origen. explicans officium Sacerdotum ac Leuitarum fuisse vt Arcam fœderis humeris gestarent: ait igitur. *Beati qui merentur proximi esse Deo; sed memento quod scriptum est, qui approximant mihi, approximant igni:* qui spiritus ardorem magis accendit, & animam frigore congelatam comburit.

ORIGEN. *Hom. 4 in cap. 3. Iosue.*

Pariter notatu dignum est quod in pœnam indigne celebrantium seu communicantium, volet supplicium, alas assumat, nec Deus tanto expectet tempore quanto in aliis criminibus: cum hoc reliquis sit multò grauius. Obseruauit hoc Cardin. noster Caietan. parabolam illam exponens, in qua Christus introducit velut Dominum horti, qui fructus collecturus ex ficulnea iam tribus annis nullum in eo reperit: quare hortulano præcepit vt eum exscinderet. *Ecce iam tres anni sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio; succide ergo illam.* Quid hoc Domine! nonne epigraphe tua est & titulus *Lõganimus?* quod te non demergas, nec quidẽ in multa aqua, peccatorẽ expectans hac in arbore figuratum, multo tempore, annisque plurimis, & te hic fatigant, & quasi patientiam tollunt, ac spem tres anni tantum?

Luc. 13.

XI. Parabola de ficulnea infructuosa.

Psal. 102.

Caiet. in c. 13. Luc.

tantum? *Ecce iam tres anni sunt.* Respondet Caiet. *Congruè in ficulnea tres anni absque fructu perficiunt tempus expectationis.* Ratio est: quia tres anni quibus ficulnea nullum fert fructum processui finem inponunt, nec tempus expectatur vlterius. Ficulnea fructũ profert suauẽ & in venis suis lac producit & mel, quo mensæ huius dulcedo prænotatur. *Comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo.* Canit sponsa & Ecclesia. Ficulnea hæc (vt Cardinali credo) Sacerdotes & Scribas exprimebat, etiam nouæ legis ac gratiæ. Igitur Sacerdotes qui in se complexi ficulneam, vel ipsi ficulnea à Deo tanta suauitate irrigata, nec triennio toto fructum proferentes, *Perficiunt tempus expectationis.* Diuinam nõ abbreuiamus misericordiam, sed hæc dicimus vt hominum ingratitudo tale reformidet supplicium.

Cant. 5.

Quam quietũ se simulabat Apostata Iudas in cœna legali, lauatorio, &c. In communicando horam non attendit exeundi. Quid hoc? An nõ aduertis in domo eius adstare mortem & iudicem? Cum enim Sacerdos esset cum reliquis consecratus, & ipse prim⁹, qui sacrilegus corpus Domini recipit, Deumque manibus suis sumit, non illum attendit vel expectat vlterius, sed continuo discedat: & si defuerit carnifex, ipse sui futurus est carnifex. Quam eleganter dixit hoc D. Cyprianus. *Nec dum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante animum eius, egredi cogebatur.* Notate terminos: *Egredi cogebatur.* Impellebatur ad factum, nec dicitur à quo: ipse sibi vim inferebat: nam in tam enormi crimine nulla datur procrastinatio: quinimo & ipsa natura cui naturale est desiderium ad vitæ conseruationem, adiuuat ut ipse traditor illam sibi tollat. *Sed vbi Sacrum cibum mens perfida tetigit* (prosequitur D. Cypria.) *& sceleratum os panis sanctificatus intrauit; parricidalis animus vim tanti Sacramenti non sustinens, quasi palea de area exsufflatus est, & praeceps cucurrit ad proditionem & pretium, ad desperationem & laqueum.*

D. Cypri. De Cœna D. mini.

XII. Iudas vim SS. Sacramenti non sustinens egreditur.

Discursus IX. *In hoc SS. Sacramento datur ipsa vita, quæ indigno vertitur in mortem, & hic in Deo reperit lucem & misericordiam, horrorem, vmbras & iustitiam.*

D. Thom. Theologiæ professor eximius, & erga SS. Sacramentum peculiari deuotione affectus altissimas adducit cõgruentias, cur Deus se in S. Eucharistia velatum exhibuerit, & humanis oculis velo accidentium absconderit. Prima eius ratione discursus nostri patebit exordium.

D. Thom. Opusc. 58. cap. 7.

I. Cur hic nudè Christum non videmus.

exordium. *Prima est indignitas malorum, quæ exigit vt veletur, sicut æger oculus vt sibi sol & quodlibet lumen tegatur. Et in hoc benegnissime agit cum eis misericordia Saluatoris, si praui nudum aspicerent, & hoc à fidelibus manducari, ex ipso aspectu scandalizarentur, & tripliciter male perirent, sc. in corde per honorem, in ore per detractionem, in anima per spiritualem mortem.* Triplex mors hic notatur malorum: cordis, linguæ & animæ. Et confestim adfert illud ex S. litteris, de Bethsamitis qui quod Arcam Dei eo tempore captam à Philisthinis, nudam curiosius vidissent, morte subitanea à Deo puniti corruerunt. Quid hoc Domine: numquid ad Deum accedere, lucem quærere, ad solares radios se calefacere à malo est, vt graui adeo pœna puniantur? Crimen est enorme morteque plectendum. Indigni cæcique ad Deum accedentes splendorum eius claritate nimia lumen amittent, demeritoque suo tenebras in luce reperient, & Sacramentum quod mortuos resuscitat, ita viuentibus mortis erit sepulchrum. *Percussit Dominus multos* (ita ille) *eo quod vidissent Arcam Domini: quia s. c. non licebat eis videre eam detectam. Arca significat corpus Christi, quod malignis est velandũ, ne spiritualiter moriantur, si videant.* Duobus tantũ digitis distant ab inferno, accedẽtes indebite ad Deũ: ope-

II. Pœna indigne accedentium.

riatur igitur & sic accesserint, quandoquidem sit contectum, non moriantur.

Matth. 4.

D. Ambros. impudentiam expendit qua diabolus Christum conuenit ab eo postulans vt lapides in panes conuerteret. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Panis durus & mortuus, tandem de tulibus manibus; & statim panem illum perpendit Eucharistiæ, nempe panem vitæ, aitque. *Non bonus cibus, qui Dei benedictione caret, maledictione completur; illa ergo esca nobis necessaria est, quæ vitam præstat, quæ animam pascit, post quam sequitur Christus, inimicus excluditur. Illam ergo escam accipere debemus, quam Saluator, non diabolus subsequatur, quæ perceptione sui confessorem faciat, non proditorem.* Ille verus est cibus quem homini Deus porrigit, non quem offert diabolus eius inimicus: cibus ille hominem reddit fortem & Dei nominis confessorem, non ille qui proditionis scelus antecedit. Fit allusio ad mensam Christi; huic assident duodecim Apostoli duos valde diuersos consideremus, Petrum & Iudam, ille Amator feruentissimus: hic maxime oppositus. Accipit Petrus SS. Sacramentum, & hoc ex eo natum, vt amoris scintillæ prosilirent, vitamque ad Magistri sui defensionem offerret. *Tecum paratus sum & in carcerẽ & in mortem ire,* gladium hunc educere, &

D. Amb. Serm. 33. de ieiunio Domini.

III. Petrus & Iudas diuersimode communicant: patet ex effectu.

Luc. 22.

Christum à vili illa militũ turba protegere. Vnde Petro tãtus animus tantaque lux Domini huius ac Magistri? Quia digne Deum in se recepit. De manu Domini communicat Iudas: quemque confiteri debuisset, impie distrahit: anima ex illo clarificanda, obtenebratur, fitque pectus eius pessimæ fornax traditionis. Quæ causa? Indignus accessit, affectuque malo non de manu Dei panem accepit.

Explicemus illud præclara illa Eusebi Emisseni sententia circa illud quod ait D. Ioan. de Iuda: *Post buccellam introiuit in eum Satanas* An ergo Domine tam diu expectandum, donec aperte tibi debitam perdat reuerentiam: vt accepto beneficio, & non prius, diabolus locum habeat animam eius possidendi idque maiori quam prius potestate? Responsum do. *Et forsitan adhuc dubitabat, atque timebat, ne Iudas resipisceret, & à proditione quiesceret, sed postquam per buccellam designatum vidit, quasi proprium inuasit, & sua seruituti eum subiugauit.* Ratio est: quia de manu Domini tam modica gratitudine, imo maiori odio buccellam accepit, vt diabolus sibi persuaderet, se modo ius amplius in eum habere: *Designatum vidit:* Panis ergo mortis illi causa fuit, qui vitæ esse debuerat, & tenebris mentem eius obturauit, qui tenebras expellere lucemque inferre debuerat.

Ioan. 13.

IV. Explicatur hic locus.

Emissen. Ser. Fer. in Ramis.

Hinc ratio patet qua dixit Origen. miseriam nostram ita pronam ad malum, oculosque hominum ita veneno sordidos, vt fascinant opera virtutum, magnamque requiri sollicitudinem, ut id quod bonum est, in malum non conuertatur. Præcipiebat Dominus Moysi docebatque differentiam oblationum & sacrificiorum Deo consecrandorum; tandem holocaustum describit, Deo maxime acceptum, quod totum in eius cultum dedicabatur, & ait. *Igne comburetur, nec quisquam comedet ex eo.* Ita legit Orig. *Anima autem, si qua comederit ex eo, pœnam accipiet.* Notandum (inquit Origen.) fierine potest, vt ea oblatione, qua Deus placatur grauius offendatur? *Peccatum accipiet* legit: & vbi gratior acceptatio, ibi sit culpa scelestior? Vtique: quia prætereundo eius mandatum, irritat, non mitigat, iram incurrit, non refert gratiam. Sacramentum igitur Altaris indigne acceptum, quod fons est immortalitatis, & bonorum principium; indigno fit malorum omnium quæ imaginari possumus, scaturigo. Nec aliter sonant verba Adamantij: *Hoc est nimirum quod Dauid dicit in Psalmo: fiat oratio eius in peccatum; quando non solum nihil meriti, sed etiam culpæ multum ex sacrificiis quæritur.* Et statim. *Vnde cognoscendum*

V. Quod prodesse debebat, obest.

Leuit. 6.

Orige. Hom. 5 in Leuit.

tendum est, quanta humana conditioni labes immineat: cum oriatur etiam inde peccatum, vnde Hostia propitiationis offertur.

VI. Allegoria.

In triumphali ac victoriosa Christi Resurrectione hoc annotauit D.P. Chrysolog. Prodit de sepulchro, deuicto spoliatoq; inferno, & ad tumultum ac terræ commotionem, quasi timeret, quod in visceribus suis continuisset, breui licet tempore, talem hospitem. Vel designabat terræ motus reuerentiam exhibitam rediuiuo; denique ad hunc aëris fragorem & terrenam inquietudinem, milites custodes sepulchri corruunt præ timore velut exanimes. *Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Illos Chrysolog. attendit atque ex eorum pauore colligit mali ominis augurium. Quando resurgit vita, ad eius conspectum an velut mortui corruitis? An in vobis ex sole nascuntur vmbræ? Non obstupesco: quòd sitis peccatores, antidotum vobis vertatur in venenum. *Miseri quos tunc percutit pauor mortis, quando securitas redditur vitæ?* Porro quid mirum si sepulchrum custodiant, ne splendores exoriantur quibus illuminentur. Quasi mortui corruant ex eo quod ipsos à morte liberaret. *Sed crudelitatis ministri, perfidiæ executores alienæ, fiduciam sumere quomodo poterant de supernis? Cecidit Manna per circuitum castrorum*, ait textus: circa tabernacula Israelitarum in medio campi. Notat autem Abulens. *Primò adducebat Deus ventum, quo purgabat superficiem terræ, ita vt nulla sordes manerent, quæ Manna descendens maculare possent.* Quo denotatur Deum non descendere ad corda tumultibus pulueribusque mundi inquinata & cõturbata; præcedat aër, qui puluerem dispergat: confessio, pœnitentia. &c. Hoc supposito conueniamus D. August. dicentem vbi Manna produceretur. *In illa ergo superiori parte terræ, vbi grando & nix gignitur, nascebatur Manna.* Locus ille à Iob vocatur Dei armamentarium, quod militiæ suæ seruit in superiori aëris parte. *Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli?* Grãdine velut lapidibus campos aruaq; præfocat, fertiles destruit agros, luxuriantes sepelit spicas, palmites recondit viridãtes: tandem strepitu suo decidens metũ incutit terribilem. Manna è contra nutrimentum est suaue, delicatum, sapidum, nullus ei grando miscetur. Quis mihi nũc dixerit, quomodo in eodẽ loco generentur diuinæ iræ signa, simul & blandimẽtorũ? Quia eadem ipsa mẽsa, in qua Deus animã laurius enutrit, nisi quis pro rei exigẽtia accedat, sagittas emittit & fulgura. Et

Matth. 28.

CHRYSOL. Serm. 74.

Exod. 16.

Abulens. ibi q. 6.

D. AVG. l. 1. de mirabil. S. Scripturæ.

Iob 38.

VII. Manna vbi generatum, & inde Allegoria.

Et paulo ante præfatus August. similitudinem addunt maris Rubri, cuius aquæ eædem manentes populo Dei transitum præbuerunt eumque diuitijs cumularunt: Ægyptios autem fluctibus suis inuoluerunt. *Etenim hos ambos populos mare Rubrum diuisit: vbi eorum alter totius pressuræ finis, initium alteri cunctæ felicitatis fuit.* Felicitas vnius, & infelicitas alterius: mors Ægyptiorum, vera Israëlitarum: quia in Altari idem Sacramentum, lux est bonis, vmbra malis: concludit ita D.Thom. *Mors est malis, vita bonis, &c.*

D.Thom. *in Prosa.*

VIII. Eucharistia ignis est.

D.Chrysost. nominat sanguinem Christi ignem, & eum eiusque effectus flammis comparat fornacis Babylonicæ, quæ velut ros suauissimus refrigerium præstabat tribus adolescentibus quos Rex Nabuchonosor ei injici mandauerat; ministros autem eam accendentes comburebat. *Non est sanguis Christi deterior Babylonico igne; ille scit Sanctorum in camino honorare corpora & Chaldæos comburere; quantò magis sanguis ille pretiosissimus scit perdere incredulos & saluare fideles.* Idem referunt de planta quadam Græcè dicta *Rododaphne*, Hispanice *Adelpha* Plinius, & Dioscorides cuius flos rosas refert, licet diuersos habeat effectus: nam si animalia illâ pascantur, venenum illis est, hominibus autem medicina. Propheta Iob docet nos methodum accedendi. *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* Persecutio Dei, phrasi S. Scripturæ, dicitur grauissima, qua grauior dari non potest: sic ut quæ alta sunt, Dei esse dicimus: *Montes Dei, cedros Dei.* Et erit: saturabimini carne mea & sanguine; vel dicitur persecutio Dei, quia si possibile foret vt Deus Deum persequeretur, hoc fieret per eos qui indigne communicant; nisi dicamus ita vocari, quia Deum adeo benignum ac misericordem cogunt gladium euaginare iustitiæ.

D.Chrys. *Serm de Cruce & latrone.*

Plin. *l.10. cap. 20.* Dioscor. *lib.4. c.53.*

Iob 19.

Locum insignem appositè notaui. Vidit Propheta Ezechiel Notarium seu Actuarium, cui cum sex socijs, vel testibus, & armamentario scriptoris ad renes eius, præcipit Deus vt intraret Templum, & consistens prope Altare scribere inciperet peccata, quæ intra portas illas committebantur. Quæro: num in Hierusalem grauiora quam in templo non fiebant crimina? In plateis, foris, domibus, furta, latrocinia, adulteria? Hæc scribantur. Quare illa in singulari? Ratio sit: Sicut enim quod scribitur, ea scribitur intentione vt sit velut monumentum ne tradatur obliuioni. Vult Deus vt exarentur scelera in loco Sacramentorum: quatenus omnibus sit manifestum (nostro loquendi modo) quod illa sem-

Ezech. 18.

IX. In Propitiatorio malis est Tribunal iustitiæ.

sem

ſemper ſuis obuoluentur oculis: quia vbi ſuum collocat Propitiatorium, ſuæ quoque conſtituit Tribunal iuſtitiæ, in quam ſua conuertitur miſericordia, dum Sanctuarium ſuum dolet eſſe profanatum.

1. Cor. 11. X. Quid ſit probare ſeipſum.

Modo luceſcit mihi illa D. Pauli ſententia: *Probet autem ſeipſum homo*; antequam menſæ huic aſſideat. Quod comedendum eſt, prægustatur an bene ſapiat: porro illud manducans quomodo, aut cur probet ſeipſum? Reſpondeo quod in hoc SS. Sacramento, ſiquidem verum ſit quod homo comedat & recipiat Deum: *Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum*: tamen eſt etiam cibus, anima quippe eſt eſca Dei. Et hæc inter alias ratio eſt cur vocetur *Panis viuus*. Sunt enim aliquis habens in viſceribus ſuis quid viuens, viſcera eius depaſcetur: ita Deus ingreditur in te viuus, & te quærit ſibi ferculum delicatum; quod ſi non bene præparatus acceſſeris, medius dirumperis, vitamque tibi tollet. *Suſpenſus crepuit medius*: dicitur de Iuda. In animam eius Panis hic viuus intrauit: ipſe vero mortuus erat, nec viuum aliquid in illo reperit, quo nutriretur: crepet igitur medius. *Cœnabo cum illo, & ipſe mecum*. Non in eo ſolum, quod vni eidemque aſſidebunt menſæ Deus & homo: ſed quod Deus hominem & homo Deum ſit manducaturus: & quemadmodum nonnulli Deum comedunt, nec tamen illos Deus, remanet Deus in illis ad pœnam & ſupplicium.

Act. 1.

Apoc. 4.

Per Hieremiam ſic ait. *Si ſeparaueris pretioſum à vili*. Si differentiam ſtatueris vt par eſt, inter cibum hunc pretioſiſſimum, & qui ſolus eſt verus, alioſque viliſſimos: *quaſi os meum eris*. Videamus quid os illud diuinum habeat. D. Ioannes ſic de illo ſcribit. *De ore eius gladius, vtraq; parte acutus exibat*. Cherubin ad portam ſtetit Paradiſi gladium habens igneum & verſatilem. In communione id quod anima dat eſt Dei recreatio, ſit Angelus & gladius, qui domum defendat, & nihil in eam ingrediatur quod ad veterem terrenumque ſpectat Adam.

Hiere. 15.

Apoc. 1.

IX. In Propitiatorio malis eſt Tribunal iuſtitiæ.

Epilogum imponat D. Tho. qui tam præclara ſcripſit in honorem Dei ſub his ſpecibus ex amore abſconditi, conuiuium expendit Saluatoris iam à mortuis rediuiui cum diſcipulis ſuis poſtquam capta non exigua piſcium multitudine, ipſiſque ex naui deſcendentibus, quibus ait: *Venite prādete*. Sed quæ fercula? quis apponitur cibus? *Viderunt prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum & panem*. An ergo Domine ad hæc fercula invitas Apoſtolos? Idem eſt ac ſi dixeris: nolite venire: *Quis enim poterit habitare cum igne deuorante*? Sed notandum, inquit, quod nobis hic præ-

Ioan. 21.

Nota. Iſai. 33.

scribat insignem bene communicandi methodum: quia verò ad hunc concurrere debent hæc tria: ignis, piscis & panis; ideo illa præmittit. *Hæc tria Christus præparat.* Christus panis est diuinus: *Cum dat nobis corpus suum in cibum, panis est.* Similiter significatur in pisce, qui se sub aquæ elemento abscondit, & Christus suam abscondit Diuinitatem: *Nam in quantum Christus latet per suam diuinitatē, dicitur piscis, cuius propriū est Latere sub aquis.* Sed deficit. *Et prunas charitatis.* Sine illo ne precor accesseris: ignis enim te occidet. Heu miseri filii Adam & vestro peccato pauperes! Si Sacramentum hoc gratiam causet, vbinam sunt opera heroica, quæ illa mediante facimus? Si pax sit & vnio cur tantæ regnant in nobis discordiæ? Si corroboret animam, quomodo adeo infirma languet, vt ad minimum tentationis aërem, omnia eius corruant facta proposita, vel vt muri Hiericho? Si refugium sit inter pericula, vt quid in illis perimus? O Mare diuinum & conclusum, quale vidit Iob intra horum accidentium portas! *Quis conclusit ostiis mare?* Dicet tibi paruum meum nimis ingenium quod olim Philosophus Chrysippus: nam immensam contemplatus Oceani aquarum abundantiam, in illam se præcipitans ait. *O abysse, cum te capere non valeam, tu me recipe.* In me tu non caperis, ego in tē capiar. Homo tanta victus huius Sacramenti dignitate, & tanta Domini obstrictus benignitate, meritò exclamet. Quandoquidem ô Domine tuæ placuerit diuinæ Maiestati cum tota tua in me intrare celsitudine, & ego omni mea exiguitate in te quiescam, me obsecro recipias hoc dulcedinis pelago demersum, hac deliciarum abysso absorptum; profundo gratiarum, & æternæ Oceano beatitudinis.

XI. Methodus rectè communicandi.

Iob 38.

Discursus XII. *& vltimus Ad honorem sit Sacratissimæ Virginis Mariæ, quæ magnam habet in hac solemnitate partem. Quandoquidem Dei filio carnem ministrauerit, quā in Eucharistia in Sacramentum vertit.*

PRæcipua huius mysterii pars B. semper Virgini Mariæ de iure conuenit: quia Sacramentum corporis ac sanguinis Domini, Mariæ caro & sanguis est; in qua, vt haberet quod nobis hominibus traderet, prima carnem humanam assumpserat. *Panis viuus qui de cælo descendi:* de se testabatur: certum autem est quod non descenderit factus homo, nec in cælo sese sub candidis occultauerit accidentibus, nisi tantum in cœnaculo, postquam carnem induit virgineam: cælum erat

Ioan. 6.

erat hæc suæ magnitudini ipso Empyreo multo acceptior, multòque dignior: si foret, provt asserit insignis ille Astrologus Albumazar in sua Introductione Astronomica, quod formetur & appareat in stellis ex quibus componitur *Signum Virginis*, velut Virgo gestans brachiis infantem, quam describunt in throno residentē manuque duas ferentem spicas; videretur signum aliquod huius mysterii: *Triticum, Puer, Virgo*; quantum scio refert firmamentum in figura hanc veritatem, Deum hominem in vna manu: Deum, Panem & Sacramentum in altera, & totum in virgineis manibus nobis dicit, quod illam debeamus Deo in carne, & Deo in Pane, & hoc est cælum vnde se venire affirmat. *Ego sum panis viuus &c.*

Cant 1. I. Christus in Eucharistia fasciculus myrrhæ.

Sponsa sponsum hic inscribit fasciculum myrrhæ, quem fatetur inter vbera se gestare. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Ad horum verborum intelligentiam obserua, in Deo omnes inveniri perfectiones, & attributa, quæ illo modo identificantur, vt unum quid sint cum eius essentia: nam vnus idemque Deus est misericordia, iustitia, bonitas, omnipotentia &c. quæ stupidus noster intellectus distinguit & vt distincta considerat. Cū autem in SS. Sacramento totus sit Deus, merito vocetur fasciculus & amaræ myrrhæ: viua quippè est mortis ejus repræsentatio, provt D. Paul. prædicauit: *Mortem Domini annuntiabitis.* Statuamus hoc, quod sequitur in ore Virginis: est enim principalis sponsa. *Inter vbera mea commorabitur*, q. d. illum in pectore meo præparo in cibum. Rebecca fuit pulcherrima, quæ cibum coxit gustui Isaac admodum conformem. Quando mater vel nutrix alit filium vel infantem, alimentum quod ipsa sumit conuertitur in substantiam chili & in hepate in sanguinem, quo tenellus infans nutritur: qui dum visceribus eius egressus nascitur, in lac mutatur purissimum, in quod sanguis vertitur. Modo capies mysterium. Licet dicere quod Virgo Maria bis nobis Deum tradiderit; semel in eius Natiuitate, in quem finem purissimum vertit sanguinem, quē illi dedit, & quo sustentauit illum in claustro illo non tacto Maria. Iterum in lacte in suauissimo Sacramento: illum autem inter vbera gestare significat: mihi post filii amorem, debetur hoc munus.

II. Similitudo.

Ioan. 6.

Cant. 7. III. Maria ager benedictionis.

Occurrit mihi titulus admodum amicus quo sponsus eius Spiritus S. eam honorat. *Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis.* Quod si mater sit Dei, qui

se frumentũ nominat, quomodo ipsa dicitur *Acervus tritici*? In diuina illa fertilique tellure virginei *ventris* seminauit Deus Pater filium suum *Granum frumenti*; quomodo in manipulos excreuit, adeo abundantes & multiplicatos? Quia quamuis illum in se receperit, si tamen multis exhibuit in? S. Sacramento. Agrum plenum appellat D. Bonauentura B. Virginem, in illo præfigurat ex cuius fragrantia Isaac odoratus est filii sui Iacob virtutes, dum ei benediceret. *Ecce odor filij mei) sicut odor agri pleni.* Licet enim vno tantum grano ager ille seminaretur, virtute tamen eius, & in manibus Mariæ in tantam excreuit multitudinem. *Maria enim est ager ille benedictus, de quo dicitur in Genesi. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni me benedixit Dominus. Bene ager plenus dicitur: quia Maria plena gratia pronũtiatur, de cuius vtero credentibus fructus vitæ processit.* Omne igitur bonum, quo potiuntur homines Mariæ Virginis diligentiæ debemus.

Gen. 17.

D. BONAV. in specu Vir. c. 12. & 18.

Duobus nominibus omissis aliis nominat D. Epiphan. S S. Virginem in hoc puncto subtiliter speculatus: quibus explicatis clare nobis innotescet, quantum huic Reginæ nostræ teneamur. *Virginem Sacerdotem pariter & altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cælestem panem.*

EPIPHAN. de Laud. Virgin.

IV. Maria Sacerdos est & Altare.

Est Maria Sacerdos & Altare; quod Altare sit satis capio: si namque *Altare* dicitur *Alta ara*, quæ ad sacrificium in ea celebrandum diuino cultui præparatur & erigitur, altare fuerunt antonomastice manus purissimæ Virginis Mariæ, in ipsis æterno Patri eundem offerentis filium. Porro qua ratione Sacerdos esse potest? Magnus noster Albertus, cui B. Virgo sapientiam impetrauit respondebit cum ipsa huic dubio: probat enim qua ratione cuncta habuerit dona, priuilegia, statusque Ecclesiæ effectus etiam ipsorum, qui ob sexum & naturam mulieris illi non conueniebant. Fuit igitur (inquit Albertus) suo modo Maria Sacerdos; at quomodo? Ipse loquatur. *Habet cum Sacerdotibus Dominici corporis per seipsam formationẽ, transactionem, communicationem: hoc est, quod corpus Domini; cum mediante eius verbo & consensu de carnibus & sanguinibus ipsius formatum fuit, & ipsum familiarissime & diutissime tractauit, & in cibum & potum nobis communicauit.* Fuit Maria simillima Sacerdotibus immediatis SS. Sacramenti ministri: quandoquidem verbo eius ac consensu Spiritus S. in ea formauerit corpus nostri Redemptoris: quem ipsa genuit, atque vt vera mater educauit, & nobis

ALBERT. in Marial. c. 15

nobis ad salutem tribuit in cibum & potum.

Vim huius rationis intelligamus in V. Eucharistia, sicut in reliquis omnibus tria concurrunt: materia, forma & minister. Materia hic est panis triticeus, & vinũ ex vite; forma verba sunt Consecrationis; Minister est Sacerdos. Si igitur in B. Virgine Maria modo quodã eminentissimo hæc inueniamus, optimo iure eam cum D. Epiphanio & Alberto Sacerdotem vocabimus. Ministrauit materiam, purissimam nimirum suum sanguinem: Deus autem efficaciter & amorose ad eius verba sua velut formam, produxit: *Ecce ancilla Domini &c.* Loquitur Maria suũ profert consensum: & eodẽ temporis momento descendit Deus in illa moraturus, non tantum per gratiam: nã hoc modo prius in anima eius residebat, sed per realem præsentiam in castissimis eius visceribus & caro illa & sanguis B. Mariæ transsubstantiatur in carnem & sanguinem Dei. Et quemadmodum in hoc Sacramento fides Deum cognoscit sub illis velis & accidentibus, quibus se abscondit, vt hoc fidei cresceret ad meritum: & quia humanus oculus ad radios tantæ caligaret diuinitatis, ita D. Virgo adeo splendida refulsit eo tempore quo Deum in vtero suo Incarnatum gestabat, vt in eius faciem intendere nemo posset, quia vt Sol oculos excæcabat. Hinc interpretatur D. Antoninus Archiepisc. Florent. quod ait Euangelista. *Ioseph non cognouit eam*: de cognitione oculari. Tam splendidi emicabant exterius radii ex interiori & per essentiam luce, ex qua prægnans erat, vt Ioseph cum talis esset, si quandoque castissimos suos oculos attolleret, eam inspecturus continuò illos demitteret, tanta victus dignitate, ex diuina illa facie transparente. *Ioseph non cognovit eam, donec peperit filium: quia vt dicit Glossa, tantus splendor tantaq; pulchritudo exibat ab ea: facie ad faciem non posset fixe aspicere eam: & merito, quia splendor æternæ gloriæ erat in ea.* Quid hoc Domine, quo iure Ioseph sponsam suam intueri prohibetur? Cui sponsæ nubit hac conditione sponsus, vt pignore suo charissimo frui negetur imo & intueri? Euangelista eum Mariæ sponsum appellat. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph*: testatur quoque quod eam non videret, non cognosceret: quale latet hic arcanum? Porro nunc mihi manifestum est. Adest Deus in virgineo eius sinu Hostia Sancta: & quemadmodũ Deum nemo videre potest, quinimo hic se occultat: sic nec aperte ipsam eius matrem. Sufficiat illi communicatio, familiaritas & vmbra Mariæ, qua cælum illum satis ample remunerat. Si igitur caro

Marginalia: V. Quomodo fuerit Sacerdos. — ALBERT. in Marial. c. 15. — Matt. 5. VI. Mariam splendidam Ioseph non cognouit. — ANTON. p. 4. tit. 15. — Math. 1.

Christi, primò fuerit caro Mariæ: & si Christo carnem Maria dedit, & Ecclesia habeat Sacramenta, Maria enutrit, & esse dat humanum eorum institutori: deinde si quod Christus offert, ex ea sit quod illi Maria tribuit: quare illam non merito vocemus in prædicto sensu *Sacerdotem simul & Altare*?

D.P.Chr. Ser 146.

VII. Maria dicitur Dei sacrificium.

Concludamus honorifico illo titulo, quem illi tribuit subtilissimus Chrysol. *Dei sacrificium*: q. d. Deus obtulit sacrificium impendio B. Virginis: quāuis enim divinitas valorem sanctissimæ Christi tribuerit humanitati: solutio tamen facta est ex mediis, carne & sanguine Mariæ. Quia *ex vi verborum*, ait Theologus, Formatur corpus & sanguis Christi: & si passibilitas pateretur, vt diuinitas ab humanitate separaretur, quod ita non est: quandoquidem *quod semel assumsit, numquam dimisit*: vt fide Catholica profitemur; verba consecrationis sub speciebus panis non aliud producerent quam corpus, & sub speciebus vini, non quid amplius quam Christi sanguinem. Sicut si Apostoli primi nouæ legis Sacerdotes celebrassent in triduo illo mortis Christi, quo anima separata fuit à corpore, quamuis diuinitas utrique parti inseparabiliter adhæserit: nō quid amplius consecrassent, quàm corpus sine sanguine in hostia, & in calice sanguinem sine corpore. Sacrificium est Maria, ipsa nobis diuinū hoc communicat sacrificium; est mensa in qua recipitur; & animæ sunt ejus conuiuæ, eius deuotio nos præparat, eius cultus accendit, qua digne illum & debite recipiamus in gratia, quæ nobis pignus sit futuræ beatitudinis. AMEN.

Laus D. O. M. Semper Virgini Mariæ Matri, Iosepho Sponso, Ecclesiæ Principibus Petro & Paulo, Prædicatorum Protopatriarchæ Dominico, in æternum & vltra.

O Salutaris Hostia quæ cæli pandis Ostium.

IN-

INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRÆ LOCVPLETISSIMVS.

GENESIS.

Cap. I. *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Con. 5. Disc. 4.

Vidit Deus cuncta quæ fecerat &c. Con. 5. Disc. 3.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Con. 9. Dis. 4. Con. 1. Disc. 1.

2. *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ.* Con. 6. Disc. 1.

Immisit Dominus soporem in Adam. Con. 4. Disc. 2. Con. 5. Disc. 5.

Aurum terræ illius optimum est. Con. 4. Disc. 2.

De omni ligno quod est in paradiso comede. Con. 3. Disc. 4.

Requieuit Deus die septimo. Co. 7. Disc. 3.

4. *Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* Con. 1. Dis. 1.

Vox sanguinis fratris tui clamat. Con. 8. Dis. 3. Con. 11. Dis. 5

Posuit Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis &c. Con. 8. Disc. 3.

5. *Ambulauit Enoch cum Deo.* Con. 6. Disc. 5.

6. *Non permanebit spiritus meus in homine.* Con. 5. Disc. 2.

7. *Factum est diluuium 40. diebus* Con. 2. Disc. 2.

9. *Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ.* Con. 9. Disc. 4.

Bibensque Noë vinum inebriatus est. Con. 11. Dis. 6.

Non erit deinceps diluuium &c. Con. 9. Dis. 3.

13. *Erat Abraham diues in possessione auri.* Con. 6. Disc. 5.

15. *Cum occubuisset sol &c.* Co. 11. Disc. 1.

17. *Non vocaberis Abram, sed Abraham.* Con. 3. Dis. 3.

18. *Tres vidit & vnum adorauit.* Con. 10. Disc. 2.

Lauentur pedes vestri: historia conuiuij Angelis ab Abraham præparati. Con. 1. Dis. 1.

Ipse cucurrit ad armentum. Con. 5. Dis. 3.

21. *Eijcit Abraham de domo Ismael.* Con. 4. Dis. 4.

22. *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Con. 8. Dis. 3.

24. *Eliezer quærit sponsam Isaac* Con. 3. Dis. 5.

27. *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.* Con. 11. Dis. 10.

In rore cæli desuper erit benedictio tua Con. 1. Dis. 4.

28. *Si Dominus Deus meus fuerit mecum & dederit mihi panem &c.con.*11.*dis.*1.

32. *Orauit Iacob eius Curta cum Angelo. con.*3.*dis.*5.

*Cur quaris nomen meum quod est mirabile? con.*3. *dis.*3.

Iam enim ascendit aurora. con. 4. *dis.*1.

39. *Quomodo possum malum hoc facere? con.*11. *dis.*4.

41. *Vidit Pharao somnium de bobus. con.*11. *dis.*6.

*Ite ad Ioseph. con.*9.*dis.*2.

42. *Loquebatur Ioseph fratribus suis per interpretem.con.*8. *di.*2.

*Exploratores estis. con.*6.*dis.*4.

43. *Sederunt coram eo primogenitus, juxta primogenita sua. con.* 10. *dis.*3.

45. *Reuixit spiritus Iacob vt audiuit Ioseph adhuc viuere. Con.*4. *Exord.*

EXODVS.

CAP. I. *Moyses flumine Nilo demergitur.con.*7. *dis.*5.

3. *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, con.*2 *dis.*4.

*Hoc nomen mihi est in aternum Con.*8.*dis.*1.

*Qui est, misit me, con.*2 *dis.*3.

4. *Quid habes in manu tua? con.*1. *dis.*2.

*Impeditioris & tardioris lingua sum. con.*1.*Exor.*

*Sponsus sanguinum tu mihi es. con.*2. *dis.*1.

Neque enim habebit insontem Dominus *con.*2. *dis.*4.

12. *Tenentes baculos in manibus. con.*11.*dis.*7.

13. *Columna ignis & nubis. con.* 3. *dis.*2.

16. *Mane ros iacuit per circuitum castrorum.con.*11. *dis.*9.

17. *Scribe hoc ob monumentum in libro.con.*2. *dis.*4.

19. *Non loquatur nobis* Dominus. *con.*1.*dis.*2.

Mons Sinai fumabat. con. 9. *dis.*4.

Descendit Dominus *in igne.con.* 3.*dis.*4.

20. *Honora patrem tuum & matrē, con.*4. *dis.*4.

Non ascendetis per gradus ad altare meum. con. 9. *dis.*3.

21. *Si emeris seruum Hebraum, sex annis seruiet tibi.con.*7. *dis.*2.

24. *Cum ascendisset Moyses montē, operuit nubes &c.con.*4. *dis.*1.

25. *Emunctoria ex auro purissimo. con.* 5. *dis.*3.

29. *Coccumque bis tinctum. con.* 6. *dis.* 4.

36. *Facies tentorium opere plumario.* 10. *Exor.*

LEVITICVS.

CAP. I. *Ignis in altari meo semper ardebit. con.*11. *dis.*2.

*Sacrificium columba & turturis. con.*7. *dis.*5.

2. *In omni sacrificio meo offeres sal con.*4. *Exord.*

4. *Tolletque Sacerdos de sanguine vituli.con.*9.*dis.*1.

6. *Si*

6. *Si de sanguine illius vestis aspersa fuerit. con.7.dis.5.*
Igne comburetur, nec quisquam comedet ex eo. con,11. dis. 9.
10. *Obtulerunt alienam ignem, con. 11. dis.* 8.

L. NVMERORVM

Cap. 4. *Non pones super eum oleũ nec thus, con. 4. dis.* 3.
5. *A trigesimo anno & supra, con.* 5. *dis.*4.
6. *Sic benedicetis eis & sic dicetis, con.*10. *dis.2.*
17. *Virga Aaron quæ germinauit, con.5. dis.5. con.6. dis.2.*
20. *Loquimini in petram, & illa dabit &c, con.5. dis.3.*
22. *Historia de Balaam, con. 6. dis.2.*
24. *Orietur stella ex Iacob & virga, con.1. dis.1.*
25. *Phinees auertit iram meam: dabo ei pactum Sacerdotij, con. 11. dis.* 8.
33. *Venerunt in Helim vbi erant,* 70. *palmæ &* 12. *fontes aquarum, con. 6. dis.* 3.

DEVTERONOMIVM.

Cap. 3. *Iratusque est mihi Dominus propter vos. con.4. dis.2.*
16. *Terra quam Dominus Deus vester daturus est &c, conc. 6. dis. 1.*
33. *Benedictio Leui. con.4. dis.4.*
34. *Vidisti eam oculis tuis, & non &c, con.7. dis.2.*
Non cognouit homo sepulchrum eius, con. 1. dis.2.

IOSVE.

3. *Arca Iordanem ingreditur & diuiduntur aquæ con.1. dis.1. co. 5. dis.5.*
5. *Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundo filios Israel, con.2. dis.1.*

IVDICVM.

4. *Erat autem* Debbora *iudicans, con.6. dis.4.*
6. *Ros in vellere.*
7. *Historia Gedeonis contra Madianitas cum tubis & lagenis. con.9. dis.1.*

LIBER 1. REG.

21. *Samuel à matre sua offertur in vitulis tribus. con.*10. *dis.*2.
3. *Non erat in diebus illis visio manifesta, con.*10. *dis.1.*
*Non poterat videre, lucerna Dei antequam extingueretur, con.*3. *dis.* 5.
10. *Cumque complesset Saul offerens holocaustum: ecce Samuel veniebat, con.7. dis.2.*
17. *Nam & leonem & vrsum interfeci, ego seruus tuus, co.*11. *dis.* 4.
Duellum David *cum Goliath, con.2. dis.4.*

Elegit sibi quinque limpidissimos lapides. Con.6.Dis.4.

LIBER 2. REG.

CAP. 6. *Michol non est natus filius.Con* 8.*Dis*.4.
Despexit eum in oculis suis.Con. 5.*Dis*.1.
14.*Omnes morimur & sicut aquæ &c. Con.*6. *Dis*.3.
25.*Sollicitabat corda filiorum, Israel.Con.*11.*Dis*.4.

LIBER 3. REG.

CAP. I. *Cumque operiretur vestibus non calefiebat.Con*.9.*Dis*.4.
3. *Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte. Con.* 3. *Dis*.5.
19.*Respexit Elias ad caput suum, ecce sub cineritius panis. Con.*11. *Dis*.7.

LIBER 4. REG.

CAP. 2. *De raptu Eliæ in curru igneo, dum transisset Iordanem. Con.*8.*Dis*.4.& 5.*Con*.5 *Dis*.4.
Vbi est Deus *Eliæ? Con*.1.*Dis*.2.
4. *Affer mihi adhuc vas. Con.* 7. *Dis*.4.
Stetitque oleum. Con.8. *Dis*.4.
6. *Natavitque ferrum. Co*.2 *Di*.1.
18.*Historia de blasphemo Sennacherib. Con*.2. *Dis*.4.

L. 2. PARALIPOMENON.

CAP. 3. *Oraculum operuit auro. Con*.11. *Dis*.4.
23. *Dauid sapientissimus inter tres sedens in cathedra.Con*.3.*Di*.4.

IOB.

CAP. I.*Adfuit etiam inter illos Satan.Con* 6. *Dis*.2.
Tange cuncta quæ possidet & videbis &c.Con.6. *Dis*.2.
3. *Obscurentur stellæ eius caligine. Con*. . *Dis*.2.
14.*Homo natus de muliere, breui &c. Con*.9. *Dis*.4.
19 *Quare persequimini me sicut Deus &c. Con*.11. *Dis*.9.
26.*Qui ligat aquas. Con*.6.*Dis*.1.
28. *Nō adæquabitur ei aurum vel vitrum. Con*.9.*Dis*.4.
38. *Usque huc venies, & non procedes amplius Con*.1.*Dis*.4.
Nunquid ingressus es thesauros niuis &c. Con.11.*Dis*.9.
Quis conclusit ostijs mare? Con.11.*Dis*.9.

PSALMI.

1. *Beatus vir qui non abijt in consilio.Con* 6.*Dis*.1.*Con*.8.*Dis*.2.
4. *Scitote quoniam mirificauit Dominus.Con*.3.*Dis* 6.
Dedisti lætitiam in corde meo. Con.6. *Dis*.7.
6. *Inueteraui inter omnes inimicos meos Con*.5. *Dis*.4.
7. *Arcum tetendit & parauit illum. Con*.2.*Dis*.4.
11.*Propter miseriam inopum &c. Con*.2.*Dis*.1.
15.*Non dabis sanctum tuum videre cor-*

re corruptionem. Con. 3. *Dis.*7.
17. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis.* Con.9. *Dis.*2.
18. *Cæli enarrant gloriam Dei.* Co. 8. *Dis.*2.
22. *Dominus regit me & nihil mihi deerit.* Con.11. *Dis.*8.
23. *Attollite portas Principes vestras.* Con.3. *Dis.*4. Co.8. *Exor.*
35. *In lumine tuo videbimus lumen.* Con.6. *Dis.*7.
Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Con.11. *Dis.*6.
44. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo &c.* Con.9. *Dis.* 3.
47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis.* Con.4. *Exor.*
Suscipimus Deus misericordiam tuam Con 4. *Dis.* 4.
50. *Tibi soli peccaui & malum &c.* Con.5. *Dis.* 3. Con.8. *Dis.* 3.
62. *Benedicat nos Deus, Deus noster.* Con.10. *Dis.*2.
63. *Accedet homo ad cor altum &c.* Con.1. *Dis.*1.
54. *Descendant in infernum viuentes.* Con.5. *Dis.*2.
70. *Extendit palmites suos vsque ad mare.* Con.3. *Dis.*2.
71. *Erit firmamentum in terra.* Con.11. *Dis.*3.
78. *Non me derelinquas vsquequaque* Con.4. *Dis.*2.
92. *Explicatur titulus Psalmi.* Con.7. *Exor.*
100. *Perambulabam in innocentia cordis mei.* Con.9. *Dis.*2.
101. *Tu autem idem ipse es, & anni tui &c.* Con.1. *Dis.*1.
103. *Omnia in sapientia fecisti.* Con.3. *Dis.*4.
106. *Omnem escam abominata est anima eorum.* Con.11. *Dis.*3.
109. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris.* Con.10. *Dis.* 2.
110. *Escam dedit timentibus se:* Con.11. *Dis.*5.
113. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis.* Con.1. *Dis.*2.
115. *Calicem salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.* Con. 11. *Dis.*7.
118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Con.7. *Dis.*4.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei Con.8. *Dis.*4.
127. *De profundis clamaui.* Con.7. *Dis.*3.
137. *Ante te omne desiderium meum.* Con.1. *Dis.*2.
147. *Flauit spiritus tuus & fluent aquæ.* Con.1. *Dis.*1. Con.1. *Dis.*2.
149. *Exaltationes Dei in gutture eorum & gladij ancipites in manibus eorum.* Con.4. *Dis.*1.

PROVERBIA.

Cap. 14. *Quærit derisor sapientiã & non inuenit.* Con.3. *Dis.*4.
16. *In hilaritate vultus Regis vita.* Con.1. *Dis.*3.
23. *Si sederis ad mensam potentis &c.* Con.11. *Dis.*7.
31. *Fui tenellus & unigenitus coram matre.* Con.2. *Dis.*3.

ECCLESIASTES.

Cap.I. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Con.5. *Dis.*3.

CANTICA.

CAP. I. *Osculetur me osculo oris sui. con.11.dis.5. con.7. Dis.5.*
Oleum effusum nomen tuum. con.1. dis.2. con.2. dis.3. con.4. dis.1.
Vbi pascas, vbi cubes in meridie. con.3.dis.6. con.11. dis.8.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. con.7. dis.3. con.11. dis. vltimo.
2. *Dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia. con.5. dis.1.*
Introduxit me in cellam vinariã, con.1. dis.2.
Surge propera amica mea.con.4. dis.1.con.6.dis.6.
3. *In lectulo meo per noctem quæsiui &c.con.8.dis.4. con.10. dis.2.*
Quæsiui illum & non inueni. con.4. dis.2.
Egredimini & videte filiæ Sion con. 1. dis.3.
3. *Virgula fumi. con.3. dis.7.*
Ferculum fecit sibi Rex Salomon con.4. dis.1. con.7. dis.2. con.11. dis.1.
En lectulum Salomonis sexaginta fortes &c.con.6.dis.4.
5. *Columbæ quæ lactæ sunt lotæ. con.6. dis.5.*
4. *Veni de Libano sponsa mea. co. 6. dis.2.*
5. *At ille iam declinauerat atque transierat. con.4. dis.2.*
Expoliaui me tunica mea quomodo induar illa? con.6. dis.6.
6. *Auerte oculos tuos à me &c. co. 8. dis.1.*
1. *Dum esset Rex in accubitu suo &c.con.3.dis.6.*
7. *Venter tuus sicut aceruus tritici con.11.dis.vlt.*

ECCLESIASTICVS.

CAP II. *Ne laudaueris hominem in vita sua con.3. dis.6.*

ISAIAS.

CAP. 6. *Seraphim sex alæ vni, & sex alæ alteri.con.3.dis.5.*
Et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de Altari.con.11. dis.7.
Incrassatum est cor populi huius con.5. dis.2.
7. *Erit iustitia cingulum lumborum eius.con.10.dis.3.*
9. *Admirabilis, Consiliarius, Deus &c. con.2. dis.3.*
Sicut in die Madian.con.9. di.1.
Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. con.11. di.5.
11. *Repleta est terra scientia Domini con.3. dis.4.*
Erit radix Iesse &c.con.7.di.1.
16. *Emitte Agnum Domine dominatorem.con.1.di.4.*
21. *Pone mensam, consurgite Principes, arripite clypeum co.11.di.7.*
26. *Saluator ponetur in ea murus con.6. dis.7.*
28. *Lapidem summum angularem &c.con. 9. dis.1.*
31. *cuius ignis est in Sion & caminus eius in Hierusalem. con. 11.dis.2.*
41. *Non clamabit, nec audietur vox eius foris.con.6.dis.7.*
53. *Vere languores nostros ipse tulit*

tulit, &c. con. 8. disc. 4.
Ascendet sicut virgultum coram eo. ibid.
60. *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ, &c,* conc.3. disc.2.
62. *Propter Sion non tacebo, &c.* conc.4. disc.3.

HIEREMIAS.

Cap.11. *Oliuam vberē, pulchram, speciosam, &c.* conc.2. disc.3.
18. *Descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.* concio. 1. discursu 1.
31. *Lætabitur virgo, iuuenes & senes simul, &c.* conc.8. disc.5.

THRENI.

Cap. 2. *Cogitauit Dominus dissipare murum, &c.* concio. 8. discursus 3.

EZECHIEL.

Cap.21. *Gladij acuti, ad cædem limati, &c.* conc.11. disc.7.

DANIEL.

Cap.7. *Oculi eius tanquam flamma ignis.* conc..6. disc.1.
10. *Ecce manus tetigit me, & erexit me.* conc.1. disc.2.

OSEE.

Cap.11. *Fleuit & rogauit.* conc. 4. disc. 1.
13. *Adducet Dominus ventum vrentem, &c.* conc.2. disc.1.
14. *Ero quasi ros, & Israel germinabit, &c.* conc. 1. disc.4. *viuent tritico. inebriabuntur frumento.* conc.11. disc.6.

IOEL.

Cap.2. *Qui dedit vobis Doctorem iustitiæ.* conc.11. disc.1.

AMOS.

Cap. 9. *Qui ædificat in cœlo ascensum suum, & profusionem suam, &c.* conc.8. disc.1.

MICHÆAS.

Cap.8. *Dabis veritatem Iacob.* conc. 8. disc.3.

IONAS.

Cap.1. *Et factum est verbum Domini ad Ionam.* conc.3. disc.2.

ABACVC.

Cap. 3. *Deus ab Austro veniet* conc.2. disc.1.

AGGÆVS.

Cap.1. *Meum est aurum.* conc. 3. disc. 6.

ZACHARIAS.

Cap.4. *Quis despexit dies paruos?*

*uos? conc.*1. *disc.* 4.
5. *Volumen volans. concio.* 2. *discursu* 4.
13. *Erit fons patens domui Iacob. conc.* 1. *disc.* 20.

EX NOVO TESTAMENTO.

S. MATTHÆVS.

CAP. 2. *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma. conc.* 3. *disc.* 1. *Obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. conc.*3.*disc.*7.
3. *De baptismo Christi. concio.* 1. *discursu* 2.
*Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. conc.*5.*disc.*5.
Vox Patris audita est. Hic est filius meus. conc. 3. *disc.* 4.
*Confestim ascendit Iesus de aqua. conc.*5.*disc.*1.*disc.*4.
5. *Aperiens os suum docebat eos. conc.*3.*disc.* 4.
*Beati qui lugẽt, &c. con.*4.*dis.*3.
6. *Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum. conc.*4. *disc.*3.
8. *Videns Iesus turbas multas circum se. conc.*8. *disc.*4.
Ipse vero dormiebat. concio. 4. *discursu* 3.
*Ecce leprosus veniens adorabat eum. conc.*5.*disc.*2.
*Vespere autem facto curauit omnes male habentes, con.*7.*dis.*1.
9. *Ego noui virtutem de me exijsse. conc.*11. *disc* 6.
Numquid possunt filij nuptiarum lugere, quamdiu cum eis est sponsus? conc. 4. *disc.*3.
11. *Tu es qui venturus es? conc* 7. *discursu* 2.
14. *Ascendit in montem, &c. conc.*6. *disc.*2.
Videntes eum ambulantem supra mare. conc. 5. *disc.*2.
Quia phantasma est. conc. 9. *discursu* 2.
15. *Historia mulieris Chananaa. conc.*3. *disc.*3.
*Non est bonum sumere panem filiorum, &c. conc.*3. *disc.*2.
16. *Absit à te Domine, non erit tibi hoc. conc.*4. *disc.*3.
*Vade Satana, scandalum es mihi. conc.*2.*disc.*2.
17. *Transfiguratus est ante eos. conc.*6. *disc.*3.
*Et audientes discipuli ceciderunt in faciem. conc.*5.*disc.*5.
18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei. conc.*2.*disc.*2. *conc.* 6. *disc.*3.
*Quid ergo erit nobis? concio.*6. *discursu* 7.
*Domine quoties peccabit in me frater meus? conc.*9.*disc.*2.
21. *Publicani & meretrices pracedent vos. conc.*3.*disc.*2.
Alij vestimenta prosternebant in via. conc. 6. *disc.* 5. *conc.* 6. *discursu* 7.
De ficu arefacta. conc. 6. *disc.* 4.
25. *Simile est regnum cælorum homini negotiatori. concio.*8. *discursu* 1.
Qui fecit nuptias filio suo. conc. 6. *discursu* 7.
Cum sederit filius hominis & omnes

omnes Angeli eius cum eo. conc. 7. disc. 5.
26. *Surgite eamus, ecce qui me tradet. conc. 4. disc. 1.*
Pater si possibile est, transeat à me calix iste. conc. 2. disc. 1.
Petrus autem sequebatur eum à longe. conc. 4. disc. 4.
Cœpit anathematizare, &c. conc. 2. disc. 4.
27. *Peccaui, tradens sanguinem iustum. conc. 1. disc. 3.*
Exuerunt eum chlamidem. conc. 2. disc. 4. conc. 8. disc. 1.
Sol obscuratus est. concio. 7. discursu 3.
Terra mota est. conc. 1. disc. 4.
Vinum myrrhatum felle mixtum. conc. 7. disc. 5.
28. *Venit Maria Magdalena & altera Maria. conc. 6. disc. 6.*

MARCVS.

CAP. 8. *Stupefactæ sunt turbæ. conc. 6. disc. 6.*
Apprehensa manu cæci eduxit eum. conc. 6. disc. 7.
15. *Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. conc. 2. discursu 3.*
16. *Præ timore autem eius exterriti sunt custodes. conc. 3. disc. 3.*
Et valde mane vna Sabbatorum, &c. conc. 7. disc. 2.

LVCAS.

CAP. 1. *Missus est Angelus Gabriel. conc. 3. disc. 1.*
Spiritus S. superueniet in te. con. 4. disc. 4, conc. 9. disc. 3.
Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans. conc. 6. disc. 6.
2. *Pastores erant in regione eadē. conc. 1, disc. 2. conc. 2. disc. 3.*
Claritas Dei circumfulsit eos. con. 5. discursu 1.
Venerunt festinantes & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem. conc. 3. disc. 1.
3. *Aperti sunt cæli & sicut columba, &c. conc. 3. disc. 4. conc. 5. discursu 1.*
Descendit Spiritus S. corporali specie. conc. 9. disc. 3.
4. *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, & multi leprosi. concio. 3. discursu 2.*
7. *Attulit alabastrum vnguenti. conc. 3. disc. 5.*
8. *Geraseni rogabant eum vt discederet ab eis. conc. 6. disc. 2.*
8. *Misit illos prædicare & sanare infirmos. conc. 9. disc. 2.*
Exinde cœpit eis ostendere: quia oporteret eum multa pati. conc. 3. disc. 7.
Permitte mihi primùm ire & sepelire patrem meum. concio. 4. discursu 4.
11. *Quis vestrum habebit amicum, &c. conc. 7. disc. 2.*
12. *Anima mea habes multa bona. conc. 6. disc. 7.*
13. *Mulier quæ habebat spiritum infirmitatis. concio. 5. discursu 2.*
14. *Cœperunt se excusare, &c.*

exi cito, &c. conc.3. disc.3.
Quæ est mater mea? concio 4. discursu 4.
15. Cum adhuc longe esset, vidit illum Pater ipsius, & accurrens, &c. conc.8. dis. 3.
Ut drachmam perditam inueniat, accendit lucernam. conc.9. discursu 4.
18. Cœcus apud Hiericho. conc.9. discursu 2.
19. Zacchæus & ipse diues. conc.6. discursu 5.
21. Hæc vidua plusquam omnes misit. conc.3. disc.6.
22. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum. conc. 11. disc. 5.
Apparuit ei Angelus de cœlo confortans eum. concio. 5. discursu 1.
Egressus Petrus foras, fleuit amare. conc.4. disc.3.
23. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. conc. 8. discursu 3.
Palpate & videte, quia ego ipse sum. conc. 1. disc. 2.
24. Finxit se longius ire. conc. 4. discursu 2.
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via? con.6. dis. 6.

IOANNES.

Cap. 2. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. concio. 10. discursus 2.
Nondum venit hora mea. con. 11. discursu 7.
Quid mihi & tibi est mulier? concio 4. discursu 4. concio 9. discursu 2.
Haurite nunc & ferte Architriclino. con. 3. dis. 5.
3. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? concio. 9. discursu 5.
Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. &c. concio 9. discursu 3.
Nemo ascendit in cælum nisi, &c. con.6. dis.2.
4. Quomodo tu Iudæus cum sis, &c. con. 1. dis. 2.
Mulier da mihi bibere. concio. 7. discursu 4.
6. De conuiuio quinque panum in deserto. con. 4. dis. 1.
Ut cognouit quod venturi essent, vt facerent eum Regem, fugit, con. 6. dis. 2.
Panis quem ego dabo, caro mea est con 1. disc. 3.
Cum ascēdissent in nauim, venerunt trans mare. concio, 4. discursu 2.
10. Cognosco oues meas, &c. conc. 1. discursu 4.
Nemo rapiet eas de manu mea. conc. 6. disc. 2.
11. Infremuit spiritu & turbatus est. con. 3. dis. 1.
Soluite eum & sinite abire. conc. 5. discursu 3.
12. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius. conc. 2. dis. 2.

13. Sur-

13. *Surgit à cœna & ponit vestimenta sua.* conc.1. disc.1.
Nunc clarificatus est filius hominis. con.1. dis. 3.
Non potes me modo sequi. con.1. discursu 3.
14. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, &c.* concio.2. discursu 3.
Ego sum vitis, vos palmites. con.3. dis. 2.
Ego rogabo Patrem & alium Paraclitum, &c. concio. 5. discursu 1.
16. *Si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* concio.8. discursu 4.
18. *Quem quæritis?* concio. 10. discursu 3.
Plectentes coronam de spinis. conc. 2. dis. 1.
19. *Vnus militum lancea latus eius aperuit.* concio.2. discursu 2.
Continuo exiuit sanguis & aqua. conc. 5. disc.4.
20. *Mulier quid ploras?* conc.2. discursu 2.
Insufflauit & dixit: Accipite Spiritum sanctum. conc.9. dis.1. con. 9. dis. 4.
21. *Mittite in dexteram nauigij rete & inuenietis.* concio. 7. discursu 4.
Noli me tangere. concio. 8. discursu 4.
Dominus est: cur solus Ioannes Dominum noverit. concio. 10. discursu 1.
Pueri numquid pulmentarium habetis? con.11. dis.5.
Viderunt prunas & piscem superpositum & panem. concio.11. discursus 9.

ACTA APOSTOLORVM.

Cap. 1. *Per dies 40. apparens eis.* con.6. disc.6.
Donec induamini virtute ex alto. con.8. dis.4.
Hic Iesus qui assumptus est. con. 8. discursu 2.
9. *Circumfulsit eum lux de cælo.* con.10. dis.1.
3. De claudo qui sedebat ad portam. con.6. dis.6.

EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 1. *Tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum.* conc.8. disc.3.
5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S.* conc.9. disc.3.
8. *Non sunt condignæ passiones. &c.* conc.6. disc.1.
10. *Corde creditur ad iustitiam.* conc. 10. disc. 1.
14. *Infirmum autem in fide assumite.* conc.10. disc.1.

I. AD CORINTHIOS.

CAP. 13. *Quotidie morior propter vos.* conc. 8. disc. 3.

II. AD CORINT.

CAP. 6. *In Christo noua sumus creatura.* conc. 9. disc. 3.

11. *Probet autem seipsum homo.* conc. 11. disc. 9.

Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat. conc. 11. disc. 8.

AD COLOSSENSES.

CAP. 1. *Adimpleo ea quæ desunt Passionum Christi.* conc. 11. dis. 3.

I. AD THESSALONICENSES.

CAP. 4. *Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra.* conc. 10. disc. 2.

I. AD TIMOTHEVM.

CAP. 1. *Paulus Apostolus, gratia, misericordia & pax.* conc. 6. discursu 4.

AD HEBRÆOS.

CAP. 8. *Consedit in dextera Dei Sanctorum minister.* concio. 8. discursu 5.

Initiauit nobis viam nouam per carnem suam. conc. 11. disc. 3.

I. IOANNIS.

CAP. 3. *Maior est Deus corde nostro.* conc. 10. disc. 1.

APOCALYPSIS.

CAP. 5. *Vicit Leo de tribu Iuda.* conc. 11. disc. 6.

6. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum, nomen illi mors.* conc. 11. disc. 3.

7. *Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat.* conc. 6. disc. 2.

8. *Factum est silentium in cælo quasi media hora.* conc. 4. disc. 1. conf. 10. disc. 1.

Et accepit Angelus thuribulum. conc. 9. disc. 3.

10. *Signa quæ locuta sunt septem tonitrua.* conc. 8. disc. 2.

12. *Signum magnum apparuit in cœlo, &c.* conc. 1. disc. 3. conc. 1. discursu 4.

Michaël & Angeli eius prœliabantur cum dracone. conc. 6. discursu 3.

15. *Vidi mare vitreum mixtum igne.* conc. 11. disc. 2.

19. *Viui missi sunt in stagnũ ignis.* conc. 5. disc. 2.

21. *Ab oriente portæ tres & ab Occidente, &c.* conc. 6. disc. 5.

22. *Vidi fluuium splendidum tanquam crystallum.* conc. 9. disc. 1.

Lignum ex vtraque parte fluminis. conc. 11. disc. 1.

NVME-

NVMERVS ET MATERIA CONCIONVM.

CONCIO PRIMA.

De Natiuitate Christi.

CONCIO SECVNDA.

De Circumcisione Christi.

CONCIO TERTIA.

De Adoratione Regum.

CONCIO QVARTA.

De Inuētione pueri Iesu in Tēplum.

CONCIO QVINTA.

De Baptismo Christi.

CONCIO SEXTA.

De Transfiguratione Christi.

CONCIO SEPTIMA.

De Resurrectione Christi.

CONCIO OCTAVA.

De Ascensione Christi.

CONCIO NONA.

De Aduentu Spiritu Sancto.

CONCIO DECIMA.

De SS. Trinitate.

CONCIO VNDECIMA.

De Venerabili Eucharistia.

INDEX RERVM

MAXIME NOTABILIVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

A.

ABRAHAM.

CVR littera vna nomini eius addatur. conc. 3. disc. 3. Optimus filijs suis pater, optimum meruit à Deo filiũ. conc. 4. dis. 4. Quam festiuus & pius Angelos hospites suos exceperit. con. 5. dis. 3. Placuit Deo Saram sumens in vxorem. conc. 6. disc. 6. In ipso totus mundus omnesque generationes fuerunt benedictæ. conc. 8. disc. 3.

ABEL.

Sanguis eius vindictam clamat, non ferens se proditoris pedibus conculcari. conc. 8. disc. 3.

ABSALON.

Filius est in ipsam naturam proditor. conc. 5. disc. 2. Cur dicatur quod Ioab illum defixerit in terram, cum suspensus hæserit in aëre. conc. 5. disc. 2.

ABSENTIA DEI.

Est hæc valde periculosa. conc. 4. disc. 2. Omnia illi annexa sunt mala. *ibid.* de eodem agitur. conc. 4. disc. 3. conc. 6. dis. 2. Nonnumquam cum illa crescit amor Dei, soletque multum referre. conc 4. disc. 2.

ADAM.

Plura scire voluit, quam expediebat. conc. 3. disc. 4.

ADVERSA.

Deus iustis in tribulatione adest singulari quodam modo. con. 8. discurs. 2. Dum aduersa pro Christo tolerantur in suauitatem conuertuntur & gloriam: quod late probatur. co. 2. dis. 1.

ADVLTERA.

Deus Synagogam vocat adulteram. conc. 3. disc. 3.

ALTA-

ALTARE

Altare Thymiamatis cur tabulis ex auro componatur. conc. 5. disc. 3. Altare in lege veteri gradus non patiebatur: cur hoc? conc. 10. disc. 2.

AMICITIA HVMANA.

Durat hæc numquam in aduersis & tribulationibus. co. 7. dis. 4.

AMISSIO DEI.

Omnis iactura patitur consolationem, hæc autem sola non habet nec habere potest. conc. 4. disc. 3. Diuinæ præsentiæ connexa est omnis nostra felicitas. *ibid.* ob hanc solam fundantur lachrymæ: *ibid.* homines communiter magis lugent temporalium quam diuinorũ amissionem. *ibid.* Lachrymæ pro temporalibus fusæ, sunt inutiles, velut fluuius currens versus Occidentem, aurum non producit, nec sunt suaues eius aquæ. *ibid.*

AMOR DIVINVS.

Quam tenere Deus diligat animam. con. 1. disc. 3. Ignominias nostras sibi honori ducit ex amore. *ibid.* Triumphat de ipso Deo. conc. 5 disc. 1. In hac vita Deum perfecte amare nõ possumus. con. 7. dis. 4 Ita feruenter diligit Deus hominem, vt se statuat in causis eius Aduocatum. con. 8. dis. 5. Qui multũ amat Deum, multà etiã nouit: quia iustior est sapientior, & clarius videt, sublimius mysteria penetrans. conc. 10. disc. 1.

ANGELI.

Non nisi humiliter loquuntur. conc. 3. disc. 1. Angelus qua ratione Christum solatus sit in horto. conc. 5. dis. 1. Adeo puri sunt vt eis homo comparatus, nullus talis sit. conc. 5. disc. 3. Quomodo verum sit, quod antequam gloria sua fruerentur, aliquid passi sint. conc. 6. dis. 3. Grauiter ferunt quod Deum offendamus. *ibid.* Cur lapidi sepulchri Christi insederint. co. 7. disc. 1. Angeli semper depingũtur vt formosi iuuenes. con. 8. disc. 5. Angelis vocatur Deus lux magna. con. 7. disc. 4. Olim non ita familiares erant hominibus. conc. 4. disc. 1.

ANIMA.

Dum ipsa à Deo deseritur, grauissimum est hoc illi damnum. conc. 4. disc. 2. Cõsolatio animæ seruatur in ariditate. *ibid.* Est spiraculum Dei. conc. 9. disc. 4.

APIS.

Præfert in aculeo & melle Superiores. conc. 6. disc. 4.

APOSTOLI.

Sunt cæli, mundumque conuerterunt. conc. 8. disc. 2. Lętabantur in aduersis. conc. 6. disc. 2.

AQVA

Animam refert in amore Dei frigidam. conc. 3. disc. 5. conc. 6. disc. 6. Aqua & ignis Eliæ aurum componant. conc. 5. dis. 4. Eius encomia. *ibid.* In illa Deus maxima patrauit miracula. *ib.* In illa præclarissimas ostendit misericordias. *ibid.* In illa Baptismum instituit. conc. 10. discursus 2.

ARCVS SEV IRIS.

Eius duo colores denotant Spiritum S. & baptismum, con. 9. disc. 3.

ASCENSIO CHRISTI.

Tota Concione de eius Solemnitate. Tanta Maiestate clarus ascendit, vt eum Apostoli licet apprime cognoscerent, vix agnoscerent. disc. 1.

ASTYAGES.

Rex Medorum impedire conatus est Dei consilia. conc. 5. dis. 2. Intendit occidere nepotem suum Cyrum in regno sibi successorem. *ibid.*

AVRVM.

Reges denotat. conc. 3. dis. 7. Cur Deus per Prophetã suum esse dicat, cum metalla hæc tam parui faciat. conc. 3. disc. 6.

B.

BALAAM.

CVpidus auri: cur Deus illum passus sit ire ad Regem à quo vocatus fuerat, vt populo Dei malediceret. conc. 6. dis. 2.

BAPTISMVS.

Aperit cæli portas. conc. 3. disc. 4. 5. conc. 5. Exord. Cur in aqua fiat elemento vili. conc. 3. disc. 4. Minister sæpe insufflat, quid hoc signat? conc. 9. disc. 4. huic SS. Patres titulos adscribunt honorificos. conc. 5. disc. 4. Spiritus S. sponsus est fecundans eius aquas. *ibid.*

BAPTISMVS CHRISTI

Tota Concione. Cur tantum se humiliauerit: quandoquidem sit illi maxime abiectum. con. 5. dis. 1. docet hic humilitatem. conc. 5. dis. 3. Excæcauit diabolum. conc. 5. disc. 1.

BENEDICTIO.

Quænam fuerit eius forma in lege veteri. conc. 10. disc. 2.

BENEFICIA.

Multum deuinciunt.

BETHLEHEM.

Felicissima patria Christi: quia in ea natus est. conc. 1. disc. 3.

BONA TEMPORALIA.

Homines fatui præponunt illa spiritualibus. conc. 4. disc. 4. Ita parum satisfaciunt, vt ea Deus nonnullis tribuat, vt saturati vertantur illis in nauseam. conc. 6. disc. 7. Ea designant aquæ continuo decurrentes. consc. 6. disc. 7. Quam stricte cor captiuent. conc. 6. disc. 2.

C.

CAIN.

Quale signum Deus illi posuerit, ne occideretur. conc. 8. disc. 1.

S. CATHARINA SENENSIS.

Doctrix est sapientissima, & singularis eius fuit expositio illius sententiæ Christi. *Tristis est anima mea.* conc. 7. disc. 5.

CÆCVS.

Cæcos apud Hiericho curauit Dominus. conc. 9. disc. 2. Cæcum apud Bethsaida paulatim curauit: cur hoc. conc. 6. dis. 7.

CARADRION AVIS.

Si languentem intueatur, vitam illi tribuit, omnem in se transsumens morbum. conc. 3. dis. 2.

CHRISTVS DOMINVS NOSTER.

Præclarissimas suas glorias fundauit in rebus maxime humilibus & abiectis: ad longum. conc. 3. disc. 1. Solus passus est. conc. 5. dis. 2. Natus est in amãdo, vt homini conuiueret, & baptizatus est vt homo illi cõuiueret. conc. 5. dis. 4. Cur dicatur baptizatus ascendisse de aqua. *ibid.* Notandum quod Christus biduo diutius hæserit in sinu B. Virginis, quam Ioannes in ventre Elisabeth. conc. 5. disc. 5. Colloquia de Christo crucifixo trahunt eum ad animas eumque illis reddunt benignum. conc. 7. dis. 3. Eius humanitas certo quodam modo obstaculo erat Apostolis, ne diuinitatem eius agnoscerent. conc. 8. dis. 4. Cur illi chlamys imponitur, vestis militaris? conc. 3. disc. 4. Quidquid huc spectat, quære in festis eius: Resurrectione, Ascẽsione, &c.

CYRVS.

Rex insignis Persarum & Medorũ: eius natiuitas, educatio:

 conc.

concio 3. discursus 2.

CIRCVMCISIO.

Durum est eius præceptum, & quare. conc. 2. dis. 1. Cætera vide in Concione de Circumcisione Christi.

COCCVS.

Ignis designat elementum. conc. 6. disc. 4.

COLVMBA.

Septem eius proprietates appropriantur septẽ donis Spiritus S. con. 9. disc. 3. Cur Spiritus S. in specie columbæ super caput Christi descendit? *ibib.* Tertio egressa est de Arca Noë: quid hoc mysterij? conc. 10. disc. 2.

CONSOLATIONES DEI.

In hac vita perfecte, & perpetuo nõ dantur. con. 4. dis. 1. quæ ex Deo non oriuntur, sunt bullæ puerorum. conc. 8. disc. 4. Diuinas impediant quæ in humanis quæruntur. *ibid.*

CONVERSATIO.

Parit hæc ordinarie cõtemptum: vnde vult Deus vt in hac vita modicam eius habeamus cognitionem. conc. 4. disc. 2.

CONVERSIO.

Vera Conuersio mutat vultus. conc. 11. disc. 1. Sunt quædam irrisoriæ. conc. 6. disc. . Talis esse debet, vt cõuersus eadem qua prius veste non induatur. conc. 6. dis. 6. Quam ardenter hanc Christus amaret. conc. 4. disc. 3.

COR.

Hoc vnicum attendit Deus in eo quod illi promittitur vel offertur. conc. 1. disc. 1. conc. 6. dis. 1.

CORONA.

Corona stellarum Christo cur accommodetur. conc. 1. disc. 3. Corona spinea Christi capiti infixa vsque ad mortem cur manserit. conc. 2. disc. 1.

CORPVS.

Eius purgatorium sicut vermes. conc. 8. disc. 4. prauat animã. conc. 7. disc. 4.

CREATIO.

Parui Deo sterit totius mundi creatio. conc. 2. disc. 1. Planta quædam fuit & figura redemtionis. conc. 9. disc. 4. Quomodo dicatur ab opere cessasse die septimo. conc. 7. disc. 3. Cur cælum & terrã creauerit absque totali eorum perfectione. con. 8. disc. 2.

CREATVRÆ.

Earũ nimius amor impedit Dei familiaritatem. conc. 8. disc. 4.

Virtutem reddit sterilem eius inordinatus amor. con. 8. dis. 4. Quomodo dicatur homo noua creatura. con.9.dis.3.

CRVX CHRISTI DOMINI.

Quam feruenter Christus, mori desiderauerit.con.7.dis.5.Fuit illi Crux gloriosa.con.1.dis.3. con.3.dis.1.Dilatauit & extendit eius celsitudinem. con. 11. dis.1. Fuit honori Christo Domino. con.2. dis.2. Christo Crucifixo assurgunt eumque reuerentur Angeli.con.2.di 2 Mortuus illustriores quam viuus ostendit victorias. co.7. dis. 1. Certo quodam modo Christum maiorem reddidit. con. 8. Exor. Cur purpuram crucifigendo exuunt con. 8. dis.1. Omnium dignitatũ eius fuit instrumentum.con.7.dis. 5. Cur Christus myrrhatum vinum in cruce oblatum non biberit.*ibi*.Qui Crucis Christi particeps fuerit, erit & eius gloriæ.con.7.dis.4. Ipsis Angelis Crux vires addidit & & gloriam. con. 7. dis.1. Crux tormentum fuit bellicum quo Christus cælos impugnauit. co.8.dis.1. Particulares rationes ob quas Christus in cruce nec alio mortis genere mori voluerit. con.5.dis.1. Crux eius & mors, mors fuit culparum omniũ.con.7.dis.5 Consideranti Christum in cruce pendentem videtur impossibile peccare ob tam patentes obligationes. con.7.dis.5.

CVPIDITAS.

Cupidus auri in proximo est vt fidem neget. con.6.dis.2. Ob vile lucrum Deum domo sua eiiciet. con.6. dis. 2. Humanæ sollicitudines à Deo diuertunt con.10.dis.1.

D.

DAVID REX.

EX mansuetudine cõfirmatur in regno.co.1.dis.2. Cur curiam suam non in patria Bethlehem, sed Hierosolymis constituit.co 1.dis.3. Populum recenset Deumque offendit co. 8.dis 3 Goliath prosternit virtute nominis Iesu con.2.dis.4. Cur lapides in mulctretũ cõiecerit ouium quas opilio custodiebat.con.6.dis.4. In peccato suo cæcus fuit.con.10.di. 3. Quomodo dixit: *Tibi soli peccavi*, cum in tot peccauerit, con. 5. dis.3. Pænitentia illum ita restaurauit, ac si nunquam peccasset.con.9 dis.2. Cur pestem elegerit.con.9.dis.2. Cur opertus non calefieret. con. 9. dis 4. Alios docuit lugere Dei iacturam.con 4.dis.3.

DESIDERIA.

Sunt velut animæ purgatorium. con.8. dis.4.

DEVS.

Ita Deus afficitur homini vt olim se illi ostenderet in corpore phantastico. con.1.dis.1. Fons est & puteus ex diuersis rationibus.con.1.dis.1.desiderabat se homini vnire. *ibid.* Centrum est & locus homini *ib.* Humilis & benignus fortius obstrinxit hominem, quam in throno gloriæ suæ sublimis. con.1. dis. 2. Quantum nos amet.con.3. dis 3. Numquam casum vnius permittit, nisi in locum eius alium substituat. *ibid.* Qua diligentia nos quærat. con.3. dis.3. Non se retractis cortinis videri sinit in hac vita. con. 4. dis.1. Nunquam hic panem porrigit integrum con.4.dis.1. Quam suauiter se sinat inueniri quæsitum. con. 1. dis.2. Aliquando quam liberalis est animabus, & aliquando quam contractus. co. 4.dis.2. Deus amissus grauissimum est damnum. con.4. dis. 3. Peccatores non dedignatur. con.5.dis.3. Ei collati Angeli, tenebræ sunt.con.5. dis.3. Cur singulariter dicatur Deus Abraham,con.2.dis.2. Gloriam suam non ostendit, vt se humiliaret.co.2.dis.2.Quomodo transmutet & animam, est in ipsa vt sol.con.6. dis.6. qualiter se communicet animæ.co. 6.dis.7. Qualis homo Deo, talis est Deus homini.con.7.dis. 4. Quomodo gratum habeat illud quod eius gratiæ fit. co. 7.dis. 4. Societatem init cum homine.*ibid.* Non dicitur Dominus nisi creato iam homine:cur hoc? co.8.dis.1. Currit vt succurrat, & verecundatur si non succurrat, con. 8. dis.3. Plura dat homini quam promittit,con.8.dis.3. Deus & deliciæ non conueniunt, con.8. dis. 4. Deus & mundus nunquam simul, *ibid.* Deus ab opere, non ab amore cessauit, con. 9. dis. 3. Deus in sua humanitate ignis est, con 9. dis. 1.

DIGITVS.

Significat Spiritum S.con.9. dis. 1. Index pollex & annularis appropriantur SS. Trinitati, con.10.dis.2.

DIVITES DIVITIÆ.

Tvnc diuites sunt sapientes & Reges, quando Deo & pauperibus suas erogant facultates, con.3. dis.6. Nullus diues est Dominus absolutus eius quod habet, sed tantum œconomus Dei. *ibid.* Diues sit eleemosynarius, sciatque tunc se recipere

pere quando pauperi dat eleëmosynam, *ibi*. Diues eleëmosynarius, etiam in hac vita est medius beatus, *ibid.* Diuitiæ tantam habent vim, vt diabolus eam cognoscens, sibi persuadeat, quod iustum de manu Dei, si diues sit, possit eripere. con.6.dis.2. Diuitiæ non impediunt, imo iuuant ad salutem sed bene expensæ, con.6. dis.5. Ex se diuitiæ nec bonæ sunt nec malæ, nisi conformiter vsui earum bono vel malo, con.6. dis.6. Cur Deus diuitias tradat malis & peccatoribus, cum eis indigni sunt, maleque vsuri, con.6. dis.5.

DOCTRINA.

Doctrina sana; & certa tantum in Ecclesia Catholica inuenitur con.3. dis.4.

DONA.

Ex corde dedicanda sunt, con.1. dis.1. Quænam veteri tabernaculo oblata sint, con.6.dis.4. Dona Magorum, mystica fuerunt, con.3.dis.7.

E.

ECCLESIA.

Paradisus est & cælum in quo viuit Deus, con.4.dis.1. Tantum id illa vera est sanaque doctrina, con.3.dis.4. Paruam in eo reuerentiam punit Deus con.11.dis.9. Eius perfectiones con.10.dis.3.

ELEEMOSYNA.

Magis dantem quam eam recipientem sustentat, con.3.dis.6. Eleëmosyna viros reddit illustres, & dignos Dei fastibus inscribi. *ibid.* Eleëmosynarius est hic medius beatus. *ibid.* Extollit dantis orationem, con.3 dis.7. Non est inquirenda vita pauperis, sed Dei tantum amore danda eleëmosyna, co. 3. dis. 6.

ELIAS.

Cur transiens Iordanē ascendit? con.5. dis. 4. Elias & Moyses in transfiguratione simul apparent. con. 6. dis. 4.5. Vt Dux triumphat, con. 8. dis.5. Cur Elisæo pallium adiecerit: con.8. dis.4.

ELISÆVS.

Cur eius baculus puerum mortuum suscitauerit, col.1. dis.2. Mortuus mortuum suscitauit solo cadaueris sui contactu, con.7. dis.1. Alia datur ratio, con.10. dis 3.

ENOCH.

ENOCH.

Cur dicatur ambulasse cum Deo, con.6.dis.5.

EVA.

Cur formata ex costa Adam, co. 6. dis. 1.

EVCHARISTIA.

Dis. 1. Cum totus sit hic Deus, cur tantum dicat: *Caro mea.* Maiestatem suam vsque in hunc diem suspendit. Ferculo vehitur & triumphat. Instituitur de nocte & sine Sole: cur hoc? Arbor est plantata ad vtramque ripam fluminis. Anima hic est tota Dei. Est compendium eius beneficiorum fasciolis fertur velut qui illis accrescit.

Dis. 2. In ipsa est homo Deus, magnus &c. Hominem in ipsis visceribus Dei statuit. Mitigat passiones, temperat affectus, præseruat à peccatis. Animã roborat & minuit armis contra omnes eius inimicos. Est carbo succendens & panis igneus. Se magnum hic ostendit & maiestate splendidum. Vnio datur hic comparata certo modo vnioni suæ cum Patre. Cur aqua vino misceatur.

Dis. 3. Digne communicans medius est beatus. Deus hic animam osculatur & tenerẽ amplectitur. Implet Deus desiderium suum viuendi semperque manendi cum homine. Eucharistia, & cælum ac gloria idem sunt. Eius effectus est assequi cælum. Lectus est in quo Deus quiescit in anima. Pallium est cælestis Eliæ corporalem supplens absentiam. Qui communicat, ita conuertatur in cælum, vt terræ obliuiscatur. Ex eius frequentatione primitiua florebat Ecclesia Debilis est anima illam non frequentans.

Dis. 4. Donum est maximum, quo Deus nos maxime deuincit. Dum anima communicat, prodit contra peccata decertatura. Dum Apostoli communicant, Domino dicunt: *Ecce duo gladij hic.* Quare? Remãsit hic Christus vt se cordibus nostris infigeret. Mensa est, cuius figuram gessit mensa Panem propositionis. Buccella est per quam Deus animam ingreditur. Amorem nostrum per Eucharistiam exitat.

Dis. 5. Totus Deus hic adest. Tribunalia clauduntur in Augusto & tempore vindemiæ: quare. Hoc pane & vino ira Dei temperatur. Horâ prandii Angelis gladium remisit in vaginam: quare? Ne illum timeamus, se nobis Christus præbet manducandum. Christus in cęlum ascensurus, vescitur.

Sanguis

Sanguis Christi in nobis excitat Dei misericordias.

Dis. 6. Excessu quodam amoris Deus ex se egreditur. Panis facies mutat: si non, malum est omen. Ipsum Christum quodammodo, mansuetum reddidit: quandoquidem prius Iudas cognominauerat diabolũ, post communionem tamen amicum vocat. Reiuuenescit hic anima, fitque vigorosior. Christus cur sumpserit Eucharistiam. Liber est in quo Deus amorem suum exaravit. Multi Christum affligunt, sed pauci exanimo illum tangunt. Extra se rapit, & suauiter inebriat: idcirco sub specie vini traditur. Indigne accedens mortem non vitam accipit.

Dis. 7. Recipiens Christi sanguinem, suum tenetur effundere pro ipso. Est mensa potentis de qua Salomon. Communiones acceleratæ, & Missæ festinanter lectæ, quam malum sit. Ex consuetudine communicare, indecens est. Panis dicitur subcinerius Eliæ: quia illũ sũpturus accedere debet quasi mortuus. Mortu⁹ & defunctus accedit bene dispositus. Gladius est & fulmen contectũ indigno. Egrediendũ de mundo ad eius receptionem Cur eius institutionem Christus vsq; in finem vitæ suæ distulerit. Cur nocte. Messis est & vindemia.

Dis. 8. Puritatem ab omnibus exigit, sed potissimum à Sacerdotibus & ministris. Desperatos habeo Sacerdotes in peccato celebrantes. Grauius hoc Christus patitur quam ipsam mortẽ. Quanto Christus hic est propinquior, tantò grauius punit irreuerentes. Volat hic Deus vt indignos puniat.

Dis. 9. Vita bonis mors est malis & venenum. Deus in indigno velut captiuus est. De manu diaboli, non Dei videtur indignus communicare. Malum ipsa vita occidit, & lux excæcat. Ex ea mensa qua dignum demulcet deliciis, sagittas emittit contra indignum Sanguis Christi hic comparatur igni Babylonico. Deus indignum persequitur. Scribit Deus peccata commissa in Altari, quasi ne obliuiscatur illa punire. Gladius est in ore Dei indigno. Conuiuium Christi, piscis, panis, & ignis: debitam hæc signant præparationem. Deus hic est fasciculus myrrhæ: quare?

Dis. 10. Debetur Eucharistia etiam B. Virgini & Matri Dei Mariæ.

F.

FIDES.

Fides describitur tanquã Rex captus, con. 10. dis. 1. Fides vo-

catur vmbra: con. 11. dis. 3. fidē peccata debilitant, con. dis. dicitur cingulum. con. 10. dis. 3. Et ferculum quid significet. con. 11. dis. 7.

FILIÆ.

Sollicitudo sunt parentum, con. 3 dis. 2. Hebræi vocantur filiæ, cur ita? *ibid.*

G.

GABRIEL.

CVr dicatur in Euangelio *Missus est*, cum sufficiat dicere, *Angelus*, con. 3. dis. 1.

GEDEON.

Dux illustris: eius victoria cum tubis & lagenis expenditur, con. 9. dis. 1.

GENTILES.

Solatio fuerunt Christo in ruina Hebræorum, con. 3. dis. 3. vocantur canes, quare? *ibid* & etiam filii, Iudæi verò filiæ: cur hoc? con. 3. dis. 2. & 3.

GIGANTES.

Filii terræ, de quibus fabulabantur antiqui, con. 8. dis. 2.

GLORIA.

Sine labore non obtinetur, con. 6. dis. 2. 3. Tantum est eius pondus ut humanum obruat intellectum. con. 6 dis. 6. Homines quasi attracti & vi ad illam perueniunt: si namque nō assumerentur, non ipsi irent, con. 6. dis. 2. Vinum est eius Symbolum, con. 6. dis. 3. Hic etiam est, sed operta, con. 6. dis. 1. Hic per transennam & vnicus tantum eius videtur radius, con. 4. dis. 2. A longe. con. 4. dis. 1. Lumen gloriæ cui seruiat in cælo, co. 6 dis. 7.

H.

HEBRÆI.

POpulus proprii lucri cupidus: idcirco Deus illis bona temporalia promittebat, co. 6. di. 1.

HELENA.

Ædificauit templum in loco Ascensionis Domini cuius fornix nunquam potuit concludi con. 8. dis. 5.

HELI SACERDOS.

Punitur non puniens filios suos con. 10. dis. 1.

HO-

HOMINES.

Creati sunt maiori apparatu, vt Deum feruentius diligerent. con.1.dis.1. Maxime Deo deuinctus, minimo Deo gratus, con.3.dis.2. Nullus ex natura sanctus est, nisi solus Deus, con.5.dis.3. Eius inconstantia con.7.dis.2.co.8.dis.3. Donec crearetur, non vocabatur Deus Dominus, & quare? co. 8.dis.1. Ex se quam crudelis. con.9.dis.2. In dignitate constitutus omnium obliuiscitur, co.9.di.2. Qui cum possit aliis subuenire nec facit, non homo est, sed phantasma. co.9. dis.2. Vt alteri benefaciat, opus est illi Dei praecepto. *ibid.* Ante peccatum, ex vultu eius splendor emicabat, con.9. dis.3.

HONOR.

Fugiendus est quia periculosus & transitorius. con. 8. dis.2. & 4.

I.

IACOB.

Eius lucta & mysteria, con. 4. dis.1. Nomen illi tollitur, con.3. dis.3.

IEIVNIVM.

Cur in vigiliis maiorum festorum, con.6. dis.3.

INCARNATIO VERBI.

Cur tot ante saecula descripta fuerit, con.1.di.4. Eius mysterium Deo dignitatem auxit, con.3. dis.1.

INFERNVS.

Quam efficax sit & potens eius consideratio, con.5.dis.2. Cur Dauid ait, vt peccatores descendant in infernum viuentes. *ibid.*

INSPIRATIONES.

Statim executioni mandentur, con.3. dis. 3.

INTELLECTVS.

Humanus intellectus vtpote superbus & arrogans, fuit & est omniũ causa errorũ, co.3.di.4.

S. IOANNES BAPTISTA.

Cur prae gaudio exilierit in ventre matris suae, con.4. dis.4. Eius meritum & dignitas, con. 5 *Exor.* Eius cognomen certo quodã modo dignius est ipso nomine. *ibid.* vt eum honoraret Christus, ab eo baptizari se patitur, con.5. di.4. Magnus est coram ipso Deo, con.5 dis. 5. Compendium eius priuilegiorum. *ibid.* Dum nascitur brachiis excipitur B. Virginis. *ibid.* Promissus fuit prope Arcam foederis *ibid.* Septies vox dicitur. *ibid.* Aliis Sanctis aliquid

quid oportet addere, huic autem demere. *ibid.* Baptista est homo diuinus. con. 7. dis. 2. Insigne eius priuilegium præcursor Domini: cur non ita vocantur ceteri Prophetę. co. 9. dis. 1. Vox Baptistæ dedit Spiritui S. con. 9. dis. 4.

I O B.

Comparatur Apostolis, con. 6 dis. 1. Columnam in suis tribulationibus erexit, co. 7. di. 1.

S. IOANNES EVANGELISTA.

Quomodo Christum præ cæteris Apostolis agnouerit in mari, dicens Petro. *Dominus est*. con. 10. dis. 1. Cur solus Ioannes agit de æterna filii generatione, con. 3. dis 1. Angelus non permisit se ab illo adorari, con. 2. dis. 3.

IONAS.

Ex sententia D. Epiphanii fuit puer ille ab Elia resuscitatus, Con. 10. dis. 4. Cur eum Dominus miserit in Niniuen, con. 3. dis. 2.

IORDANIS.

Cur aquas suas retraxerit ad ingressum Arcæ, & non dum Christus baptizatur. co. 5. di. 5 Cur eum Christus baptismo suo elegerit, co. 5. dis. 4. Quid significet, con. 5. dis. 1.

IOSEPH ANTIQVVS PATRIARCHA.

Figura fuit Christi, con. 8. dis. 2. Vendito & captiuo fuit Deus cum illo, co. 6. dis. 2. In euentibus suis boni Prælati figurá gessit, con. 6. dis. 4. Prorex & Saluator Ægypti, con. 9. dis. 2. Quomodo fratres eum non agnouerint eidem tamen mensæ assidentes, co. 10. dis. 3. fratribus suis per interpretem loquebatur, con. 4. dis. 1. Cur ei nomen mutatur. con. 7. di. 3.

ISAAC.

Quia figuram gessit Christi, eo nato fit gaudium. con. 10. di. 2

ISRAELITÆ.

Ex sexcentis millibus egressis de Ægypto, duo tantum ingressi sunt terram Promissionis, co. 7. dis. 3.

IVDAS.

Omnem diligentiam adhibuit Christus vt eum conuerteret, nec potuit, con. 4 dis. 3. Receptâ SS. Eucharistiâ continuo exiuit, con 1. di. 2. con. 11. di. 2.

IVRAMENTVM.

Deus ad supplicium tardus, sed velox vt puniat iurantes, con. 2. dis. 4. Falx est omnia demetens. *ibid.* Iurator indignus est nomine Christiano. *ibidem.* Deum misericordia sua denudat *ibi.* Sibi ipsi vitam adimit. *ibi.* Quia Senacherib blasphemus fuit, superatur eiusq; exercitus

Angelo cædente trucidatur. *ib.* eorum suppliciũ non ab hominibus sed Angelis committitur. *ibid.*

L.

LACHRYMÆ.

COngruè pro peccatis effunduntur. conc.4. disc.3.

LANCEA CHRISTI.

Miraculum & mysterium quod ex lanceæ vulnere sanguis viuus ex corpore mortuo fluxerit. conc.2.dis.2.

LATRO BONVS ET MALVS.

Quam salubre tulit ille à Christo responsum. conc.1.disc.3. Alteri ob culpam suam non profuit vicinum esse Christo. con.5.disc.2.

LAZARVS MENDICVS.

Cur illum viderit diues epulo in sinu Abrahæ. conc.6.disc.5.

LAZARVS REDIVIVVS.

Miraculum fuit Christum sonás. conc.3.dis.1. Cur Christus eũ resuscitaturus plorauerit. con. 7.dis.5. Prodit de sepulchro ligatus: cur ita? con.5.disc.3.

LEVI.

Fuit hic à Moyse benedictus, quia zelans Dei honorem nec patri nec matri pepercit. con. 4 disc.4.

LEX.

Data fuit vetus signis horrendis, fumo igneque inuoluta. conc. 2. disc. 2.

LINGVA.

Cur Spiritus S. igneis linguis descenderet. conc.9.disc.4.

LVXVRIA.

Peccatum est Deo qui est ipsa puritas, directe oppositum: indecens Sacerdoti accedenti ad altare. conc.11.disc.8.

M.

MAGI, SEV REGES.

CVr per aliam viam in regnum suum redeant. con. 6. disc. 6.

MARE.

Propriè mundum designat, eiusque pericula: hic enim inconstans plenusque periculis. co. 3.disc.

3. disc. 5. Eius aquæ cur viuæ dicantur. con.1. dis.4.

MARIA DEI GENITRIX.

Illam Deus creauit vt tanto securius de eius misericordia fideremus.con.1.dis.2.Eius quale gaudium in adoratione Regum.co 4.*Exor.* Quasi reuixit inuento puero Iesu.*ibid.*In hac vita quasi demersa nunc gaudiis,& quasi nũc demersa pœnis filii sui. conc.4 disc.1.Eius dolor ex Iesu perdito.co.4.di.2. Quod Christus dixerit:*quæ est mater mea?* non eam vilifecit, quam tantopere diligebat, sed nos instruxit. conc. 4. disc. 4. Quid Angelus his verbis indicauerit. *Spiritus S. superueniet in te. ibid.* dum Maria desponsatur,diabolus excæcatur.con. 5. dis.1. Spiritus S.fecundauit eius viscera. con.5.dis.3.Est B. Virgo Sanctuarium Dei.conc. 5.dis 5.Alia ratio cur fuerit desponsata. conc.1.disc.4. Vocatur *Petra deserti.* conc.1.dis 4. desertum est quia sola in prærogatiuis.conc.2.disc.1.Puero nomen Iesu imposuit. conc.2. disc. 3. Est nubes formosa & fecũda, quæ Ecclesiam & animas reddit fecundas. conc. 8. disc. 1. Ipsa summa omnium plenitudine accepit Spiritum S.conc.9. disc.4. Debetur illi SS. Sacramentum Eucharistiæ. conc.11. dis.vltimo.

MARIA MAGDALENA.

Cur lauet, vngat, & statim abstergat pedes Christi: nũquid in capillis suis recipere voluit vnguentum? con.3. dis.6. Cur ei Christus dixit. *Noli me tangere?* conc.8. disc. 4. Ita in conuersione sua mutata est, vt quasi nominis sui obliuiscatur. con.6.dis 6. Est Magistra Seraphinorum. con.2.dis.2.

MARTYRES.

Deus cum illis pergit ad carceres, & quasi cum illis patitur. conc.6. disc. 3. Quadraginta Martyrum exitus perpẽditur. conc.3.dis 3.

S. MATTHIAS.

Fuit hic solatio Christo in locum Iudæ.conc.3.dis.3.

MICHOL.

Filia Saül Dauidem tenerrime diligebat. con.8. disc.4.

MISERICORDES.

Qui misericordiæ studet operibus, est hic quasi medius beatus. conc.3. disc.6.

MISSA.

Cur in Præfatione Missæ nonnulli

nulli chori dicuntur Angelorum & alij reticentur? con.10. discursus 2.

MONS.

In monte Christus & non in vrbe Christus suas ostentat glorias. conc. 6. dis. 2.

MOYSES.

Cur illum euntem in Ægyptum Angelus voluit occidere. conc.2.dis.1. Apparuit illi Dominus in nube. conc. 4. disc.1. Cur populum Israel non introduxit in terram Promissionis? conc. 7. disc.2. Cum esset tantus Dei amicus, tamen illum Deus ad aquas Contradictionis puniuit. conc.5. disc.3. Eius sepulchrum latet ne adoretur. conc.1. disc.2.

MORS.

Iustus in ea velut in curru triumphat. conc.7. dis.1. Quam efficax sit eius consideratio. conc. 5. disc.2. Ante mortem nemo laudandus. conc.8. disc.3. Celsitudinem humiliat & deijcit Imperia. conc.5. dis.1.

N.

NILVS.

FLuuius est Ægypti fertilissimus. conc. 1. Exor.

NOE.

Noë vino inebriatus refert effectum SS.Eucharistiæ. conc.11. discursus 6.

NOMEN IESV SANCTISSIMVM.

Est illud ineffabile Iehoruh. con. 2.dis.2. Absq; eo gloria Christi non rutilaret. con.2. disc.3. Omnem suam gloriam in eo comprehendit. *ibid.* Oleum est omnia implens. *ibid.* Est nomen super omne nomen. *ibid.* Christum dignius Reges adorant quam Pastores: quia iam impositum erat illi nomen Iesu. *ibid.* Eo solo audito terrentur dæmones. *ibid.* Iosue solem cohibuit, quia huius figuram gessit. *ibid.* Ex hoc nomine crescit Christi dignitas. *ibid.* Cur depingitur radijs circumcinctum? *ibid.* Titulus est qui declarat Christi diuinitatem. *ibid.* Cur Pilatus à Principibus Sacerdotum rogatus illud noluerit eradere. *ibid.* Est scedula quælibet à Deo consequendi. *ibid.* Qui moriebatur non accepto nomine, olim quasi non natus censebatur. *ibid.*

NVBES.

Nubes in Ascensione Christi descendit vsque ad pedes eius. con.8.

conc.8. disc.5. Est Dei currus. *ibid.* Theatrum iudicij. conc.6. disc. 2.

O.

ORATIO.

ORatio Christi in horto mẽbrorum denotat infirmitatem. conc.2. disc.6. Item fortitudinem singulari expositione huius sententiæ: *Tristis est anima mea.* conc7. disc.5. Orationem comitetur mundi contemptus & mortificatio. con.3. disc. 7. Producit in anima feruentia desideria pro Deo moriendi. conc.3. dis.7. Oratio de qua anima non trahit affectus ad Martyrium, tepida dici potest & languens. conc. 3. dis.7. Appareat in facie. con.6. dis.5. Sit perseuerans nec statim deficiat. conc.7. disc.3.

P.

PALMA.

SIgnum notissimum est gloriæ. conc. 6. disc.3.

PARENTES.

Feruenter diligunt filios. conc.1. disc. 3. Propter Deum relinquendi sunt. con.4. dis.4. Aliquando salutem filiorum impediunt. *ibid.* Ne filijs perfectionem impediãt. *ibid.* Deum inuocamus Patrem nostrum & non meum: cur ita? conc.9. discursus 2.

PASSIO CHRISTI.

Qui de ea loquitur, Christum ad se trahit. conc.7. disc.3.

PATRIARCHÆ.

Antiqui Patriarchæ omnes filios procrearunt, & vix vllas filias. con.3. dis.2. Cur illos Deus diuitijs cumulauit temporalibus. conc.6. disc.5.

D. PAVLVS APOSTOLVS.

Rara fuit eius conuersio & cum luce. conc.10. disc.1. Quotidie moriebatur & quomodo? con. 8. disc.3. Certo quodam modo comparatur B. Virgini. con.10. disc.1. Obumbrauit illum Spiritus S. sicut B. Virginem aliquo modo. *ib.* Cæcus fuit dum conuertitur, cur hoc? conc.10. disc. 3. S. Paulus repente fit Sanctus. conc. 8. disc.2.

PECCATOR, ET PECCATVM.

Eius fructus & messis sunt lachrymæ. con.4. dis.3. Non potest in illo perfecta esse iucunditas

ditas. *ibid.* Peccata sementis sunt pœnarum. *ibid.* Peccator & hilaris graue malum. *ibid.* in antiquis sacrificiis pro peccato nec oleum, nec incensum ponebatur. *ibid.* Peccatum adeo contagiosum est, vt Christus in aëre mortuus sit, illum purificaturus. conc. 5. disc. 2. Ponderosum adeo vt supremam deijciat altitudinem. *ibid.* Peccata ex malitia replent infernum. *ibid.* Peccatores publici dici possunt viui descendere in infernum. *ibid.* Graue pondus est peccatum: Christus in mari non mergitur, quia nullũ potest habere peccatum. *ibid.* Anima peccatrix cũ sit spiritus, videtur à peccato cõuerti mutarique in grauem carnem. *ib.* Deo comparati sumus omnes peccatores. conc. 5. disc. 3. Peccata inueterata senium inducunt temporale & spirituale. *ibid.* Peccati effectus est visum tollere, & cum cæcum sit, animam excæcat. conc. 10. disc. 3. ad longum.

PERSEVERANTIA.

Quam parua sit humana perseuerantia, nulla consistens firmitate. conc. 7. disc. 2. Perseuerantia in operibus reddit hominem velut diuinum. *ibid.* Continua virtutum exercitia Deus ab animabus exposcit. *ib.* Saül non perseuerans perit. *ibid.*

PESTIS.

Ineuitabile malum est: cur illam Dauid elegerit. conc. 9. disc. 2.

D. PETRVS.

Eius lachrymæ celebrantur post negationem, & non illæ quas effunderet, audiens Christum dicentem, quod moriturus esset in Cruce: quare? conc. 4. disc. 4. Ad ignem accedit, ergo in amore Magistri sui friget: vnde statim illum negauit. conc. 7. disc. 4. Quam succinctum numerum posuit in remittendo offensam. concio. 9. discursu 2.

PORTA.

Portas cæli cur tolli iubentur in Ascensione Domini. concio. 8. dis. 1. Duodecim portas in cælo vidit D. Ioannes quo significatur omnibus statibus in illud patere ingressum. conc. 6. discursu 5.

PRÆDESTINATIO.

Nullus ad illam ius habet, sed à gratuita Dei voluntate pendet. conc. 3. disc. 5.

PRÆDICATOR.

Prædicator mortuus optime suum

suum exercet officium. concio. 10. disc. 3. Imperfectos blanditie trahat. concio. 8. discursu 2.

PRÆLATVS.

Contemplationem intermittat, regimini suo bonoque subditorum attenturus. concio. 4. disc. 1. Sit iustus & misericors. conc. 6. disc. 4. Nihilominus sæpius benignitatem & misericordiam quam rigorem ostendat. conc. 6. disc. 4. Qui subdito suo non succurrit cum possit, non homo sed phantasma est. conc. 9. disc. 2. Pauperi faueat, nec diuiti quia talis est, adhæreat. conc. 5. disc. 4. Ad dignitatem accedat mortuus: viuus etenim non bene eo fungetur. conc. 10. disc. 4. Regis, Principis & Prælati conditiones optime notantur in Dauide. conc. 9. disc. 2. Seueritas Prælati retrahit, trahit autem benignitas. conc. 1. disc. 2. Prælati crudeles subditos exacerbant. conc. 1. disc. 2.

PRÆMIVM.

Animat & excitat. con. 6. dis. 1. Ita homo lucro inhiat vt si paratum & præ oculis illud non videat, nec pedem mouebit. conc. 6. disc. 1.

PRÆSVMPTIO.

Quam perniciosa sit nimia securitas, quantumque Deo odiosa. conc. 5. disc. 3. Etiam ipsi Angeli inpeccabiles lateri Dei adstantes se iudicant peccatores. *ibid.* Quinimo & mortuus iam non potens peccare, æquum non est, vt in hac materia se extollat. concio. 5. discursu 1.

PVLCHRITVDO.

Christi exterior pulchritudo corda attraxerat. concio 8. discursu 4.

PVRGATORIVM.

Est diuina quædam officina seu fornax in qua probatur & purificatur aurum. concio. 8. discursu 4.

R.

RACHEL.

IAcob eius amore allectus seruit, in mercedem eius sibi nuptias lucraturus. concio. 6 discursu 1.

REX VIDE PRÆLATVS, &c.

REVELATIONES.

Olim multas à Deo acceperunt Patriarchæ & Prophetæ: cur ita? conc.6.disc.1. Diuinæ reuelationes communiter fiebãt in somnis, vmbris & figuris. conc.10.disc.1.

RVTH.

Ruth Moabitis felix Christi procreatrix secundum carnem. conc.1. disc.4.

S.

SACERDOTES ET ECCLESIASTICI.

MVltum diuinis beneficijs sunt obstricti.conc.3.disc. 2. Aliqui quo Deo sunt magis deuincti eo sunt ingratiores. *ibid.* Confundit illos aliquando Deus sæcularibus magis notis. *ibid.*

SAL.

Sal est omnium ciborum condimentum.conc.4. *Exor.* Cur præcepit Deus vt in omni sacrificio semper offerretur.*ibid.*

SALOMON.

In somnis illi Deus sapientiam infudit: quo designatum fuit, quod in diuino cultu non esset perseueraturus.conc.3.disc. 5. Quid eius ferculum & materialia designarent. conc. 4. discursu 1.

SAMARITANA.

Quid in eo mysterij latuerit, quod Christus ab ipsa potum petierit vt eam ad sui cognitionem reduceret.conc.3 disc. 5. Samaritana & adultera ex Christi mansuetudine cõuertuntur eumque vt Dominum & Deum suum agnoscunt. co. 1. discursu 2.

SANCTI.

Qui tales fiunt subito, nec ordinaria ingrediuntur via, suspecti sunt.conc.8. disc.2.

SAPIENTIA.

Vera Sapientia est amare Deum: vnde Sanctior est sapientior. conc.10.disc.1.

SAVL.

Saül quia præscriptum sibi à Samuele tempus non expectauit: & seipsum & Regnum perdi-

perdidit. conc. disc. 7. 2.

SEPVLCHRVM CHRISTI.

In virtute eius renascitur homo in sepulchro suo. conc. 5. disc. 4. Fuit sepulchrũ Christi, eius secunda & singularis natiuitas. conc. 1. disc. 4. Christus in sepulchro radix fuit & simul vexillum. conc. 7. dis. 1. Custodes adhibentur & quare. con. 7. disc. 1.

SERAPHIM.

Cur apparuerint Isaiæ cum sex alis. conc. 3. disc. 5. Sunt Seraphim spiritus supremi Deo immediate vicini: quia feruentius illum diligunt, quos idcirco amor Deo reddit viciniores. conc. 10. disc. 1.

SERVI.

In veteri lege nullus in perpetuum erat seruus. concio. 7. discursu 2.

SILENTIVM.

Silentium seruari vidit D. Ioannes in cælo quasi media hora: quid hoc mysterij? co. 10. dis. 1.

SYNAGOGA.

Communiter adulterium committebat: quocirca Deus illum vnâ Prouincia, vnoque templo concludit. conc. 3. dis. 3.

SOL.

Planeta formosus est, pater terræ & quid in eo operetur. con. 6. disc. 6. In Christi Resurrectione nouam accepit claritatem. conc. 7. *Exord.* Ad occasum Solis plurimos Christus infirmos curauit: quæ causa? conc. 7. disc. 1. Sol tribus horis maturior ortus est in Resurrectione Christi. conc. 7. dis. 2. Cur non festinior surrexit in Christi natiuitate. *ibid.* Quomodo Sol in Resurrectione Christi fulgentior ortus sit, quandoquidem in sua creatione omnem à Deo lucem necessariam acceperit. conc. 7. dis. 3. Sol mortem Christi videtur luxisse. *ibid.* Sol in Elia figuratur. conc. 8. dis. 5.

SPIRITVS S.

Cur Spiritus S. in specie columbæ super caput Christi apparuit. con. 1. dis. 3. Aquis delectatur. con. 5. *Exor.* Viscera B. Virginis Mariæ fecundauit. conc. 5. dis. 3. Cur non venerit in Resurrectione Christi. con. 8 dis. 4. Maximum est donum. con. 9. disc. *Exor.* Perpetuam formauit pacem inter Deum & hominẽ. co. 9. *Exor.* Spiritus S. debetur

debetur morti Saluatoris, co. 9.dis.1. Est ignis diuinus. *ibid.* Præcursorem habuit Redemptorem.*ibid.* Flumen est egrediens de vultu Dei.*ibid.* Vocatur Vicarius Christi. Et quare? *ibid.* Donum tale est vt nec Deus dare quid amplius nec homo posset exposcere, con.9. di.3. Argumentum irrefragabile diuini amoris. *ibid.* Dedit se non tantum datum, sed etiã effusum. *ibid.* Cœlum vsque ad aduentum eius, erat infecundum.*ibi.* Oleum est omnia replens. *ibid.* Cur in igne apparuit, co.9. dis.4. Lux est qua Deus quærit drachmam perditam.*ibid.* Suauitas est & dulcedo Patris ac filii. *ibid.* Cur nõ aduenit Ascendente Christo? *ibid.*

STATVS.

In omni statu saluari possumus modo iuxta illius requisita viuamus, con.6. dis. 5.

SVPERBIA.

Superbus pauca de Deo nouit: quia vitium hoc Deum fugat, & se illi abscondit, con.10.di. 2. vt superbiam nostrã Christus retunderet, baptizari voluit; quo se profunde humiliauit, con.5. dis.3.

SVPPLICIA.

Ordinarie punit Deus in eo quo quis peccat, con.3. dis.3. Deus tardus ad supplicia, con. 2. dis. 4. ad longum. Tanto hæret tempore vt vnam euertat ciuitatem, quanto vt mundum crearet.*ibid.* In arbore, non in homine seuerum se Christus ostendit. co.6. dis. 4. Per seipsum dona confert, aliena vero manu punit, con. 8. dis.3. & 4. con.9. dis.2. Punire obliuiscitur, & indiget ad hoc memoriali, con.2. dis.4. Quando debet castigare, motiua quærit misericordiæ, quibus placari possit & detineri, con.7. dis.4. qui destruere debebat, id est punire, ædificat, con.8. dis. 3. Si virum necesse sit punire, differt donec filios habeat quibus misericordiam præstare possit.*ibid.*

T.

TALENTA.

EXplicatur parabola de alentis, con.6. dis.7.

THEOPHILVS.

Patriarcha fuit Antiochenus, cui D. Lucas dedicauit Acta Apostolorum, con.5. dis. 2.

TENEBRÆ.

Hoc nomine vocantur Officia Matutina

triduo ante Pascha, & cur his diebus luminaria extinguantur, conc. 9. dis. 1.

TERRA.

Terra elementum est inter cætera à Deo fauoribus magis cumulatum con. 1. dis. 1. Est quoque cæteris abiectius & humilius, con. 5. dis. 1. Cur terra tremuit in morte Creatoris, co. 1. dis. 4.

TRANSFIGVRATIO.

Transfiguratio idem est ac gloria. Illum vocat D. Ioannes Damascenus Deificationem admirabili proprietate con. 6. dis. 1. Reliqua vide in eodem Festo.

TRIGINTA.

Cur Christus anno trigesimo prædicare inceperit & facere miracula, con. 8. dis. 2.

SS. TRINITATIS.

Oceanus est omnium dignitatum & mysteriorum Dei con. 10. *Exor.* Quam multæ figuræ de illa in S. Pagina referantur, con. 10. dis. 2. Vide Concinem in eodem Festo.

V.

VANITAS.

Humanæ vitæ quanta vanitas, con 6. dis. 7. Eius inconstantia & brevis duratio, con. 8. di. 3.

VENDITIO CHRISTI.

Cur Ioseph figura Christi venditus fuerit viginti tantum argenteis, Christus autem triginta, con. 8. dis. 1.

VINVM.

Suauis hic & efficax liquor delicias Dei eiusque blanditias designat, con. 1. di. 2. In S. litteris amorem denotat & charitatem, con. 3. dis. 5.

VIRGA.

Virga symbolum est seueritatis & supplicii, con. 1. dis. 2.

VIRGA AARON.

Floruit & dedit fructum: quia Deus plura dat quam promittit, con. 8. dis. 2. Virga Aaron ceteris virgis simul repositis in Tabernaculo citius floruit, idque in tribus, nec caret hoc mysterio, con. 5. dis. 5.

VIR-

VIRGINITAS.

Virtus hæc à Spiritu S. amatur. donumque singulare contulit Waltrudi Virgini, con.9. dis.4. Virginitatem & Maternitatem B. Mariæ nulla præcessit figura: id est: nulla mulier virgo fuit & mater simul: hæc prærogatiua soli B. Mariæ seruatur: est enim corona virginitatis, con.1. dis.4.

VIRTVS.

Virtutes nostræ sunt admodum inconstantes paruoque durant tempore, conc.7. disc.2. vide *Perseuerantia.*

Z.

ZACCHÆVS.

Diues fuit & sanctus ex bono vsu diuitiarum: vt patet ex actibus quos elicuit Christo domum eius intrante, & quadruplum reddidit, con.6. dis.5.

ZELOSVS.

Æmulatur supra modum Deus animas nostras, con.8. dis.4.

FINIS.



ANTVERPIÆ:
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM.
Anno M. DC. LI.

Cum gratia & Priuilegio.

TRI
CH
PAR
VO
IOA